


HISTORIA
NATURAL
TOMO I.
DE QUADRUPEDOS
Y AVES

A
47
200



B-VII-15;

599

~~163~~

599
JON




2 800 40 **Galifa** MADE IN SPAIN

B-VII-15;

~~16
7-13
7~~

599

10K



HISTORIÆ NATURALIS
DE AVIBUS
LIBRI VI.


Cum æneis figuris

JOHANNES JONSTONUS

MEDICINÆ DOCTOR

concinnavit.

AMSTELODAMI,
Apud IOANNE M IACOBI FIL. SCHIPPER. MDCLVII.



AMSTELÆDAMI,
Joh. JOHANNEM LAGORI FILII SCHEPERS, MDCCCLV.

ILLUSTRISSIMIS HEROIBUS:

D^{NO.} JACOBO

HIERONYMO

DE ROSDRAZEWO

ROSDRAZEWSKI,

Domino in Crotofzyn, Castellano Califfiensi,

Capitaneo Coniensi, &c.

U T E T

D^{NO.} HYACINTHO

DE ROSDRAZEWO

ROSDRAZEWSKI,

Nowomiaſto, in Exercitu Sereniſſimi Poloniae & Sueciae Regis,

Equitatus gravis armaturae Chiliarchae, &c.

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS,

Hanc Historiae Naturalis de Avibus Partem,
observantiae monumentum, exhibiti sibi
favoris memor, offert & dedicat

JOANNES JONSTONUS

Medicinae Doctoris.

HISTORIAM NATURALEM

A V I B U S,

Iuxta seriem Alphabeti concinnatus: in quo prior numerus historiae paginam, posterior tabulam designat.

	P.	T.		P.	T.
A Cachoatli	127.	183.	Domesticus	92.	84
Acacalotl	127.		Magellanicus	126.	56
Acanthis	68.	43	Sylvestris	93.	48
Accipiter in genere	18.	7	Anthus	88.	45
Asterias	10.	8	Apos	84.	
Fringillarius	10.	8	Aquila in genere	1.	
Palumbarius	10.	8	in specie	3.	
Sacer Ægyptius Bellonio	12.	9	Aquila alba seu Cygnæa	6.	
Accipiter major		11	anataria seu Morphos	4	2
minor		11	anopæa	6.	
Achalactli	128.		Chrysaëtos	3.	1
Acicli seu aquatilis lepus	158.		Bellonii		5
Acolchis Indiarum	157.		Gesneri		1
Acolin	127.		Halæetus	3.	2
Acototloquichitl	127.		Heteropos Gesneri	6.	5
Æsalonus accipitris species	10.	10	Melanætus seu Valeria	3.	3
Æsalo falconum species		13	Alius	3.	3
Ajaja	139.		Morphos Bellonii	4.	4
Ajuru species	140.		Morphno congener	4.	5
Alauda	69.	38	Percnopteros	4.	4
cristata	70.	38	alius		4
cristata senex		38	alius perigrinus	153.	5
non cristata	70.	33	Pygargus	4.	2
maxima seu Calandra		38	alius	4.	3
pratorum	71.	38	Aracari	148.	
Alaudæ congener	71.	38	Araracanga	141.	59
Albulus aquaticus		47	Ardea	102.	50
Alcedo vocalis	107.	52	minor		50
Alchata seu Filacotona	64.	32	Cinerea major.	103.	50
Aluco	32.	19	minor	103.	50
Amalozque	128.		alia seu congener	103.	50
Ampelides	191.		alba	103.	51
Ampelides Aldrovandi seu Garrulus			Egretta Gallorum	103.	
Bohemicus Gesneri	28.		Garletta Italarum	104.	
Anas	95.	158. 49	Garzetta bianca dicta	104.	
campestris Bellonii	43.		Squajotta Italarum	104.	51
Carina	99.	49	Congener	104.	
Domestica	96.	49	Nigra		51
Indica	96.	49	Ardea asteria seu stellaris major	104.	51
Lybica	96.	49	altera minor		51
Anas fera seu sylvestris	96.	146. 49	Congener		
Bosca major	97.	49	Cristata	105.	
Caudacuta	98.		Ardeola	105.	
Circia, Kernell dicta	97.		Arquata	143.	61
Fistularis	98.		Asifus	108.	51
Fusca major	97.	49	Asio	82.	42
Glacius	97.	49	Asio seu Otus Otterul		18
Herle	98.	49	Asio seu Scops	31.	18
Muscaria	97.	49	Attagen	32.	18
Nigra	97.	49	Atricapilla	41.	26
Penelope	98.	49	alia	90.	45
Platyrinchos major	98.	49	Atinguacu Camacu		45
Plyrinchos minor	97.	49	Aves diurnæ	147.	60
Puffinus	98.		nocturnæ	1.	
Querquedula	96.	49	Aves exoticæ Aquaticæ	29.	
cristata	97.		Terrestres.	126. 150.	
La Tardone	98.	49	Aves Farrenses	117.	
Anas marina Meer Endle		49	Aves Granivoræ canoræ	229.	
Anas fera Seebogel		49	Aves terrestres carnivoræ	68.	
Anas fera Spiegel Endle	146.	49	Avis cucullata aquatica	1.	53
Andira Aca	144.		longa	160.	
Anhima	147.	61	montana	122.	
Anbinga	148.	60	Indica	122.	
Ani	132.		Diomedea	113.	
Anser Bassanus	94.	47	Paradisifia seu Manucodiata	91.	46
			Paradeisvogel	117.	55
					Pugnax

	P.	T.		P.	T.
fcemina	73.	39	Passer stultus Bononiensium	67.	126
alba & nigra	73.	39	Torquatus	67.	
bicolor	75.	39	Passer Troglodytes Bellonii	82.	42
brafilica	75.	40	Armeniicus	82.	42
Indica Apos	76.		Passer in juglandibus degens	67.	
aquatica Wasser Amsel		53	Passeris species seu congener	67.	34
montana	75.		Passeres fabri	158.	
rosea mas	75.	40	Passerculus Brachyurus nostras	67.	34
Merula saxatilis Stein Amsel	75.	39	Passerculus Troglodytes Zaunschlupfferle		42
torquata mas	75.	39	Pavo	37.	22
fcemina	75.	39	fcemina	37.	22
Merulae congener duplex	76.	39	albus	39.	23
Merulus passer, solitarius	74.	39	fine cauda Chinenfis		21
Milvus	13.	11	Japonensis mas	39.	23
Mituporanga	133.	57	fcemina	39.	23
Mitu mutu	133.	58	Pauxi	123.	
Monedula	26.		Pelecanus five Patea Loffelganz	91.	46. 62
aliud genus	26.		Perdix	44.	27
Montifringilla	69.	33. 36	alba seu Lagopus	46.	28
Congener		38	altera		28
Morfex	89.		Cinerea	46.	28
Motsholtz		27	Damascena	46.	28
Motacilla		43	Græca Bellonii	46.	27
Mas	86.	44	Ruffa	46.	28
alba	86.	44	Phalacrocorax	95.	47
flava	86.	44	Phalaris	90.	
Muscipeta	87.	45	Phasianus	40.	24
Mutu	125.		alius		24
			Phœnicurus	88.	45
			altera species		45
			Phœnicopteros	101.	50
			Phœnix	152.	62
			Plytivoræ aves	37.	
			Pica	26.	157. 17
			brafilica	28.	56
			alia		56
			caudata f. varia	27.	17
			caudata Indica mas	27.	17
			fcemina		17
			caudata alia Elster Wezel		27
			Garrulus Argentoratensis	27.	17
			Glandaria Heger		17. 43
			species alia		17. 43
			marina	27.	17
			Perfica	28.	
			Pica Cureba	139.	
			Piciciti	123.	
			Picui pinima	129.	
			Picus Cinereus	80.	41. 43
			Chlorio-Indicus	80.	41
			luteus cyanopus	79.	41
			Marrus	78.	
			Maximus niger	78.	41
			Major bunder Specht	79.	41
			murarius	79.	41
			Nidum suspendens	80.	41
			Varius minor	79.	41
			alius		41
			Viridis grun Specht	79.	41
			major		41
			Pitanguo Guacu	147.	60
			Pluvialis	113.	
			cinerea	114.	53
			flavescens	113.	
			major Aldrovandi	114.	53
			Polyglotta	123.	
			Porphyrio	106.	52
			Prunella		36
			Pfittacus	20. 153.	140. 14
			Pfittacus albus cristallus	21.	15
			Cinereus	23.	15
			Erythrocyanus	22.	15
			Erythroleucus	23.	
			Erythrochlorus cristatus	23.	
			macrourus	23.	
			Erythrocyanus Gesneri	23.	
			Erythroxyantus Gesn.	23.	
			Leucocephalus	22.	15
			Major	21.	14
			Minor	22.	14
			Maximus	21.	15
			Maximus alter	21.	15
			Poikilorinchus	22.	14
			Torquatus macrourus	23.	
			Viridis	22.	14
			Viridis melanorinchos	22.	15

I N D E X:

Quibus paginis Tabula avium sint subjungenda.

Tabula		pag: 2.		Pag: 6r.
I.			XXXII.	64.
II.	}		XXXIII.	66.
III.	}	4.	XXXIV.	68.
IV.	}		XXXV.	69.
V.	}	5.	XXXVI.	72.
VI.		7.	XXXVII.	74.
VII.		10.	XXXVIII.	79.
VIII.		11.	XXXIX.	82.
IX.	}		XL.	86.
X.	}	13.	XLI.	88.
XI.	}		XLII.	93.
XII.	}	17.	XLIII.	94.
XIII.	}		XLIV.	95.
XIV.	}	22.	XLV.	100.
XV.	}		XLVI.	104.
XVI.		23.	XLVII.	105.
XVII.		25.	XLVIII.	114.
XVIII.	}		XLIX.	118.
XIX.	}	31.	L.	121.
XX.		34.	LI.	131.
XXI.		35.	LII.	133.
XXII.	}		LIII.	138.
XXIII.	}	37.	LIV.	146.
XXIV.		39.	LV.	147.
XXV.		40.	LVI.	151.
XXVI.	}		LVII.	
XXVII.	}	42.	LVIII.	
XXVIII.	}	46.	LIX.	
XXIX.	}		LX.	
XXX.	}	57.	LXI.	
XXXI.	}		LXII.	

I N D E X

A V I B U S :

In qua de Operis ratione, & de Avium natura in genere, agitur.



Quaticos greges, æ-reus Avium seu volucrum grex insequitur, *Benevole Lector*. Inditum iis id nomen, non tam quod pervia discurrant, iisdemq; delectentur, ut Isidoro & Perotto placet: vel ab adventu, quod inde venient, unde quis non suspicetur, ut Festo: quàm vel à volando, quod Ebreis *אָוִי* dicitur, ut Martinius in Lexico deducit, vel ab *αἴαν*, audiendo, quod Scaligero patri visum. Græcis, *ἀνίπτεσθαι*, *διανός*, *ἄρνα*, *κινώπερα*, &c. vocantur. *Collum* omnes & *dorsum* & eas quæ terram spectant, quæque pectoris vicem gerunt, partes, cum cæteris animantibus communes habent: peculiare præ cæteris, *alæ*, *pennas*, quibus caulis plumas & *rostrum*, quod in senecta durefcit. Neque *labia* ipsis sunt, neque *dentes*, neque *manus* pedesve anteriores, neque *auricula*, neque *nares*, sed meatus horum sensuum, ad odoratum in rostro; ad audiendum in capite. *Oculos* similiter atque aliæ animantes, duos sine palpebris habent. Connivent inferiore gena graviores: nictant ab angulo obeunte membrana omnes. Aristoteles, *σκαρδαμάνισσι ἐν τῷ κινήθῳ ὄμματι ἐκίοντι*, dixit. *Femur* simile coxæ, longum, ad medium usque subeuntem atque affixum ventrem: quod cum avullum est, *coxam* putes: At ipsa coxa, quæ inter hoc & tibiam est, alia quædam pars esse videatur. Maxima unguibus, & *Pectus*, aliis robustius. *Pro cauda* clunus est, iis quibus aut crura longa, aut pedes continuata planicie dati, brevis, longus alii. Alas in priora curvant. Omnium animalium *bipedes* sunt ut homo: quamvis retrorsum curvant crura, quadrupedum modo, uncos habentium longi, & quæ ad aquas versantur. Carent tamen iis Cyseli, & quoddam Manucodiorum genus. Omnes sunt *πολυώνυχαι*, sed & omnes quodammodo *πολυεχιδῶναι*. Plurimis namque digiti discreti sunt: & *τὰ πλεονά σκευανόποδα* quidem, dearticulatos tamen atque distinctos habent digitos. Plinius eos alias habere dixit, palmipedes esse alias, alias inter utrumque divisos digitis, adjecta latitudine. Quæ volatu sublimes feruntur, omnibus quaterni digiti, tres in anteriore parte, unus ponè pro calcaneo plurimis. Paucæ binas ante,

totidem post habent. Quibusdam etiam calcaria sunt, Uncungues autem & calcarigeræ, nullæ. Plinius; ni fallor, radios dixit. Illæ sunt volucres; hæ humiles. Data nonnullis & surrectis pennis crista. Soli gallo peculiaris, quæ nec caro est, nec à natura carnis aliena. *Interiora* si attendamus, *Lingulam* sortitæ omnes sunt, sed diversam: aliæ longam, latam aliæ, quæ præter cætera animalia, literas sono exprimunt: aliæ ante ex cornu acutissimo, retro ex carne compositam, ut in historia occurret. *Lingula* quæ gurgulioni imposita est, nulli: apertione & contractione ita meatum temperant, ut prohibeant, ne quid gravioris in pulmonem demittatur. *Viscera* & inter se & ab aliis animalibus differunt. Præjacet in quibusdam ventriculo ingluvies, seu cavum amplumque corium, in quod receptus cibus per initia coquitur, à gula angustius, dein laxius, & rursus, quo ad ventriculum demittitur, arctius. *Ventriculus* plurimis carnosus & compactus: pelle interiore robusta, etiam cum à cornoso ablata est. *Ingluvie* destituta, gulam capaceam latam, aut totam qua ventriculo jungitur obtinere, ut monedulæ, corvi, coturnices: quæ tali carent, longam habent, & liquidius præ cæteris excernunt, ut Porphyrio. Complurimis *intestinum* tenue, & si explicetur simplex. *Appendices* explicatæ sunt, sed paucæ, neque superne ut piscibus, sed in ima parte ad intestini extrema. *Fel* non eodem loco habent, quædam enim *πρὸς τῆν κοιλίαν*; quædam *πρὸς τὴν ἀντέροι*, ut columba, hirundo, &c. *Testiculos* *πρὸς τῆν ὀσφύα*. Antequam coeant, quibusdam sunt parvi, quibusdam obscuri & *ἀδελκοί*; tempore coitus majores fiunt. *Genitura* alba est. Vesica carent, quod larga humoris copia ad pennarum ortum & incrementum requiretur, ut Aphrodisæo visum Pennigeri hujus exercitus *locus* sunt Aër, aqua, terra. Illum fulcant, unde Aves cæli dicuntur; in hac gradiuntur; in ista quædam natant. Sunt tamen quæ in quibusdam locis non inveniuntur, de quibus ita Plinius: *Hæc quoque mira naturæ differentia: alia aliis locis negat, tanquam genera frugum fruticumve, sic & animalium non nasci translatitium; invecctæ emori, mirum. Quid est illud unius generis saluti adversum, quæve ista naturæ invidia? aut qui terrarum dicati avibus termini? Rhodus aquilam non habet: Transpadana Italia juxta Alpes Lariumla-*

Scaliger in Hist. anim. l. 1. p. 48. Arist. H. A. l. 2. cap. 15. edit. Scaligeri.

Arist. H. A. l. 3. cap. 11.

Arist. l. c. Plin. H. N. l. 11. c. 45. & Plin. H. N. l. 8. cap. 39.

Plin. H. N. l. 11. c. 47.

Arist. H. A. l. 2. p. 213. edit. Scal.

Albert M. de Animal. 2. tr. 1. cap. 6. Arist. H. A. l. 2. c. 22. edit. Scaliger.

Arist. H. A. l. 2. cap. 16. Arist. H. A. l. 3. c. 1. Arist. H. A. l. 6. cap. 9. Arist. H. A. l. 6. cap. 2. Aphrodis. Probl. p. 1. q. 108.

Plin. H. N. l. 10. c. 29.

cum appellat, amœnum arbusso, agro, ad quem Ciconiæ non permeant: sicuti nec octavum circa lapidem ab eo, immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum monedularumve. Picus Martius in agro Tarentino negatur esse, &c.

Arist. H. A. l. 8. c. 28. Plin. H. N. l. 10. c. 28. Sed nec eadem semper omnibus regio. Faciunt enim *μυτάβουσι* quædam, ut in gruibus, Ciconiis & aliis dicemus. Unde Plinius. *Temporum magna differentia avibus. Perennes, ut columba, semestres ut hirundines: trimestres ut turdi & turtures, & quæcum factum eduxere abeunt, ut galgali, upupa, Scilicet. Migrant quædam, alio non procul à locis in quibus morabantur secedunt, & seipsas abdundunt, & quidem nullo discrimine, tamquam *εὐθυσυχοὶ* quam *γαμφάνυχοι*. Visitant carnibus, insectis, herbis, granis, & feminibus, piscibus & ranis. Sola Emmo prunas etiam devorat, ut in ejus descriptione dicitur, Bibunt suctu ex his quibus colla longa, intermittentes, & capite resupinato velut infundentes sibi: Porphyrio solus morfu. Non bibunt *γαμφάνυχοι* quod Herodotus, ut Aristoteles scribit, ignoravit. De Generatione notandum, duobus modis fieri coitum; femina humi confidente ut in gallinis: aut stante, ut in gruribus. Quædam omni tempore coeunt, ut gallinæ, & pariunt, præterquam duobus mensibus hyemis brumalibus: plerumque tamen vere & ineunte æstate: quo tempore etiam pleræque pariunt, & quidem semel. *Oscimes præter exceptas, inquit Plinius, non temere fetus faciunt ante solstitium vernum, aut post autumnale: ante solstitium autem dubios, post solstitium vitales.* Ova ferunt omnes, vespertilionem excepto, qui animal. Infœcunda sunt quæ ad uncas habent unguis. Tribuit hoc avium generi natura, ut fœcundiores essent fugaces earum quam fortes. Ovorum alia sunt candida, ut columbis & perdicibus: alia pallida, ut aquaticis: alia punctis distincta, ut meleagridi: alia rubri coloris, at Phasianis.*

Plin. H. N. l. 10. c. 58, 59, 60. Intus omne bicolor. Exeunt rotundissima sui parte dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durefcente, quibuscunque emergunt portionibus. Tempus à coitu, partus excubationis, & numerus variant, ut apud Plinium videre est. Aliquando femina tantum incubat, aliquando mas. In columbarum genere, interdum mas, noctu femina: inter palumbes post meridiem in matutinum femina, cætero mas. A coitu inhorrescunt & se excutiunt, sæpe etiam aliqua festuca lustrant: quod & edito ovo faciunt. Sunt etiam quædam his bella amicitiaque, unde & affectus. Dissident olores & aquilæ: corvus & chlorio, noctu invicem ova exquirentes. Simili modo corvus & milvus, illo præripiente huic cibos. Rursus cum terrestribus, mustela & cornix: Ægithus avis minima cum asimo, &c. De Motu ita egregie Plinius. Omnibus animalibus re-

Plin. H. N. l. 10. c. 38.

liquis certus & uniusmodi & in suo cuique genere incessus est: aves solæ variomotu feruntur, & in terra & in aëre. Ambulant aliquæ, ut cornices: saliant aliquæ, ut passeræ, merulæ: currunt, ut percides rusticulæ: ante se pedes jaciunt, ut ciconiæ, grues: expandunt alas pendentisque raro intervallo quatiunt (*ut milvi*) aliæ crebrius sed & primas duntaxat pennas: aliæ & tota latera pandunt: (*ut corvi*) quædam majore ex parte compressis volant (*ut pici*) percussoque semel aliquæ & gemino ictu aëre feruntur: (*cardueles*) vel ut inclusum eum prementes ejaculantur, sese in sublime, in rectum in pronum. (*hirundines*) Impingi putes aliquas, (*perdices*) aut rursus ab alto cadere has, (*alaude*) illas salire, (*coturnices*) Anates solæ, quæque sunt ejusdem generis in sublime protinus se tollunt, atque è vestigio cœlum petunt, ut hoc etiam ex aqua. Itaque in foveas, quibus feras venamur, delapsæ solæ evadunt. Vultur & fere graviores, nisi ex procurfu, aut altiore cumulo immissæ non evolant, caudâ reguntur. Aliæ circumspiciunt, aliæ flectunt colla. Sine voce non volant multæ: aut è contrario semper in volatu silent. Subrectæ, pronæ, obliquæ, in latera, in ora, quædam & resupinæ feruntur: ut si pariter cernuntur plura genera, non in eadem natura instare videantur. De cætero, dorrectis ad caudem cruribus volant, quibus longi pedes: quibus breves, contractis ad medium. Ungues habentes altivolæ fere sunt, exceptis nocturnis. De voce hoc dicere sufficiat, loquaciores quæ minores, & circa coitus maxime. Aliis in pugna vocem, ut coturnicibus, aliis ante pugnam, ut perdicibus: aliis cum vicere, ut gallinaceis. Iisdem sua maribus: aliis eadem, ut fœminis, ut lusciniarum generi. Quædam toto anno canunt, quædam certis temporibus. Palumbibus omnibus similis & idem trino conficitur versu, præterquam in clausula gemitu. Est quæ boum mugitus imitetur, in Arelatensi agro *taurus* appellata, alioquin parva. Est quæ equorum quoque hinnitus *anthus* nomine, herbæ pabulo adventu eorum pulsa imitatur, ad hunc modum se ulciscens. Varium & vitæ inter eas spacium. Mares passeræ negantur anno diutius vivere. Columbæ & turtures octenis durant. Cornicibus & cervis, nescio quot tribuuntur lustra. *Morbis* infestari nullum dubium, & habentur apud authores remedia. Conferunt illis *οὐδὲ ἀχμοὶ*, incommodant *καὶ ἐπιπέτρα ἕτη*. Invaletudinis indicium in pennis. *παράσπεται γὰρ ἔσθ' ἀπὸ αὐτῶν ἔχει καὶ ἀσπασιν*. Quæ de Natura, ingenio, cicumtione, docilitate, & affectibus occurrunt, abunde in Historia explicabuntur. Divinationis iisdem aliquid inesse, compertum est. Grues ex mari in mediterraneo volantes, si silent, ferenitatem pollicentur, si clamant, atro-

Plin. H. N. l. 11. c. 47.

Plin. H. N. l. 11. c. 51.

Plin. H. N. l. 10. c. 35.

Plin. H. N. l. 10. c. 42.

Plin. H. N. l. 10. c. 35.

Arist. H. A. l. 5. c. 13.

Æl. H. A. l. 7. c. 7.

atrocem turbinem. Idem sonans in crepusculo matutino Ardea, prænunciant; quæ & pluviam si ad mare recte tendet, prædicit. Sereno canens noctua; volubili sono crocitantans corvus, crepusculo vocales cornix & graculus; monedulæ modo sursum, modo deorsum versus volantes, &c. tempestatem innuunt, &c. *Usum* homini præbent, in cibo, Medicina, venatione, re vestiaria & plumaria, oblectatione & aliis. Caro earum levior & sanior, purgatissimaque in suo genere est, & Albertus dixit. *Differentiæ* Avium sunt infinitæ, ex multisque fontibus petuntur. *Partes* si respicias, aliæ habent *rostrum* rectum, aliæ, superius, inferius, aut utrinque incurvum, *Pedes*, quædam longos, breves quædam. Aliæ sunt digitatæ, aliæ palmipedes, aliæ inter utrumque divisas digitis, nonnullæ apodes: *Caput* aliis cristatum, sine crista aliis, sunt & cornuæ, ut apud Ælianum videre est. *Collum*, tibi longum, ut grues; aliæ breves obtinere. De *Lingua* superius attigimus. *Alæ*, plerisque proportionem: sola Dodo tam exiguas habet, ut se à terra tollere non possit. Omnes plumis vestiuntur, recens natas si excipias, & Dodonem, quæ lana quasi tegitur. *Cauda* tæ quoque sunt fere omnes. Cacato insulæ Mauritix avis cauda caret, &c. *Ratione Magnitudinis*, sunt, parvæ, mediocres, magnæ, apud quantitate, & bovis majores, ut Ælianus fabulatur. *Ratione Loci*, sunt terrestres, marinæ, lacustres, palustres, domesticæ & villaticæ, sylvestres, campestris. Aliæ arboribus insident, vel illis se affigunt, aliæ cavernis delectantur. Quantum ad *Qualitates*, sunt albæ, nigræ, versicolores, & quidem tales pleræque. Mutant quædam colorem, vocemque tempore anni ac repente fiunt aliæ, ut oscines & grues: non matunt aliæ. *Ratione Cibi* sunt carnivoræ, ut rapaces, insectivoræ, granivoræ, &c. Deglutiunt & lapillos & ferrum quædam. *Ratione Generationis* omnes fere, ut dictum, ovum ponunt, sola vespertilio animal. Infœcundæ sunt unguis: fœcundiores aliæ. Columbæ decies anno pariunt: hirundines, turtures, merulæ bis. Nihil de congressu, partu, incubatione, exclusionis, differentiis dicam. *Motus* diversitatem superius jam attigimus. Sed & de *vocis* varietate actum. Philomela modulatur: Aquila clangit: Accipiter pipat: corvus crocitat, crocit, corniculat. Perdix cacabat: Anser, gratitat, glacitat: Cygnus drensat. Turtur & Columba gemunt: Palumbes plausitat: Ciconia gloterat. Gallus cucurrit: Gallina gracillat, glocit: glocitat. Pavo pupillat: Grus gruit. Vultur pulpat. Græculus frigulat: Milvius lipit, lugit. Anas tetrinit: hirundo trinsat. Passer pipit: Sturnus pisitat. Turdus trutilat: Acredula mittat. Coturnix grylissat: Gal-

gulus glocitat. Merula stridet vel modulatur: Upupa popissat. Meleagris caccissat: Vespertilio stridet. Pica picatur: Cuculus cuculat. Bubo bubulat: Noctua cucubat. Ulula ululat: Buteo bubit. Regulus zinzilutat, Parustinninat. Reliqua, ne nimis prolixus sim, non attingo. Ego eas in hoc Opere, in *Terrestres & aquaticas distinxi*. Illas iterum in *Carnivoras*, sub quibus sunt Aquilæ, vultures, Acipitres, Falcones, Pstittaci, Corvi, Cornices, Noctuæ, Vespertilio, &c. *Insectivoras* non canoras & canoras: *Granivoras*, sub quibus pulveratrices, sylvestres & domesticæ, pulveratricesque & lotrices simul, &c. & *Baccivoras*. *Aquaticæ* in *Palmipedes & Fispipedes* quæ etiam sua sortiuntur genera, dispescuntur, prout in syllabo librorum & Capitum præfixo apparet. Et tantum de Avium natura in genere præmittere placuit. Quod reliquum est, scire te *Benevole Lector* velim, exhiberi hic Tibi quasi in tabella, quicquid de Avibus veteres & recentiores habent. Addidi enim omnia illa quæ à Gesnero & Aldrovando ommissa sunt. Ideo & totum quintum librum Marcgravii de Avibus Brasiliensibus Appendicis loco adjeci, paucis quibusdam ommissis, quæ alibi abunde explicata sunt. De *Uso* si quæ desiderabuntur, in *Additamentis*, Deo bene volente, prostabunt, in quibus una quæque *Exoticarum* suæ *Classi* restituetur. Quapropter, si aliqua nunc bis occurrerit, veniam dabis. Similes aliquando appareant species, quæ tamen vel icone, vel quibusdam in descriptione positis differunt. Quia vero duplici Aristotelis *Historiæ Animalium* editione usus sum, vulgari nempe & Scaligeranana; ideo illam absque addito, hanc cum nomine *Commentatoris* citare soleo. Iudicem tibi dabo, postquam totum de *Animalibus* opus paratum fuerit, illumque totius operis ad species, partes, & affectiones reducti, prout Plinius *Historiæ* suæ libro undecimo, capite trigesimo septimo & aliis pluribus in locis fecit, *Compendium*, sed *Alephabetico* ordine dispositum: si tituli marginales ommissi sunt, ne mirere. Primus hic in hac *Historia* labor, & jam fere per triennium apud Typographum delituit: nec tum mihi istos addere animus, prout & in *historia de Piscibus* vidisti. Fruere interim, *Benevole Lector* his, cum Deo; & auctori juventutis literariæ studiosissimo, prosperam valetudinem & ad plures curas vitam apprecare, ut Tuo bono, opus *Historiæ Naturalis*, de *Homine* imprimis, quod parat, aliaque huc spectantia, feliciter absolvere possit. Vale. *Lisenæ* ex *Musæo*. 10. Febr. A C M. DC. L.

Arist. H.
A. l. 1. c. 2
Edit. Scallig.

Æl. H.
H. l. 17.
c. 10.

Herbert.
i. l. itine-
rar. p.
347.

Æl. H. A.
l. 17. c. 14

Plin. H.
N. l. 10.
c. 53.

HISTORIÆ NATURALIS

D E

A V I B U S

LIBER PRIMUS.

De Avibus Terreſtribus Carnivoris.

TITULUS I.

De Aquilis.

CAPUT I.

De Aquila in genere.

Nomen.



QUILLA Græcis seu *παρα το αίσω*, concitus feror, seu *παρα το αει βίαις* εἶναι, quod semper augurium ejus veridicum esse solet, *αἰσός*; Cypriorum dialecto *αἰσός* & *Ἰβου*, Macedonum *παραίς*, *Ἀγρίων*, *Ἀρ- γιρῶν*, Pergeorum *Ἀφου* vocatur.

Descriptio.

Totam avis molem si spectes. Corpus ipsi densum, figura erecta. ossa solida & nihil ferè medullæ habentia. Magnitudo determinari non potest. Viginti cubitales in Ptolomæi pompa delati fuere. Inter Misenam & Dresdam tres in nido, pulli, totidem patulas quercus ingenti spacio complexo, inventi; quorum maximis alæ per transversum extensæ septem ulnas, ungues viri grandis digitos æquabant, crura leoninis majora erant. Partes, si in rationem veniant, anterior Capitis pars paulatim arctatur & in rostrum definit; quod durum, aduncum, ad senectutem crescit, sed tractu temporis fit inutile. Oculi sunt, parvi, charopi, concavi, profundi, nec nimium oblongi, nec exactè rotundi. Dentes nulli. Cerebrum adeò calidum, ut in pulverem redactum, manjam, exhibitum, inducat. Alæ rectæ & extensæ; in summitate recurvæ, nervosæ, paucæque carnis, magnitudinis tantæ ut eas Homerus, januis thalami compararit. Pennæ in iis sunt duræ & aliarum, Anserum inprimis & Columbarum permixtæ pennis easdem absumunt. Dum pulli excluduntur, inediâ albescunt. Pes dexter sinistro major, colore uterque difformis. Ungues adunci & recurvi, quos in incessu, intrò semper vertit; nisi solem aut prædam intueatur, perpetuò inspicit, & hebetatos, rostro, aut ad Lapides atteren-

Athen. Dipnos. l. 5.

Homerus Iliadè ult.

do, acuit, quique cum pullos nutriunt, invertuntur. Alvus propter cibi humiditatem mollior. Fel ærugineum, impensè acre & mordax. Sanguis crassus & fibrosus. Stercus tantæ acrimoniæ, ut nulli in Medicina usui esse possit.

Quantum ad Sedes & loca, nec in insulis, parvis inprimis, (cum Rhodi in culmine domus Tiberii confedisset, portenti loco fuit) nec in locis propè Mæotidem paludem, nec in extrema Scythia, & Sarmatia, ob aëris fortè inclementiam reperiuntur. In Caucaſo, Tauro, regno Peruano, Germania, Polonia, Britannia, Dania, &c. in quibus prædæ copia, eas invenias; & quidem locis *ὕψιστοῖς* præsertim *ἐν πέτραις ἀποκρήματι*, Arist. H. A. l. 9. c. 32. *ἐν τῷ δὲ πυργῷ* (de Pygargo & Morphno id sumendum non est) seu *πρὸς ἀρχαῖαν αἰῶνα τὴν ἐν ἐνδρῶν δαίτῃ*, id est ut tutiores ab insidiis sint; seu *διὰ τὸ βραδύ* *ἀφ᾽ ἡδονῆς ἀπὸ τοῦ γῆς*, quia difficulter à terra attolluntur.

Nutritum ipsi Carnes sunt, Columbarum, Anserum, Cygnorum, Gallinarum, Ovium, Cervorum, hinnulorum; ob sui à morbo tutelam, leporum, testudinum terreſtrium, piscium, etiam & cancerorum: serpentum inprimis, seu propter odium, seti propter eam quam ex humido & frigido cibo capiunt, voluptatem. Sed nec à sui generis avibus iratæ & famelicæ abstinent. Cadavera tamen non tangunt, Percnopteryum si excepias. A meridie venari quædam incipiunt, ab orto sole quædam. In prædam conspectam, & injuriæ patentem (lepus in planis, testuno post coitum supina invaditur) velocissimè & tormenti instar (hinc *ἐξυλαβῆς*) se demittunt, posteriore pedis digito feriunt, & occisam in nidos deferunt. Falluntur tamen interdum, quod in Falcone Scalig. Exerc. 237. Scaliger observavit: sed & à Polypo apricante in profundum detractus, Ælianus annotavit. Potus iisdem nullus, fortè quòd ad eum sanguis animalium sufficiat. Visæ tamē

Galen de Compos. Medic. f. l. lib. 4. Galen. l. 10. de simplic. facult.

Locus Sueton in Tiberio. Strabon. Geogr. l. 7.

Arist. H. A. l. 9. c. 32.

Nutritum.

Ælian. H. A. l. 7. c. 11.

men aquam bibisse, medicinæ gratia; & ultimo in senio, rostro præ siccatatè incurvato, vitam aliquandiu bibendo sustinere coguntur.

Sexus.

De *Sexu* Aquilarum dubitari non debet. Datur genus, quod propter tres testiculos, *Triorchis* appellatur. *Coëunt* verò frequenter; & foemina ter decies in die compressa, si mas revocet, denuò accurrit. Unde Ægyptiis & Venus dicitur, & soli dicitur. Commiscentur aliquando cum accipitre, sed ovis incubare non dignantur: sed & marem cum lupi aliquando coire, scriptores Africani referunt. Ovis maioribus XXX. minoribus XX. diebus incubant, & ad exclusionis promotionem lapidem ætitem; qui æstum ovorum ab incubatione contractum, utpote frigidissimus, temperat; & peculiari qua pollet vi partum accelerat, in nido deponunt. Duos plerumque *excludunt* pullos, quandoque tres. Exclusos solem adversos intueri cogunt, & invitos eidem obvertunt. Si fortè oculos vi splendoris inflexerint, aut nictatione obnubant, tanquam adulterinos abdicant; si immotis eum aspexerint, genuinos agnoscunt. Volatum affectantes, in altum sublato, dimittunt, sibi relictos, aut fortè dilapsos fuscipiunt, grandiusculos, logissimè tanquam rapinæ æmulos, à nido fugant, & *ἐν τῷ πύρῳ τῷ περὶ αὐτῶν πάντος ἀπὸ λαιύσσειν.*

Sinefius in Dione.

Arist. H. A. l. 9. c. 32. Volatus.

Quantum ad *volatum*, à meridie ad vespèram moventur; manè, quiescunt, donec hominum conventu fora impleantur. Tam sublimes rectâ viâ feruntur, & deorsum tanta mole corporis labuntur, velificatas alas modico caudæ gubernaculo advertentes, ut cæteras omnes aves superent, & vel ideò à Poëtis Altivolantes *ὑψηλῶν* dicantur Tempore incubatus, & nutritionis pernitas illa imminuitur, sed motus tonicus perpetuo peculiaris manet.

Homerus Iliade o. Oppian. Cyneg. l. 1.

Lucret. l. 5.

Vox. Homerus Iliade μ.

Vocem ipsis clangere seu *χλάζειν* quidam, ut Homerus, & Author Philomelæ, tribuunt, qui reboatus quidam est propter strepitum gravem, avicularum motum obtundens: nonnulli penè mutas aut vix vocales, quod de tertio genere Aristoteles affirmat, tradunt. Pullos mutos esse constat, quod illis lingua humore quopiam tenellis impediatur. Sed de hoc inferius dicitur.

Sensu externi. Plutar. de Homer. Aug. l. 2. de morib. Manich.

De *sensibus externis* non est quòd multa dicam, tam exacti est visus, ut sola contra rotantis jubaris lucem immotam teneat aciem; sola sublime ita volans, ut à nobis tanta luce difficile cernatur, latentem sub frutice lepusculum, sub fluctibus nantem pisciculum, videre comperta sit.

Ingenium.

Animam ipsi olere certissimum est, propter quam contacta ab ea corpora facillimè putrescunt. De *ingenio* ac docilitate pauca

occurrunt. *Callitrichum* herbam in nidum suum contra noxia animalia ingerere affirmant. Subvenisse Aristomeni in Cædam demisso; gratiam virgini Sestensi, & puero pro educatione, rustico pro lato contra serpentem auxilio, retulisse; infantem recens natum ab exitio servasse, apud Authores invenies. Inde pullos educatos ad leporum, vulpium venatum, descripto ab Aeliano modo, instituebant. Tales & Cublai Tartarorum Imperator habuit. Sed & Pythagoras aquilam ita mansuefecisse, ut certis vocibus sisteret & devocaret, Superodantem, dicitur.

Inimicitias gerunt cum Cygnis, (pugnæ apud statium descriptionem vide) Trochilo, Gruibus quæ ideo montum Taurum transmissuræ, lapillis vocem cohibent, & noctu transvolant. Ardeolis, Ciconia, Hierofalcone, vulturibus, Dracone & Serpentibus.

Vita quamvis salaci diuturna est. In senectute visus hebetudine, & rostri adunciate tentatur; cum vero se illa gravari sentit in sublime fertur, inde, oculorum caligne solis calore dispersa, fervida, in aquas frigidissimas se dat præcipitem, quibus tertio immersa, nidum petit, & inter pullos capturæ aptos quasi febre correpta, cum sudore quodam plumas exuit. Oppetit ergò mortem non tam senio vel ægritudine, quàm fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat.

CAPUT II.

De Aquila in Specie.

ARTICULUS I.

De Chrysaëto.

CHrysaëtos Aquilæ genus à fulvo colore ita dictum est. Aristoteles *χρυσῆος*, Albertus Herodium, Aelianus Aquilam stellarem, Pindarus Jovis alitem, Hesiodus Ægioped, &c. vocat.

De *externa* ejus *constitutione* veteres hoc duntaxat, produnt, quòd maxima sit omnium inter cæteras aquilas eademque ruffa seu vulva aut subrutila (qui color interdum cum ætate mutatur) & *oculis* Charopos. Quæ Aldrovando à Ferdinando Medicæo missa erat, pendeat libras duodecim, coloris, in minoribus totius corporis *plumis*, ex fusco castanei albis sparsim intercurrentibus maculis, paucis dorso, pluribus ventre, radicibus albis; in alis & cauda fusci, eò magis quòd majores pennæ, in cruribus ad pedes usque furruginei: *Longitudo* ei ab extremo rostro ad ultimam caudam, quinque dodrantum, à rostro ad extremos ungues, quatuor Spithamarum, & ultra.

Pausan. l. 4. V. G. Plin. H. N. l. 10. c. 5. Aelian. H. A. l. 17. c. 37. Aelian. H. A. l. 12. 21. Aelian. H. A. l. 4. c. 26. Plut. in Numa.

Antipathia. Arist. H. A. l. 9. cap. 1. Stat. Thebaid. l. 3.

Vita.

Rhodig. Antiq. l. 7. c. 41.


Nomen.

Aelian. H. A. l. 2. c. 39. Pindarus Lythio. Ode 4.

Aquila Gefneri Alder



Chrysaetos Aquila Adler





ultra. *Latitudo* expansis alis Spithamarum octo. *Rostro* quod palmam superabat aduncitas infra inferiorem mandibulam ad pollicem unum propendebat, *latitudo* plusquam duorum digitorum, *medii* præsertim, erat. *Color*, in acie nigrior, alibi. *Corneus* ad cæruleum dilutum tendens, fusco maculatus. *Oculos* habebat Charopos, quos palpebræ in uno quoque bine, supernè, & infernè integebant, inter nictandum tunica quadam crassa, ab infra sursum exporrecta, musculo conspicuo, cujus initium haud procul ab eruptione nervi optici à cerebro erat, quamque palpebræ superioris loco à naturâ datam, & ad angulum internum inprimis collocatam, quod cutis capitis ob duritiem inpalpebras abire, nequeat, creditur instructa; ab angulo majori ad minorem; obducebantur. *Humor aqueus* in iis copiosus, *Crystallinus*, *Sessilis*, utroque latere compressus, & solidus. *Lingua* erat humanæ similis, lata, extremo teres, versus radicem duobus utrinque ceu hamatis utrique appendicibus corneis armata. *Sinistri pedis posticus unguis* sex digitos in circumferentia longus erat, *dextri* quatuor, singulos digitos, quatuor semicirculares tabellæ, extremos propè unguis, integebant; maximo interiori excepto, quem tres duntaxat vestiebant. De *ingluvie*, *Oesophago*, *ventriculo*, consulat

Aldrov.
Ornithol.
1. 2. c. 2.

Aldrovandum qui volet. *Musculos* collum moventes anticos & posticos habebat duodecim, seu sex paria, laterales tres. In thoracis utroque latere tres; *Abdominis* quatuor paria; *Alas* moventes decem, *Scapulae* quatuor; *Ulnam* moventes, sex; eam partem qui carpo in homine respondet totidem, *crura* quinque, *Tibiam* octo; *Tibiam* & digitos, plurimos.

Nutri-
mentum.

Cibus ipsi carnes leporum, gruum, Anserum, Hinnulorum, Cervorum, quos ex declivi præcipites agit, & Taurorum, quos magno & ausu & astu aggreditur: aliquando fame premente fructus, & fruges, ut hac in parte deceptus videatur Aristoteles, qui fruges etiam si in os ingeras respuere asserit, comedit.

Arist. H.
A. 1. 8. c.
8.

Genera-
tio.

Ova ad summum tria ponit, si juvenis est & vegeta, ut plurimum duo, quorum alterum sæpissime putre deprehendi testimonio acupum, per octennium nidum explorantium, Albertus affirmat, quæ de ovorum vel ab alterius generis Aquila Crysaëto, vel à Chrysaëto alteri Aquilæ suppositione scribuntur, dubia nimis sunt. Si duo excludit, alterum pullorum ejicit, seu nutricatus difficultate, seu quia minus generosus apparet. Prædam nisi fame coacta sola minimè absumit. Impertitur avibus regiâ magnificentia portio, quæ ea spe sectantur, adulatorum aulicorum ingenia exprimentes.

ARTICULUS II.

De Halieto & Melaneto.

Haliætos, Halixætos Phavorino, Aquila marina Latinis, Nifus, sed non recentiorum, Ovidio dicitur, Germani Meer Adler.

Nomen &
descriptio.
Ovid. 1.
8. Meta-
morphosi.

Qui à Bellonio exhibetur, *magnitudine* est Milvi. *Caro* ei cinerea ad nigrum vergens, fibrosa. *Alarum* ad pedes duos Romanos, & digitos undecim extenditur *longitudo*. *Caput* album & fuscis lineis distinctum, *rostrum* aquilinum, *Oculi* in medio nigri, in ambitu aurei. *Lingua* ferè humana, appendice ad radicem utrinque instructa. *Colore* per summa Asturis, per ima albo, *Guttur* maculis ruffis notatum. *Pectus* purè candidum. *Venter* gutturi colore respondens. *Crura* crassa & squamosa. *Cauda* ad commoditatem volatus lata, *Pedes* fissi, hamati, cærulei. *Digitum* quatuor per superna ad dimidiam longitudinem squammosi, ad reliquam incisi, per inferna asperi & aculeati, tam validi, ut flexos vix ulla vi distendas.

Bellonius de
Avib. 1.
2. c. 8.

Species Aquilarum marinarum plures esse videntur, ex quibus, tum illa est Bellonii quam testas in cruribus & unguis omnino rotundos habere scribit: tum illa Alberti M. & Anglorum, quæ pede est uno anserino & natante, altero fisso & prædæ dicato; adipem in cauda gerit, quo guttatim in aqua dimisso, pisces attoniti, prædæ fiunt opportuni.

Differen-
tiæ.

Habitat circa mare, littora & oras.

Cibus ei interdum columbæ, interdum aves marinæ; quas universas nunquam invadit, singulas cum emergentes observavit aggreditur, & immersas vel strangulat in humore, vel per summa corripit, sed piscibus præcipuè victitat, quos in sublimi inprimis natantes, in altum mare se præcipitans aquis pectore discussis rapit, & interdum pondere victa demergitur. Quod de adipe superius dictum, quia & testimonio fide dignorum nititur, & pari, in ardea pede in aquam demisso, pisces alliciente, exemplo comprobatur, fidem videtur mereri; & viribus narcoticis, quales, seu in torpedine, seu in opio, seu in spiritu vini sentimus, adscribendum est. Vixit quidam & quidem quietus ad septimum sine cibo. De ipsius *Ortu* mira Plinius, quæ quia mendo non carent, diligentius expendi debent.

Locus.
Arist. H.
A. 1. 9. c.
32.
Nutri-
mentum.
Ælian.
H. A. 1.
3. c. 43.
Oppian.
1. 2. I-
xent.
Aldr.

Fel ipsius ad oculos suffusiones & nubeculas cum melle mixtum prodesse scribit Plinius.

Plin. H.
N. 1. 10.
c. 3.

MELANATOS, Aquila Valeria Hermolao, λάλωρον Aristotlei, λαρωθήρας Hesychio & Phavorino, aliis Hyperionis avis dicitur.

Ufus.
Plin. H.
N. 1. 29.
c. 6.
Nomen.

Descri-
prio.

Minor est reliquis nigra, *rostro* adunco extremitate nigro cæteris corneo subcæruleo. Initium ejus supra narium foramina, membrana quædam transversim obvestit. *Vertex* ac *cervix* obscuro ferrugineo tinguntur; *Oculi* pupilla est nigra, iris charopa, & ex luteo rufescens. *Dorsum* ternis exiguis notulis albicantibus aspergitur. *Ala* ad ultimam ferè caudam exporriguntur. *Crura* tota propemodum plumis operiuntur; quod nudatum est, id luteum, vix ad digiti unius spacium ad pedes patet. *Degit* in sylvis & montibus. *Vicitat* leporibusquos, sensim in terram delapsa, in plana digressos opprimit. Pugnatur tamen & cum cervis animose. Multum pulverem volatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos; pennis ora verberans, donec præcipitet in rupem; sed & cum Dracone, Ova hic confectatur Aquilæ aviditate malefica: at illa ob hoc rapit, ubicunque visum. Ille multiplici nexu alas ligat, ita se implicans, ut simul decidant. Sola Aquilarum foetus suos alit, est liberalis, sola sine clangore & murmuratione.

Locus.
Cibis.
Arist. H.
A. 1. 9. c.
32.
Pugna.

Plin. H.
N. 1. 10.
c. 3.

ARTICULUS III.

De Pygargo & Morphno.

Nomen.

Pygargus, Gazæ Albicilla, Hinnularia aliis Melanæto & Morphno major est, at minor Percnoptero.

Descri-
prio.

Qui ab Aldrovando exhibetur, majusculi Gali erat magnitudine, *vertice* ac *collo* dilutè castaneo ex cinero. *Oculi*, pupilla nigerrima, iride lutea, *rostro* adunco, & paulo quam cæteris Aquilis, proportione habita, longiore. *Dorsum* alarumque pars superior, ferrugineis obscurè plumulis ac subnigris integuntur, uti venter ac femora. *Cauda* ab Uropygio ad finem usque tota albicat: duæ tamen pennæ minores, majõribus incumbentes extremo nigrae sunt. *Tibiae* totæ fere nudæ, impen- se luteæ, tabellis super intectæ. *Ungues* acerrimi.

Locus.

Colit oppida & campos, plana & lucos; sylvas & montes nonnunquam. Romæ raro visam ex Symmachi epistotelis colligitur. Adoritur nervos, ut Melanætus, cum hinnulis; à dextro latere insilit, in oculos involat, & tamdiu alis percutit, donec præcipites agat. Aëtitem in nidum infert, à quo & is nomen obtinuit. Sed in alendo foetu reliquis est difficilior.

Differen-
tia.

Duplex illius *genus* Bellonius recenset. *Unum*, corpore colore inter album & cinereum ambiguo, extremis *alarum* nigris, supina parte tota candicans, quod Ardeam volatu refert; *caput* versus terram deprimet & perdicibus cuniculis, gallinaeis, & aliis minutis volucibus *vicitat*, & ut plurimum Oriente & Occiden-

te sole conspicitur. *Alterum* Milvo regali adeo simile, ut nisi hic & minor esset, & ventre intensius albescente, (pennas circa Uropygium cum superioribus candidissimas obtinet) unus ab altero non dignosceretur. *Ungues* habet atros, crassos, & in fornicem curvatos. Insectatur alaudas per campos, & cum subbutcone de præda tam acriter certat, ut uterque alis & pedibus confertis in terram delapsus, sæpissime aucupibus in prædam cedat.

MORPHNOS, *πλάγγος*, *κλάγγος*, *Νετλοφός*, Nomen. & *περνώς* Græcis; Nævvia, clanga, Planga aut Plancus, Anataria seu Avicida Latinis, dicitur.

Veteres eam magnitudine Melanætum superare, & nigro ac sub obscuro colore, qui tamen nævis quibusdam interstinguatur esse scribunt. Homerus alas ejus tantum patere, quantum valvæ ostii cujusdam viri divitis, cecinit. Ex te centioribus Aldrovandus nullam se vidisse cui omnia veterum competerent, fatetur. Turnerus apud Gesnerum, nomen hoc Balbulsarde Anglorum, qui est Buteone major, nævo in capite albo colore fusco proximo; quique ad ripas degit, in terra inter arundineta super aquas nidificat, volatu non admodum valet, pisces & cuniculos dilaniat, adscribit. Bellonius avem falconem secuplo majorem, pedibus cæruleis digitis oblongis, Unguibus patulis, Gallis Gerfault dictam, & terrestri venatui adhibitam, pro Morphno, sed dubius, obtrudit. Saltus convalles & lacus *incolit*. Aquaticis avibus ut fulicis & anatibus plærumque, sæpe & piscibus *vicitat*. Spectanda dimicatio est, inquit Plinius, ave ad perfugia littorum tendente, maxime si condensa harundo sit: Aquila inde ictu abigente alæ, & cum appetit, in lacus cadente, umbranique suam nanti sub aqua, à littore ostendente; rursus ave in diversa, & ubi minime se credat expectari, è mergente. *Nascitur* ex Ossifragis si Aristoteli credimus.

Plin. H.
N. 1. 10.
c. 3.
Descri-
prio.
Arist. H.
A. 1. 9. c.
32.

Locus.

Pugna.
Plin. H.
N. 1. 10.
c. 3.

Morphno CONGENER Aldrovandus appellat aquilam sibi missam, cujus magnitudo galli gallinaceierat. Color totius ferrugineus, rostrum deorsum recta propemodum tendens, membranula lutea capiti conjunctum. Extremæ alæ versus ventrem maculis ovalibus insignitæ, remiges extremo apice albicantes. Crura hirsuta, & albis notis è bætico aspersa digiti superne squammis, inferne tabellis seu annulis intectæ.

Genera-
tio.

ARTICULUS IV.


De Percnoptero, & Ossifraga.

Percnopteros, qui & Cypaëtos, vel Hypaëtos, Ægyptias, & Oripelargus dicitur.

Nomen.

Bre-

Haliaeetus
Adler bastard.
Meer Adler



Aquila
Adler Arn.




Fygarus
Weis geschwenzter Adler



Moss Weij Entenstoße

Anathria sen
Morphnos







Melanctes uel Melanctes
Aquila Valeria Stock Arn



Melanctes



Aquila Piegargus alius

PLATE I





Pernopteros
Gejyr Adler



Morphnos
Sutten Adler




Bellouj

Ossifraga alis Species



Pernopteros alius





Morphuo Congener



*Ostifrangus
bien brecher*



Perenopteros Aquila peregrinus



*Heteropus Aquila
Species*



Auis Scythica



*Mitternachtlicher
Adler*

*Chrysaetos
Bellonij*



Discri-
prio.

Breviter à veteribus, diversim à Neoterice describitur. Aristoteli est capite albicante, corpore, quam cætera dicta majore, sed brevioribus allis, longiore cauda, vulturis referens. Aldrovandus binos ejusdem icones exhibet. Prior Chrysaëto non multo minor, habet *Corpus* coloris castanei ad nigrum vergentis, *rostrum* mediotenus rectum, extremo in unum insignem curvatum, principio juxta frontem album, cætera nigrum. *Caput* subalbidum ad fuscum vergens. *Oculos* iride subalbida, pupilla nigra. *Collum* dimidia fere parte eaque superiore propemodum calvum, & paucissimis usque exilibus plumulis consutum, candicans, ad cujus finem, medio prope collo instar pilorum quorundam hirsutorum ac crispiorum, plumulae veluti setae oblongae supra cæteras, plumas extabant. In tergo veluti cucullus quidam, ad medium usque protensus in acutum finem, velut triangulum quendam desinebat. Alter ignavus, colore pennarum totius fere corporis erat fusco ad castaneum obscurum vergente, quem in ultimo collo nonnihil albicantium ordo continuus, angulum acutum in dorsum exeuntem constituens qui veluti cuculli humeris inducti basis erat, distinguebat. *Capite* ad occiput usque; calvo, ita ut pennae post verbum surrectae, cuculli speciem exhiberet. Bellonius avem Gallis busard dictam, buteone majorem, coloris nigri, alis brevibus ignavam Cypaëtum vult esse. Gesnerus aliam ciconiae forma & coloribus similem. Frigoris impatientem, corporis intense calidi, carnivoram, sed pisces respicientem, quae quatuor horas uno loco sedebat, & solem aliquando splendentem intuebatur, si non Gypaëtum, ex altero saltem parente natum, credit.

Locus.

Incolit lucos & plana, ut plurimum, montes, quandoque, in Syria & Aegypto maxime invenitur.

Nutri-
mentum.
Arist. H.
A. l. 9. c.
32.

Cibus foli inter aquilas, cadavera. *Gravis* enim, & ad rapinam iners, à corvo cæterisque id genus altibus verberatus, fugatur, capitur. Muribus quoque circa Gazaram Aegypti urbem victitat. Pullos statim parere, Aelianus auditione se repecisse scribit. Avicenna fel ejus destillatum cum oleo violaceo ad aurium dolorem & tinnitum; simum ad abortum commendat.

Nomen.

OSSIFRAGA & Ossifragus, Graecis Aristoteli Harpa quoque, Sanqualia, & Immussulus dicitur.

Discri-
prio.
Arist. H.
A. l. 8. c.
3.

Aristoteles de ea. Ossifragae magnitudo major est quam Aquilae (Chrysaëto nempe excepto) Color ex cinere albicans. Parum oculis valet. Nubecula enim eos habet oblaesos. Quae ab Aldrovando exhibetur, quatuor dodrantes & medium erat longa, novem, alis extensis Spitha-

mas, lata, libras undecim pendens. *Plumae* totius corporis, sub-albo, fusco, & ferrugineo colore variabant. Cutem proximè vestientes, molliculae & candidissimae erant, remiges ex toto ad castaneum tendebant. *Caput & collum* angustis & oblongis pennis rigebat. *Rostrum* ei duos digitos latum, palatum longum, subnigrum, è Corneo fuscum, ab initio membrana quadam ultranavium foramina protensa, marginibus suis literatis. exprimente tectum, ita aduncum; ut unguis solus pollicem latum adaequaret. *Lingua* humanae simillima, lato apice, hamatis utrinque duris & corneis appendicibus, membranula tenui ad inferiorem mandibulam connexa. *Mandibula* inferior canalis instar excavata; palatum medio rimam quandam exhibebat per quam pituita à capite destillabat. *Demento* plumulae tenues villorum instar, ad barbæ speciem quod ossifragae Plinius tribuit propendent. *Crura* fuscis plumulis aliquantulum fulvescentibus fere tota obtegebantur. *Ungues* nigerrimi, præatorre splendebant, & semicirculum ad amussim representabant. Substantia ipsorum intus alba & ossea, foris fusco cortice intacta erat. Duodecim caudae pennae albo & nigro maculabantur, intus albæ, extus fuscae. Et hæc externarum partium ratio est. Internas si attendantur, Uvea, quae homini in pupilla perforatur, tenuissimam quandam membranulam pupillae prætensam habebat unde, ut Philosophus notavit, minus visu pollet. Pars, quae iridis ambitu clauditur, ne prorsus visio præpediretur, subtilissima, & pellucida erat, *Abdomen* pinguedine copiosa redundabat. *Lien* illi rotundae figurae, *ventriculi* corpus membranofum, fundo superiori orificio latius, ingluvie carens, quod de sua ossifraga Plinius, cujus vicem Oesophagus, simul atque jugulum transiit, paulatim ad ventriculum usque dilatatus, gerere videbatur. *Vesica* fellis nullum cum epate consortium hoc sub ventriculo multo immersum erat adipi. *Uterus* crasso corpore, pyriformis, semine plenus. *Uropygium* medii pugni crassitudine, & adiposum conspiciebatur &c. Ad hujus generis Bellonii illa, quae corpulentia colore & specie milvi est, duabus maculis nigris ad alarum latera notata, capite accipitris stellaris, cruribus & pedibus vulturinis, &c. non pertinet: sed illa quae in comitatu Tyrolensi, colore accipitrum in dorso, in ventre albicante, orgyiae, distentis alis latitudine, rupicapras ex alto ad montes præcipitat, frustra ossium etiam majuscula deglutit; referri huc potest: ut & illa, quam Gesnerus, plumis albis, capite undo & flavo, Saxis injecta ossa confringentem, amici verbias describit.

Plin. H.
N. l. 10.
c. 23.

Cibus ipsi Rupicaprae, Hinnuli, canes

Nutri-
mentum.

Venatici, Anguillæ, cujus frusta in disse-
cto ventriculo inventa, tam acuti fetoris
erant, ut spectatores in animi ferè deli-
quium conjicerentur.

Generatio.

Probè *fœtificat*, ut pullos suos & Aquilæ,
quos ista nido volandi facultatem ade-
ptos, & edaciusculos, ejicit, nutrit, & abre-
ptos *αἰετῶν* deflet. Vultures minores ex iis
progenerari, & ex iis magnos qui omninò
non generent, scribit Plinius.

Arist. H.
A. 1. 9. c.
34.

Plin. H.

N. 1. 10.

c. 3.

Antipa-
thia.

Lucret. l.

5.

Vox.

Ufus.

Plin. H.

N. 1. 30.

c. 7.

Pugnat cum vipera; & fauciata, herba
soncho simili, sibi medetur.

Voces alias alio in tempore jacit.

Usum si spectes, fel ejus cum melle po-
tum leucen curat: stercus aridum tritum
concoctionem promovet. Venter potus
calculos pellit. Intestini extremum ad al-
ligatum, colicam sistit. Os ad coxam su-
spensum, varices sanat.

ARTICULUS V.

De Anopæa, Aquila alba, Aquila hetero-
pode & Scythica Ave.

ANOPÆA fit in Homero Odyss. 1.
mentio, quæ quibusdam est *αἰετὸς* in-
visibilis, seu *αἰετῶν* id est fursum evecta Alii
αἰετῶν scribunt, & hirundinem intelli-
gunt.

AQUILA ALBA seu Cygnea, ma-
gnitudine est Chrysaëti, candoris nivei, in
rupibus circa Rhenum invenitur. Lepo-
rum, cuniculorum, procellorum & piscium
venatu vivit, & volatu tarda est.

HETEROPOS Gesneri, sinistrum crus
cæruleum, dextrum fuscum albicans ha-
bet, de cætereo, pectus, collum, & venter
fusca sunt, punctis nigricantibus maculo-
sa. *Capitis* & cervicis pennæ rigent. *Oculi*
subrubent, dorsi initium circa alarum sum-
mitates in gibbum attollitur.

Arist. H.
A. 1. 9. c.
33.

DE SCYTHICA ave ita Aristoteles.
In Scythia genus avium Otides. Hæc
duos pullos parit. Ovis non incubat, sed
in pelle leporis aut vulpis impositos pullos
relinquit. Observat in summa arbore an
adsit qui pullos furripiat. Quod si quis as-
cendat, pugnat & verberat alis, ut Aquilæ.
Olaus M. oculatus testis, utriusque histo-
riam confirmat, quam Albert. M. falsi in-
simulat.

NB. Ad Aquilas pertinent *Itzquantitli* & *Tla-
coquantili* Indorum, vide infra *Mantissam*. N. I.

TITULUS II.

De Vulturibus.

CAPUT I.

De Vulturibus in genere.

Nomen.

VULTURIS nomine intelligitur, quæ
Græcis *αἰετὸς*, *αἰετῶν*, *Οἰετῶν*, *Αἰετῶν*; Lati-

nis etiam Vulturius, à tardo forsan volatu,
& per periphrasin, Avis Titii, torva, avi-
da, magna, Palatina, caucæsa, dicitur. Ly-
cophron eas olores rapaces, Hermogenes
αἰετῶν, seu sepulchra animata vocat.

Lycophron in
Cassan-
dra.
Descri-
ptio.

Toto corpore Aquilam ferè imitatur,
illamque, sesquialtera proportione, si Bel-
lonio credendum, excedit; nec tamen,
quod in rapacium genere solemne, ma-
rem fœmina magnitudine superat. *Rostrum*
ipsi obuncum, oculi truculenti; quatuor,
apud Philen, narium spiracula, unde *τετραπύριον*,
quod fabulosum est. *Collum* implume, seu
potius capitis plumæ ita breves, si cum A-
quiles conferantur, ut implumes videantur
Guttur longitudine & capacitare, quod pro-
pendens ante ventrem ingluvies ostendit,
igsigne, sub quo spacium palmi latitudine,
non tam plumis quam pilis, ruffis, vitulinis
simillimis, instar lenissimi cujusdam velle-
ris, omni scapo calami destitutis, vestitur.
Alarum incumbens corpori pars, leni tota
vellere, quod soli inter rapaces peculiare
integitur. *Crura* tota ad pedes plumosa,
contra gelu & frigus munimentum. *Ungues*
adunci.

Sedes in altissimorum montium jugis,
poneri, Aristoteles, Plinius, & Homerus
sunt authores. Poëtæ Caucasæas vocant.
A recentioribus in Creta, Zazynto,
Apennino, monte Gallia Aureo, visi sunt.

Locus.
Arist. H.
A. 1. 6. c.
5.
Plin. H.
N. 1. 10.
c. 7.
Homerus
Iliade 2.

Æstate in aprica, frigoris vitandi crusa
demigrant, & in Arabia desertis & Ægy-
pti inter Cairum & mare rubrum planis,
numerosos Bellonius vidit, quod iter il-
lud Camelorum cadaveribus plenum, pa-
stum ipsis suppeditet. Agricola in sylvis
degere asserit. Juvenali nidulantur etiam
in arboribus. In Creta & alibi in præcipi-
tiis, montium mari imminentibus. Pro-
pterea Herodotus Briffonis Rhetoris pater
ait, esse vultures in terra altera nobis igno-
ta, eo argumento, tum quòd nemo vul-
turis nidum conspexerit; tum quòd ma-
gno numero repente apparent sequentes
exercitus.

Agricola
de sub-
terran.
Juvenal.
Satyr. 14.

Arist. H.
A. 1. 6. c.
5.

Vicitant morticinis & quidem solis, il-
li, qui cum Aquilis, Ossifragis, & Acci-
pitribus nullam cognationem habent, sui
generis volucres mortuas, si Herodoto
Pontico credimus, ne attingentes qui-
dem. Vivis etiam tum volucris (ruunt
enim in anseres) tum quadrupedibus, illi,
qui Spurii sunt. In Creta & Helvetia
agnos, hœdos, lepores, cervorum hin-
nulos, In Chile Americae provincia pecu-
des, infestant.

Nutri-
mentum.

*Datur quoddam genus quod Torgos & Hæma-
torrhophum dicitur.*

Bellon. l.
de Avi-
bus c. 23.
Monard.
l. de Aro-
mat.

Venantur à meridie usque ad noctem, ab
ortu solis ad illud tempus quiescunt.

De eorum *Sexu*, *Coitu*, *Partu*, & *Intubatu*
non conveniunt Authores. Fœminas dun-
taxat

Generatio



Falco Patagonicus



Falco carolinensis



Falco sparverius



Podiceps cornutus

Vultur Cinereus Gejyr



Vultur Baticus Gejye



Vultur

*Leporarius
Hasen Gejyr*



*Vultur Alpinus uel aureus
Goldgejyr*



Ælian. taxat inter eos reperiri, Ælianus, Orus,
 H.A. l. 2. Philes, Tzetzes & alii authores sunt, vel si
 c. 46. l. Auster non spiret, ad Eurum ventum oris
 1. Hieroglyph. hiatu se pandunt. Spiritus venti influens,
 Phile de proprietas. intra quinque dies, quibus nec cibum nec
 Animal. Tzetzes potum capiunt, ipsos implet. Tertio à con-
 Chil. 12. ceptu anno, non ova sed pullos parere,
 c. 439. Geoponicorum scriptor, Philes, & Simo-
 Arist. H. dies ova deponere, Orus & Tzetzes. Ari-
 A. l. 6. c. stoteles & Plinius nidificare scribunt. Ni-
 5. Plin. H. phus nidum in Italia vidit. Ille bina com-
 N. l. 10. plurimum ova ponere reliquit: hic ex
 c. 6. Umbriaco Aruspice tria. De tempore par-
 tus nihil determinant, hoc interim à Divo
 Hieronymo proditur, vulturem cum cœ-
 perit ova edere, quippiam ex Indico tractu
 adferre, nucis instar, intus habens, quod
 moveatur, sonumque subinde reddat. His
 veritas subscribere videtur; attamen cum
 Aquilæ, ossifragæ & vultures, ut ex Aristo-
 tele, & Plinio palam est, promiscuo coitu
 inter se utantur: facillè ex diversarum spe-
 cierum avibus, tertia sterilis, ut ex equa &
 Asinio Mula, generari potest, quæ ob simi-
 litudinem cum vulturibus, quam Aquilis
 majorem, inter illos potius collocetur. Edu-
 cationem, si videas, apud Orum centum &
 viginti diebus pullis nutriendis insumit,
 alimento deficiente femoribus suis rostro
 vellicatis sanguinem ciet, ipsisque sugen-
 dum præbet. Apud Albertum verò un-
 guibus eos vulnerat, & de superfluo sibi
 cibo pascit.

Extendit ætatem ad centesimum annum
 Quantum ad facultates & actiones animales,
 Oriente sole in occasum, occidentem in or-
 tum prospicit, ut apud Orum extat. non
 ultra maria tantum, sed per quingenta
 etiam millia passuum cadavera odoratur:
 seu quod instrumenti sit exquisiti & sicci;
 seu quod copiosa ab integris quandoque
 exercitibus exhalatio sit, seu quod eadem
 conglobata, ventis eodem deferatur.

Moventur tardè propterea corporis molem,
 & volant turmatim.

Ingenium exinde colligas, quod Regio-
 nes frigus evitaturi mutant. Ægypto non
 minus, quàm Ciconiæ advenæ, quod ad
 idem cadaver, à quo satiati, sæpius recesserunt,
 identidem redeant, expeditos ad bel-
 lum exercitus præsentione quadam conse-
 quantur: ac ut aliqui addunt, biduo tri-
 duove, imò septenis diebus antè ea loca
 circumvolent, in quibus cadavera futu-
 ra sunt, quod domi cadavera à veneno-
 so serpente percussâ fugiant, & hepatis
 morbo laborantes magnarum avium jeci-
 nora vorant. Suaveolentia adeò averfan-
 tur, ut ne armenta quidem mortua, un-
 guento adorato illita, attingant; imò un-
 guentorum odore perimantur; perit &
 mali Punici grano vultur: sed femine Si-

ne Siferis Cretici vehementer oblectatur.

Inter ejus morbos sunt, Hepatis obstru-
 ctio, & pediculi, insectum venenosum, pe-
 diculo par, vel ei qui in inguine nascitur,
 persimile.

Usus in medicina partes ejus, magnum
 obtinent. Medicamentum ex integro ab
 Aëtio paratur, ad abscessus, condylomata,
 strumas. Cerebrum capiti vel naribus cum
 oleo cedrino illitum, dolorem ejusdem
 sedat. Cor pulli adalligatum adversum
 comitalem morbum prædicatur. Serenus
 jecur ad jecoris dolores commendat. Fel.
 Opstalmicis benè ex Sammonico admif-
 cetur. Penna pedibus subjecta parturien-
 tes adjuvat; sed nisi tempestivè auferatur
 in uteri procidentiam conjicit. Si dentes
 ea scalpentur, acidum anhelitum reddit.
 Nidore pennarum, si utantur, serpentes
 fugantur. Pellis ventriculo apposita con-
 coctionem egregiè juvat. Nervi ex cruri-
 bus & summis pedibus collecti, & ad talos
 ægri alligati, podagram curant. Externa
 si attendas, ex ossibus vulturis tibias Scy-
 thæ Anthropophagi, Malenchleni, Ari-
 maspi conficiebant. E cruribus candela-
 bra quidam, quod ipsa, innatâ vi venenum
 explorare & attrahere crederent.

C A P U T II.

De vulturum Differentiis.

Vulturum duo duntaxat genera Ari-
 stoteles agnoscit; at Neoterici plura
 esse observant.

Primum est Albicantius, & parvum, quod
 in montibus Rhæni, Danubii, Helvetio-
 rum circa Clavonam, apparet, in Scythia,
 & subjectis Septentrioni regionibus fre-
 quens est.

Alterum *σποδοειδές* seu magis cinere-
 um, cujus pilos seu plumulas albas capilla-
 ceas & capillamentorum instar subtiles,
 adeò candidas esse Bellonius scribit, ut pel-
 lem subdititiam & elaboratam, mustelæ al-
 pinæ albæ, seu etiam vulpis albæ esse, quis-
 piam existimare possent.

Tertium Bæticum, quod Aquilâ paulò
 minus habet pennas colli, dorsi, ventris,
 totiusque adeò corporis, castaneo colore
 tinctas, dorsi & laterum exiguas, & squam-
 marum instar latiusculas, quæ dorsum,
 ventriculum, ventrem, & uropigii radicem
 vestiunt, ruffas plumas verticis breviculas
 ac curtas, si Aquillis comparetur. Colli an-
 gustas ac longiusculas, quales gallis galli-
 naceis, & sturnis propendent. Crura bre-
 via, plumis undiquaque ad superiorum
 usque digitorum partem contexta.

Quartum Nigrum, quod est cauda brevi,
 alarum & caudæ pennis ejusdem cum Bæ-
 tico coloris. Albertus minus hoc, sed viri-
 bus præstantius scribit.

Quintum Leporarium, rostro obunco, nigro, fœdis oculis, corpore firmo & magno, alis latis, cauda longa & directâ, colore in rutilo nigricante, quod ex vulture & Aquila compositum videtur, & illud quod Homero Albertus *melandron* vocari scribit. Huic enim peculiare leporibus insidiari: & solus inter cæteros velox & ad docendum aptus est.

Sextum Aureum Gesneri, quod ita describit. Longus est à rostro ad extremam caudam sex dodrantes & paulò amplius, ad extremis ungues quinque dodrantes aut paulò minus, longitudo superioris rostri quantum illud aperitur, septem ferè digiti transversi. *Cauda* longitudo circiter tres dodrantes. *Tota pars supina*, id est collum inferius, pectus, & venter & pedes quoque ruffo colore sunt, dilutiore quidem caudam versus, rubentioe versus caput. Digiti pedum fusco vel corneo colore sunt. Alarum penna longissima quatuor dodrantes æquat. Subnigricant seu fusco sunt omnes alarum pennæ uno ferè colore: parvulæ tamen supremæ in alis nigriores sunt, ut per medium aliæ subrufis maculis, aliæ subalbidæ circa imum distinguuntur, eo nigriores autem sunt, quo propiores dorso, ubi præ negredine splendent. Pennæ per medium dorsum nigrae sunt, splendentque in earum medio cauliculi albi, præsertim quæ circa medium dorsum sunt, & dimidia colli parte, reliqua enim colli pars, pennas ex albidò ruffas habet. *Caudæ* pennis idem color est qui alarum, nempe fuscus. Hisce addit Albertus quoddam collo crasso, alisque ad dorsum valdè retortis & magno pectore, quod frequenter in ripis maris degit, & quod venatur, eò defert.

TITULUS III.

De Accipitribus.

CAPUT I.

De Accipitribus in genere.

Porphyr. l. 4. de abstinent.
Porphyr. ibid.
Plutar. de Iside & Osiride.
Ælian. l. 10. de Animal. c. 24.
Strabon. l. 17. Geogr.
Herodot. in Euter.
Porph. l. c. Diod. Sic. l. 2. c. 4. Euf. l. 2. de

Accipiter vultures excipiat, avis cuius tanta apud veteres veneratio, ut & presagiendi post exactam hanc vitam vi pollere, crediderint: & legem qua capitis damnatur, qui eum etiam imprudens occidisset, tulerint: tanta apud Ægyptios, ut ipsum Soli acceptum putarent, picto Osirim proponerent. Tentyritæ & Philarum incolæ sanctissimè colerent, interfectum sepulchri honore afficerent, & in urbem Butim asportarent, seu quod ipsius substantiam ex sanguine & spiritu constare dicerent; seu quòd regionem à venenatis animalibus eos repurgare cernerent; seu quòd Accipiter priscis temporibus li-

brum puniceis literis scriptum, in quo cultus Deorum forma continebatur, Thebas ad sacerdotes, detulisse crederetur.

Dicitur Græcis communiter *ἰσάζ*. Macedonibus *παπαίς*, apud Lybias *βασίλας*, Hesychio, *αεκυόν*, Tyrrhenis *αερανος*; aliis *μαίετυνος*. Latinis Accipiter, seu à rapacitate, seu quòd ter sit acceptus. Unde & sacer ales vocatur.

Avem ipsam si spectes, corporis ipsi moles incerta. Nonnunquam vix Aquilis cedit, in Ægypto minores quàm in Græcia, in regionibus Aquiloni obversis & rupibus, quia sanguine & spiritu abundant, majores. Major mare foemina, quòd in illo humidum ab immodico absumatur calore; in hac, sanguis cum moderato calore copiosior, multum argumento materiæ suppeditet. *Color* ipsis ut plurimum ex albidò fulvo & nigro diversus, maculisque distinctus alibi, albi & leucophæi reperiuntur, & qui in frutice spinoso aut acere habitant, ad ruffum aut nigrum declinant: qui in fago, ad gilvum seu pallidum. *Caro* est asperior, quàm cuculi, copiosioribus plumis integitur, quàm graviore aves, quòd superflua materia ad pennas admandetur, eorumque generationi serviat. *Rostrum* habet aduncum extremo plerumque corneum. *Oculos* splendidos, unde Soli sacri, & perpetuò mobiles, quorum color cum ætate mutatur. *Cerebrum* copiosum, linguam latam, principio obtusam, nec bifidam, nec acutam. *Pectus* acutissimum, modicâ carne munitum. *Alas* rapacium acutiores. *Anhelitum* foetidum, *cor* magnum, cuspide obtusa. *Lienem* adeò exiguum, ut sensum propè modum effugiat. Fel nonnunquam ærugineum, jecori & intestino adjunctum.

Si *loco* spectes, frequentissimi sunt, in Anglia, Suecia, Prussia, Livonia, Russia, quod istæ avibus tardioris volatus, & multæ carnis abundant: minus frequentes in Syria, Persia, Africa, Græcia, & Cretâ. *Nidulantur* in præruptis & altis rupibus, in Alpibus imprimis, sed vel inter vepreta, vel in arboribus, acere imprimis, fago, quercu, abiete, pinu. Qui Massiliæ agros incolunt, humi foeticant, nec alibi nascuntur.

Potu omni, Tinnunculo excepto, abstinent, si Aristoteli & Suidæ credimus: bibere Plutarchus, etiam postquam hominis defuncti corpus tetigerit, si affluentis copix aqua invitetur, Gyllius, prodidere; quandiu viventium sanguis sedandæ siti sufficit, non bibere: si exanguibus vesci cogatur, potare, credibile. *Cibus* ipsis aves, gallinacei imprimis & columbacei generis, Turdi, Fringillæ, Coturnices, Corvi, Picæ, Cornices; nobilioribus cancri & caro leporina vehementer sapiunt: vilioribus etiam mures, ranæ, & talpæ; mansuetis

præparat. Euangel. Diod. l. c. Nomen.

Descriptio.

Arist. l. 9. Hist. A. C. 28.

Athen. H. A. l. 8. c. 9.

Locus.

Homerus Odyss. l.

Plin. H. N. l. 10. c. 8.

Nutritum.

Arist. l. 8.

Hist. c.

38. Suidas, in

voce in.

Plur. de

Iside &

Osiride.

Gyllius

in Ælian.

quo-

Aristot. 9. Hist. cap. 11. Plin. H. N. l. 10. cap. 8. Aldrovandus. l. 23. de Animal. Alb. l. c.

Colu- mella l. 9. de re rust.

Arist. H. A. l. 6. cap. 7. Plin. H. N. l. 10. cap. 9.

Genera- tio. Arist. 3. de gener. Animal. cap. 1. Arist. 2. de gener. Animal. cap. 5. Aelian. l. 2. de Animal. cap. 43.

Albert. l. 10. c. 8.

Aetas. Aelian. l. 10. de Animal. cap. 14. Demetrii ed. Rigil. iii. Morbi.

quoque fruges & panis. Nec à cordibus, quod cum Aristotele, Plinius & Aelianus non credidere, teste Alberto & Aldrovando abstinent, quin cerebro è cranio divulso & absumpto, reliquum corpus involant. Nulli ad reliquias prædæ suæ revértuntur, dum sylvestres sunt; nec unquam cadaveri infidere visi: sed omnes interdum tam avidi, ut stercola præ fame deglutiant. Venatur autem Accipiter, non tantum Turtures; Gallinas albas maxime propter candoris insigne, Anates, Cornices, Sturnos, Picas &c. sed & proprium genus, quod præterquam Aquilæ & Olori, ut quibusdam placet, nulli aliarum avium cum eo commune est. Cuculus ab eodem absumitur, si quando una apparuere. sola omnium avis à suo genere in terempta. Leporem postquam cœpit, sinistrum pedem terræ infigit, dextro prædam retinet, & quam primum potest oculos ejus eruit. Venatur solus volitat; præda inspecta humilis prope terram fertur, & omni conamine instar si primo nisi frustratur, persequi desinit, & sibi indignatur.

Fœcunditate negata, quod humorem ad crura, ungues, pennas, & genitalia loca simul nequeat transmittere natura; salacitatem ipsi adscripsit antiquitas. Certe, & cum Aquilis cœunt, & Asteria cum Accipitre congregitur. Quoddam genus, cum in venerem ruit, minimarum etiam avium morsibus patet: aliud, more hominum amataria levitate flagrantium, fœminas semper sectatur; absentes clangore profequitur. Aegyptii fœminam una die requisitam, quantumlibet secesserit, à marito vocatam, obsequi tradunt, & inde fœminas morigeras titulo Accipitris honestant. Tria ut plurimum quatuor aut quinque quandoque ova pariunt, & vicenis diebus incubant.

Aetas hujus avis in multos se protendit annos. Aegyptii ad septingentos pervenire, sed falso asseruerunt. Multis etiam infestatur morbis, nempe difficultate respirandi, & tum sonum elidit, aliquando oscitatur, & vomit: tineolis, & tum ipsi venter & collum glabescunt: cholera, in qua liquorem viridem evomit. Spongia, qua affectus, præter consuetudinem bibit, multum fessitat, nec ex manu, nec expertica discedit. Febri, tum pustulas filigini similes in ore habet. Tineis; tum caudam, frequenter motitat. Suppressione alvi, tum crebro anum perticæ admovet, & excrementa nigra reddit. Intemperie frigida, & tum excrementa crocea aut cruenta reddit, alas autem remissas & laxas, capitis plumas horrentes habet. Pituita sicca; & tum liquorem per nares non emit. Gravedine, & tum ipsi liquor per nares, spuma per oculos elabatur. Tremore,

& tum pinnas ut struthiocamelus habet, & volare nequit. Plura apud citatum Authorem vide. Vox Accipitribus alia alio tempore, & generi. Apud Græcos verbo *πίζειν* per onomapopœiam conficito, apud Latinos Pipandi exprimitur. Gallinæ si eam audierint, dum interim incubant, ova vitiantur. Visus tam acer, ut nullo negotio adversos Solis radios intueatur. Hinc dicitur Aristophani *παντίφθαλμος* omnioculus. Cum Apolline, qui est sol, magnam convenientiam habere credebatur; & ejusdem imagine solem denotari Aegyptiis solitum.

Volatus sunt velocissimi, & adeo celeres; ut vel ideo *ισπποτοζότοι, ζύφια,* & *ἰσπαινο παρα τῶ πῶρον ἰσδου* à facili motu dicantur; soli qui velocissimus sacri sint; & summam cum igne cognationem habere credantur. Ita sane se aliquando efferunt, ut humanum visum effugiant; nihilominus prædam inde visam, jaculo citius demissi, assequuntur. Peculiare illis & cum sola Noctua commune; in aëre sese resupinare, caudam deorsum, & alas expandere, his vice soli uti.

Ingenium ex parte attigimus, solitariam semper, præterquam tempore coitus volare; justæ magnitudinis cum vulpibus etiam, Aquilis, & vulturibus certare; in Thraciæ parte supra Amphipolim cum hominibus societate quadam aucupatum fuisse; in toto avium genere docillimam esse; avem sibi sorte sub noctem oblatam totam noctem sub pedibus tenere, ex oriente sole manumittere, obviam non persequi, tandem, succo Hieracii herbæ oculus tingere, sic claritatem pristinam recuperare, addi potest. De cætero, mortuum lugere, & in oculos ejus terram ingerere, noctuæ à reliquis avibus infestare auxiliari. Turturem deprehensam dimittere; unde Aegyptii, ne quando imprudentes avem ab Accipitre dimissam gustent, toto eorum genere in cibo abstinent, à Tinnunculo, crocodilo, & vite nigra sibi metuere, cum salvia, mentha, abiete & salice sympathiam habere; Authores quidam prodiderunt.

Usus si spectes, pulli suaves sunt valde, adulatorum caro dulcis & levis. Totus assus & in cibum sumptus, morbum sacrum; in rosaceo elixus, oculorum vitia, pulvis in quo se volutavit, lino rutilo ægri collo alligatus, quartanam, adeps oculis inunctus caliginem, oculi à collo suspensi tertianam; depellere, sed frustra creduntur. Stercus in veno dulci tritum, conceptum juvare; frumum vero ex eo, spolio serpentis, opoponace, myrrha, galbano, castoreo, sulfure citrino, & felle vaccino excitatum, & per fistulam in uterum exceptum, fœtum educere, credibile est.

Vox

Visus. Aeli. H. A. l. 10. cap. 14.

Plut. l. de Iside & Homerus Iliad. 7. Volatus. Aristoph. in Avib. Aelian. l. 10. c. 24.

Ingenium.

Aeli. H. A. l. 2. cap. 42. Plin. l. 10. cap. 8.

Aelian. lib. 10. c. 17. Porphyri. l. 4. de abstinentia.

Plin. l. 10. c. 37. Plutar. in Iside & Osiride.

Visus.

Hippocrati. de morbis mulier. Villaniv. in Brevia.

CAPUT II.

De Accipitribus in specie.

ARTICULUS I.

De Asteria, Accipitre Palumbario, & Fringillario.

Arist. lib.
9.
Hist. c.
36.

ASTERIAS, qui & Astur aliis, corpore est grandi & oblongiore, unde Palumbario comparatur, punctis & notis quibusdam stellas referentibus respergitur, hinc ipsi nomen. *Capitis* pars anterior extensa paulatim est in rostrum. *Oculi* varii & pellucidi: *collum* longius Aquilino. *Femora* longiora quam falconum, crura horum respectu brevia, & crassa. *Pedes* magni. *Cauda* ob longitudinem dependet. Est ex eorum genere, qui, quod emissi præterito pugno revocentur, Pugillares mansuetariis dicuntur. *Differentias* sortiuntur Astures varias. *A natura.* Alii aut rupes mari adjacentes incolunt, aut flumina & aquas dulces sectantur, qui humilem prope terram volatum exercent, & clandestino astu prædam adoriuntur. Alii dissitis à mari locis delectantur, & ex excelsis arboribus prædam despiciunt, & infestant. *A Sexu,* in quo foemina colore ad Aquilam accedit, nisi quod maculis densioribus & ruficis aspergatur. *Amagnitudine,* quæ Astures ita commendat, ut in Syria aves quæ prædæ ac aucupio servant, ad pondus emantur. *A loco,* sunt namque *Armeni,* qui oculos habens virides: & si cum dorso nigricantes, optimi censentur; crura candida, pedes magnos. *Persis,* corpus grande, plumis bene vestitum, oculi concavi, supercilia pendentia. *Græcis* caput grande, & raræ in collo plumæ. *Africanus* dorsum nigrum, oculi, in juventute nigri ætatis progressu rufescunt. *Sardis* pennæ nigrae, crura brevia, femora longa, pedes pallidi. *Illyricis,* sive Sclavis, statura mediocris, pennæ rubrae, majori ex parte prunarum candentium adinstar; pedes magni, femora ab interna parte plana, volæ manus instar æqualia. *Alpinis* corpus magnum, oblongum, pedes fere candidi, sufficiens ad leporum venationem robur. *Germanis* oculi iris & supræma capiti contingua rostri pars, crura, tibiæ & pedes, crocea. Pennæ caudæ nigris & canis iisque latis & obliquis maculis asperguntur; colli superioris & capitis rufescunt, & punctulis, nigris interstinguuntur. *Carcani* Astocellus, est forte Tardici & Bellonii Semi Austr.

ACCIPITER PALUMBARIUS, qui Græcis est *αεαεπίος*, *αεαεπίος*, & *αεαεπίος*. seu columbicida, quis sit, certo dici non potest. Aristoteles meram nomenclaturam suppeditat, & simpliciter Accipitrem nominat. Ephesius à Nispho citatus, Falconem gentilem vulgo dictum ex eo facit. Alberto cum

Arist. 1.8.
Hist. c. 3.

Asture idem esse videtur, Turnero cum Fringillario idem. Aristoteli est Chalcididis avis magnitudine, & Carnivorus: Porphyrio omnium celerrime volat.

l. 3. de ab-
stin. ab a-
nimal.

ACCIPITER FRINGILLARIUS Græcis veteribus *Συζία*, recentioribus *Συζία*, corrupto forte ab Oxyptero vocabulo; Latinis Nifus, quod ei Alberti ni fallor primum ævo impositum est, sed non Ovidii, cui Nifus idem cum Haliæto, aliquibus Sparverius, ab Italorum Sparviero dicitur. *Mas* qui Muscetus vocatur, & foemina minor est, quique ab Aldrovando exhibetur, *rostrum* habet breve, unco acutissimo præditum coloris cornei subcarulei. *Oculi* pupillam ochrae colore pallido, lutea iris excipit, quod reliquum est intentu flavet. *Caput,* collum, pectus, venter, crura albicant, & variis maculis distinguuntur. *Dorsum* & alas muculae multæ albæ respergunt. *Cauda* nigris & fuscis maculis transversim ornata, eelique fere corporis longitudinem æquat. *Pedes* & tibiæ crocei sunt coloris. *Foemina,* vertex, collum, dorsum, alæ coloris sunt obscure fusci. In *Synypite,* & alarum medio, qua dorso incumbunt, alba macula conspicitur. *Pars* totius corpora *prona,* est candida, & transversis lineis luteis intersecatur. *Degit* tempore hyberno in sylvis cædis, earumque gracilibus. Non ante occidentem solem ad sedem suam revertitur. Plarumque adverso vento *volat.* In legibus Salicis de eo legitur, quod qui fuatus fuerit, centum & viginti denarios persolvere deprehensus teneatur. *Dividuntur* ab *Aetate,* in *Nidarios,* *Ramularios* qui necdum plumarum deposuerunt exuvium & mutatos. *A loco natali* in *Illyricos,* qui ut plurimum lumbos, ac dorsum nigra abtinent, & vitam brevem agunt. *Orientalis* quibus cauda duodenis pennis instruitur, *Africanos* quibus oculi nigri, pectus nigris & transversis maculis varium, alæ longæ. *Tridentinos,* qui sunt proceri, volaces, sæpe captas, alaudas in terram deorsum dejiciunt; mox sursum arripiunt. *Vincentinos,* qui aut in montibus Vincentinis nascuntur & omnes statura sunt exigua; aut in Mucrosticanis Spiranolis dicti, capite magno, reliquis minores, & ad aucupia inepti: & *Ignotos,* qui corpore mediocres, maculis ferrugineis ad rubrum inclinantibus, resperguntur. *A colore* Albos namque in Septentrionalibus oris reperiri, Olaus Magnus author est.

ARTICULUS II.

De Circo Aesalone & Tinnunculo.

CIRCUS Hesiodo *ἰρὴν κίρκος*, Homero & Aristoteli *κίρκος* simpliciter, Festo Circanea vel Circenda, forte, quod, cum insidiatur, circuitum in aëre faciat, dicitur.

Nomen.

Si



Buteo. Buzant. Busahm. massweyh.





Gojrani seu Boudree Bellony



Accipiter

Hapich





Asterias Aern habich



Accipiter Palumbarius
Habich Rabenstoßer



Accipiter Fringillarius Nisus
Rotelgier Fincken
habuh Sperber



Tyrumculus mas Wandwäher Sternschmatz



Tyrumculus Fœmina



Descri-
prio.

Si descriptionem Bellonii sequimur, haud multo milvo minor est: *Capitis* vertex & guttur inferius ex ruffo albicant, plumulæ quæ auditus foramina tegunt nigræ sunt. *Rostrum* capiti continuum plumbeum est, extremum atrum, *collum* breve. *Cru-
ra* gracilia, lutea; falso altero claudicare, Plinius prodidit.

Locus.

Galliæ est inquilina, & ibidem in Arve-
niæ planis *nidulatur*.

Nutri-
mentum.

Cuniculos, vulpes, columbos, Turtures, Mures *infectat*. Bibit cum in maritimis ver-
satur. Amariginem, lactucam sylvestrem, vel crocum nido imponere creditur.

Histor.

Vox ipsi acuta, & clangere dicitur, idque tum facit, cum prædæ propinquus, de ea apprehendenda est sollicitus. *Volat* in gy-
rum, & quidem velocissime, hinc Homero *ἰλαρότατος, ταχύτε, ἀγροί*. Oppiano Equis I-
beris velocissimis celerior

Ælian. l. 3 c. 45.

ÆSALO, qui Turnero Smerillus, Isidoro Merillus, Crescentienti Smerlus, Alberto Mirle, inter rapaces minimus est, & tum coporis specie, tum pennarum colore, Falcones refert.

Homer. in Barra-
chomyo-
machia.

Perdices & columbas *venatur*. Alaudas tam avidè ut adlibanum usque arden-
tem, puteum, vel hominum veites offen-
dat, si peritia, & usus accedat, quatuor merilli, cygnum etiam dejiciunt. Solus omni tempore apparet, quod tamen Bu-
teoni Aristoteles adscribit.

Vox.

Inimicitias cum vulpe & corvo gerit, illius catulos interficit; hujus ova confringit. Corvi vulpibus auxiliantur.

Volatus.

TINNUNCULUS Gazæ aliquando Tristunculus, ut Italis Tristarellus, & Canibellus & Gavinellus. Græci *κίρκος, κίρκινος, & κίρκι*, quod multis milii instar punctis insignis sit, dicitur.

Homer. Iliad. 2.

Mas, prout ab Aldrovando describitur, habebat, *caput* in summo vertice nonnihil compressum, coloris cum universa cer-
vice ad dorsi initium ferme cinerei. *Rostrum* statim deorsum molli declivitate tendens, unco isigni ac longiusculo, cujus pars capiti contigua fulvescit, media colore est cinereo, ad latera appendixerat, hemicycli forma. *Alas* & dorsum ferrugineis pennis notis atris distinctis; gulam, pectus, ven-
trem flavis maculis nigris perspersis vesti-
tum. *Alas* oblongas, & quinque digito-
rum spaciò ultra Uropygium extensas. *Caudam* maxima sui parte cineream, reliqui corporis longitudinem æquantem. *Femina*, quæ major erat, *rostrum* brevius cum rostro magis recurvo, cinereum. *Dorsi* & alarum pars superior ferruginea ad rufum accedens. *Pennæ* extremæ dorsi cinerei coloris, & notis transversim fuscis obliquis utrinque in angulum medio scapo coëuntibus maculatæ. Habet Aldrovandus & Tinnunculum fœminam alteram,

Eustat. in citati

dujus descriptionem apud eundem vide.

Homeri locum.

Nidulatur in altis ædificiis, muris, tur-
ribus & cavis quercubus, monedula-
rum more, non super fronde, sed in latibu-
lis.

Olyff. v.

Fœminas Mas semper sectatur, de ab-
sentibus dolet. Illæ supra quaterna ova
edunt, minii modo rubentia. *Pullos* tam diu
alit, donec proprio volatu reverere possint.

Nomen.

Vicitat papilionibus, Locustis, vespis,
muribus. Inventus aliquando in nido ejus
& serpens: sed & ipse in picarum nido cum
pullis inventus est. Bibat annon dubium.
Aristoteles raro & solum inter uncungues
tradit. Ælianus & Suidas nullo potu indi-
gere scribunt.

Crescent l. 10 c. 13.

Cum columbis singularem colit amicitiam, cum Accipitribus aliis, etsi sui generis capitalam hostilitatem exercet. Ideo,
Plinius. Avis, quæ Tinnunculis vocatur, cum columbis habenda est. Defendit enim illas terretque Accipitres naturali potentia in tantum, ut visum ejus vocemque fugiant. Hac de causa præcipuus columbis amor eorum, feruntque si in quatuor angulis defodiantur in ollis novis oblitis, non mutare sedem columbas. Fumus ejus albugines oculorum extenuat.

Plin. l. 10.

ARTICULUS III.

cap. 8.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus, & sacro Ægyptio.

cap. 7.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus, & sacro Ægyptio.

cap. 74.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus, & sacro Ægyptio.

Nomen.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus, & sacro Ægyptio.

Descri-
prio.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus, & sacro Ægyptio.

l. 5.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus, & sacro Ægyptio.

Ornithol. cap. 6.

De Buteone, Subbuteone, aliis Accipitrum apud Aristotelem generibus, & sacro Ægyptio.

Locus.

Genera-
tio.

Ælian. l. 2. de Animal.

c. 43.

Arist lib. 3. de gener. c. 1.

Nutri-
mentum.

l. 3. de gener. c. 1. l. 2. de Animal.

cap. 43.

l. 10. Hist. Nat. cap. 37.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

Plin. H. N. l. 29. c. ult.

rant, in quorum medio particula teste minor & flava, testiculo proportionem respondens, visebatur. *Tertia* est Bellonii sub nomine Guyrani seu Boudree. Huic rostrum est curtum, acie nigrum & hamatum, narium regio & rictus flavescunt. Venter candidis plumis, quarum apicem macula nigra, juxta scapi medii ductum insignis, vestitur. Rectrices alarum plumæ, crenas instar ferræ exhibent nigras, ubi albere incipiunt. Caudæ color varietate Attaginis similis. Crura antica & postica annulis imbricata. *Quarta* est illius in quo dissecto tres testes inventi, & qui hæcenus descriptis in omnibus fere conformis erat.

Nutritum.
Bellon. l. 2. de Avib. c. 10.
c. Arist. 9. Hist. c. 1. Simonid. apud Athen.

Victus ipsi ex herbis selarea, asperula seu alyso & Matrifylva; ex animalibus, mures, ranæ, rubetæ, lacertæ, limaces, serpentes, scolopendræ, erucæ. Erepta illi aliquando ab ardea & anguilla; inventa in dissecti ventriculo & talpa. *Volatus* est tardi, tam deses etiam, ut telo petitus vix ad tertium ictum cedere dicatur, ideo nullo negotio capitur.

Ufus.
Plin. l. 10. cap. 49.

Ufus ipsius tum in cibo, tum in Medicina. Sane & in Balearibus insulis, & apud Arvernorum Galliarum populos in honore mensarum est. Carnem quippe habet teneram, hyeme præsertim, & dulcem. Testiculi ex aqua fontis cum melle decocti ad venerem commendantur.

Bapt. Portal. 3. cap. 34. Pythag. nom. Descrip. Arist. H. A. l. 9. c. 36.

SUBBUTEO seu Hypotriorchis, quod nomen Aristoteles illis qui in Accipitrum genere latiores sunt adscribit, prout ab Aldrovando describitur, verticem habet ex cinereo & castaneo ad nigrum vergentem; ejusdemque coloris macula, uua à capite per tempora ad gulæ latera descendit; altera ab initio rictus sub oculis utrimque per gulam in longum protenditur. *Palpebræ* sunt subluteæ. Plumæ menti & gulæ totæ albæ, & color ille continuus, ad cervicis & verticis per tempora initium, quod minori oculorum cantho ex opposito est, perducitur. Pectoris totius plumæ, nec non & ventris medio macula fusca oblonga notata in oris albicant. In pedum *planta*, tubercula veluti calli ubique eminent. In nemoribus celsis & densis degit, & homines quos Perdicum vel Coturnicum venationi operam dare conspexit, ipsi insequi solemne est, ut aviculas Canum metu subvolantes arripiat. Sed hæc de istis sufficiunt: quid vero Aristoteles per Pernem, Percum, Rubetarium, & Levem, intelligat, disquiratur. *Pernos* apud Hesychium & Phavorinum genus venatorii est accipitris, ultra ignoratur. *Percus*, seu Percuus idem cum Fringillario propter alarum nigritiem, esse videtur. Aristoteles per Fringillarium, Nisum foeminam; per Percuum marem vulgo Maschettum dictum, forte intellexit. *Levis* quis sit ignoratur. Bel-

Arist. l. 9. Hist. c. 36.

lonius Smerillum esse existimat. *Rubetarius* vel idem est cum Levi, quia de utroque Aristoteles. Abunde vivunt, & humivolæ sunt, vel Milvi species. Qui *SACER ÆGYPTIUS* Bellonio dicitur, corporis magnitudine Corvum refert, capite Milvum, colore ad Falconem sacrum accedit. In Ægypto est frequentior, quam ulla alia Avis quæ raptu vivit. Rara in Syria conspicitur; sed & in Caramania aliquando. Serpentibus potissimum vescitur. Unde ei olim apud incolas tanta reverentia, ut illius vel per imprudentiam occisor, morte multaretur; ipsa mortua honorifice sepeliretur.

Herdot. in Euter. p. c.

ARTICULUS IV.

De Lanariis & Collurionibus.

DE Lanariorum ignobili genere, Buteonibus rectius annumerando hic res est, de nobili inter Falcones agemus. *Nomen* ipsi seu à laniandis avibus: seu quod plumas lanarum instar molles habeat. Aliquando Lanius Molliceps Falco albus, degener, & buteo albus dicitur.

Nomen.

Aldrovandus duplicem iconem exhibet. *Prior*, accipitri palumbario magnitudine par, *vertice* erat lato, capite & collo crassis, omnibus uti & ventre, tota parte prona, femoribus uropygio, & cauda inferna. Inter oculi canthum majorem & rostrum, maculam habeat nigram, alas oblongas, longe ultra uropygium protensas, *tibias* luteas, & pro reliqui corporis proportionem valde graciles, easdem à poplite ad unguem paulo plus palmo longas, & culmo triticeo vix crassiores. Unguiculos uncos, sed tenues. *Alteri* lingua erat lutea & nigra. *Caput* & dorsum cum leucophæo fuscum, pectus totum leucophæum, ad anum usque maculis in longum ferrugineis distinctum. Alarum remigia ex sex ordinibus ratione coloris constare videbantur. Uropygium totum caudicabat. *Pedes* habebat luteos, femora plumis ad poplites usque vestita. *Tibias* erectas & instar stiptum. *Ungues* longos & admodum recurvos.

Aldrovandus l. 5. c. 11.

Victum ex muribus in agris quærit; sed & avium pullos, in nido, vel cum per terram volandi impotentes, reptant, rapit.

Albert. l. 23. de Animal. c. 15.

COLLURIONES de minore sunt Lanariorum genere; illique vel *Majores*, vel *Minores*. Ex *majoribus*, qui Æliano Merula venaticæ, Foemina est turdi mediocri magnitudine, è longinquo contemplanti tota cinerea. Capite ad reliqui corporis proportionem triplo majore. *Rostrum* habet parte superiore valde inflexum: inferiore sursum modice curvatum. *Linguam* in extremo multifidam, & in fibras acutas, & quasi capillamenta quædam desinentem. *Otulos* totos nigros. *Caudam* picæ similem;

Differentia.

Accipiter Aegyptio




Subuteo Meswiber



Lanarius




Lanarius Schinney




Lanius albus
Heintobler



Lanius cinereus *Faemina*







Cuculus
Guch gauch

Tinnunculus Cenchris
Wanen Waher



Cuculus
Alter

Dendro Falco

Baum Falck



Accipiter
Species



Lanius
Warkengel
Neuntöbler



Lanius Minor



Lanius Collurio



Lanius alius
Warckengel



Lanius Milvus



Cuculus Guggauch
Kuk Kuck



Buteo Trionches
Bushart Busant



Accipiter maior



Milvus Weje



Accipiter

minor




Lanius v. lanius
Lanius v. lanius



Lanius v. lanius



Lanius v. lanius



Lanius v. lanius
Lanius v. lanius



Lanius v. lanius
Lanius v. lanius



Lanius v. lanius



Lanius v. lanius



Lanius v. lanius

Lanius v. lanius



lem; que explicata, corniculatæ crescentive lunæ imaginem exhibet. In Mare gula, pectus, venter, femora, cauda prona dilutius quam in fæmina albicant. Vertex & dorsum obscurius fufcescunt, plumulæ harum partium adeo sunt tenellæ, ut pili potius glabri ac leves esse videantur. Erat & alter totus albus, rostro, tibiis & unguibus exceptis. Interdiu semper fere arbori summa aut dumeto insident: in Helvetia inter frutices spinosos, & confidentes caudam erigunt.

Nutrimen-
tum.

Victus ipsis Papiliones, scarabæi, vermes, juli, erucæ hirsutæ, locustæ, grilli; quos, præda uberior si contingat, defectum penuria providi in aculeis & spinis arborum fingunt: inter aves Turdi, Fringillæ, Pica sylvestres. Ossa comminuta devorant, & famelici, tantos carnis bolos in gulam ingerunt, quantos rictus capere potest.

Generatio.
Bellon.
l. 2. de
Avib. c.
23.

Nidos ex musco, lana, fundos eorundem ex erica, componunt. Senos pullos excludunt, parentibus rostro, cruribus, pedibusque exceptis, quia plumularum radices ad virorem nonnihil vergunt, omnino diffimiles.

Vox.

Voce, cannum à longè auditum latratum, aut Noctuæ aliam appellantis ululatum referunt, & vocem Houin, quam sæpius iterant, expriment. Uniformis ea hyeme & autumno; vere & æstate varias Avium modulationes imitati, eas ad se capiendas alliciunt. Capti in caveam inclusi, muti & e-lingues permanent. Hyberno tempore facile capiuntur. Nam avem caveæ inclusam invadunt, decipula decidente, intercipiuntur.

Alian.

lib. 5. c.
14.
Collurio-
nes mino-
res.

Collurionum minorum quinque genera observavit Aldrovandus. Tria aliqua sui parte rubescentia: duo cinerea. Aviculæ sunt Alaudis paulo majores; duos palmos & pollicem circiter longæ. Omnes utraque rostri quod recurvum est, modice tamen parte, ternos pilos instar barbæ prominentes habent. Utrorumque pulli, antequam frequentibus integantur plumis, virescere nonnihil apparent. Tanta eis (expertus Bellonius) similitudo, ut difficillime dignosci possint. *Cibus* ipsis forices, mures, laceratæ, talpæ. Inter edendum, uni tibiæ insistentes, cibum pede altero sursum retractoprehendunt. Humilius volant, & prædæ inhiantes aliquandiu sese in aëre librando suspendunt. In cardius sæpissime quiescunt. Octonam aliquando, senam nonnunquam prolem excludunt. Rubore verticis qui insignes, in Italia inter delicatos cibos.

Bellon. l.
2. de A-
vibus c.
25.

ARTICULUS V.

De Milvo & Harpa.

Nomen.
Plin. l. 9.
c. 26.

Milvus, quod vocabulum & piscem, & stellam in Septentrionali parte

significat; Græcis *ἰκτιν* Cretensibus *ἀρπιτῶν*, Oppian. Hefychio si locus suspectus non est, *ἀναζητοῦν* eidem & Phavorino *σκιλλῶν*, *ἰλάν* & *κατὰ* *ἰδριον*, dicitur. Plinio ex Accipitrum est generibus: Aristoteli inter carnivoras, sed vix rapacium nomine dignus.

Oppian.
l. 1 de
Piscib.
Ovid. l. 3.
Fastor.
Plin. l. 10.
c. 10.

Tria ipsorum sunt genera. *Unum*, *ἰκτιν* Aristoteli dictum, minus nigrum & robustum. *Alterum* majus, colore prope modum ruffo, infirmius. *Milvi regalis* nomine gaudet, quod à binis falconibus sacris in ipsum emissis, intra nubes etiam se condens; summa cum Principum voluntate in terram dejiciatur. Cui & Milvus palustris accenseri debet. *Tertium*, albidius & rapacius, Angliæ, & Septentrionalibus regionibus, in quibus nigredo & albedo in candorem vertitur, frequens.

Differentia.
l. 6. Hist.
Anim.
c. 6.

Descriptione operosa opus non est. *Rictum* habet rectum, nulla marginum appendice à freno seu lateribus extremis ad unci usque initium. Intestino & hepatis fel ad junctum habere Athenæus tradit.

Et Bou-
fati Sa-
baudo-
rum, qui
marinus
est.
Descri-
ptio.

Loca temperata Milvo sunt familiaria, nisi quod in Lybia; circa fontes Nili perennare dicatur. Ideo & insula S. Dominici, vicinorque mari multi, quibus bifurcata cauda, visi sunt: & in Anglia, nullo non anni tempore apparent, & quod spurcitiem in plateis & ad flumen Thamesin legant, lege ab omni noxa immunes sunt. Ideo hyeme adventante vel calidiores regiones Ætolii citius, quam Regales petunt, ibidemque hybernant; (sane ultimo Aprilis tot circa Pontum Euxinum Bellonius vidit, ut, si quindecim dierum spacio tot prætervolassent, hominum superaturos fuisset numerum crederet) vel in nidis ad breve tempus plumarum suarum vellere corpus à frigore tuentur: vel in quercubus aliisve arboribus carie exesis, coprus fovent. Ideo denique æstu accedente, calidas regiones deserunt, & in Europam, tardius tamen Ætolii, quam Regales revertuntur; & estu in eadem urgente supra nubes, quò radiorem solarium reflexio pertingere non potest, ideo nec æstus ita urget, elevantur, ibique aliquantisper hærent.

Athen.
l. 8. c. 3.
Locus.
Herodot.
l. 2.

lib. 2. c.
28.

Vicitant carne animalium, pullorum imprimis gallinaceorum & anserinorum tam vivorum, quam mortuorum, & fructibus. In Ægypto in palmas devolasse, & dactylos comedisse visi sunt. Fruges respuere Aristoteles credidit. Bibunt raro, quia sicco cibo rarissime utuntur; & si quando; ex solis pluvialibus aquis, si Tzetzi credimus; à quibus tamen dum pluit, abstinent. Quod ad fenestras domum in Ægypto advolant, & in insula S. Dominici prope ad homines accedunt, in eorumque conspectu corpus à pulicibus expurgant, mansuetudinis est indicium: quod pueris cibum

Nutrimen-
tum.
Arist. H.
A. l. 8.
c. 3. Bel-
lon. l. 2.
de Avi-
bus c. 2.
lib. cap. 8.
Arist. l. c.

Bellon.
lib. 2.
de Avib.
c. 28.

cibum è manibus, carnes abluentibus, pisces exenterantibus, pileos deambulanti-
bus in urbe, nidulationis inprimis tempo-
re, eripiunt, rapacitatem arguit: quod in
Elide nihil ex funerum ferculis esculenti;
nihil Olympiæ ex ara carniū Jovi sacri-
ficatarum, auferre dicuntur, vel falsum est,
vel timiditatis, quia turba præfens, argu-
mentum præbet. Creduntur primo anno
præ audacia nihil mortuum gustare; secun-
do præ metu nihil vivum edere; tertio fame
interire.

Pariunt bina, magna ex parte, interdum
tamen terna, totidemque excludunt pul-
los, post vicenorum dierum incubatum:
sed qui Ætoliū vocatur (male Plinius Æ-
goliū vertit) quaternos.

Vocem si spectes, lippire vel jugere dici-
tur.

Visus ipsi fati acutus. Unde Aristopha-
nes παντοφάγος dixit.

Volatu & præstant, & in eo aliquid pecu-
liare habent. Illud, tum quia intra nubila
se recondunt, & indefesso labore maxima
aëris spacia emetiuntur: tum quia tanta ve-
locitate se præcipitant, ut sæpe projecta in
altum pulmonem bubulorum segmina,
unguibus antequam in humum delabe-
rentur, arripuisse, visi sint. Hoc, tum
quia ducunt per aëra gyros, unde Circa-
neæ, κυκλιναί, & περιδύσαι, aves dicuntur;
tum, quia immotis alis diutissime in aëre,
motus tonici beneficio hærent. Scilicet,
elata ea ex parte paulisper ala, unde subit
aura, motum aëris in reliquum etiam cor-
pus excipiunt, & ita sustentantur. Suffici-
tur lata in alarum vicem cauda, quam,
prout res postulat, dilatant, constringunt,
deprimunt, attollunt. Videatur, inquit Plin-
ius, *artem gubernandi navium docuisse caudæ*
flexibus, in cælo monstrante natura, quid opus es-
sed in profundo.

Amicitia. Amicitiam colunt cum Harpa & Cuculo.
Inimicitias cum vulpe, corvo, gallinis & co-
lumbis exercent. A solstitiis afficiuntur po-
dagra, ideo tunc frequentius latent.

Ufus ipsorum apud pauperiores nonnul-
lis in locis in cibo. In Medicina cinis cremati
bibitur, contra Epilepsiam; testiculi ex
aqua fontis, contra impotentiam; simus,
contra articulorum dolores, quod & ver-
mes, qui ex eo XL diebus in fimo mace-
rato, nascuntur, faciunt, commendatur.
De HARPA inter Aristotelem, Plinium
& Oppianum non convenit. Gesnerus vul-
turem auream Harpam Oppiani, quod
sub mento plumas harbæ instar habeat,
esse credidit. Aldrovandus Milvum palu-
strem opinatur.

CUCULUS, quo nomine mons in agro Bo-
noniensi, piscis marinus, herba, invo-
lucrum papyraceum, & alia veniunt, Græ-
cis κόκκυξ, nomen à voce fortitus est. Acci-
pitri apponitur, quod eum tanta similitudi-
ne referat, ut Aristoteles ætate hoc ipso cre-
ditus sit prognatus, & apud Gallos Falco
cuculi parens communi proverbio dicatur.
Plinii is videtur error. Nam Aristoteles,
dum Cuculum ab Accipitre interimi scribit,
quod nulla avis in suo genere solet facere,
accipitrini generis eundem non esse docet.

Duo sunt ipsorum genera, *Majus* nempe
& *Minus*, quæ sola inter se magnitudine
differunt. Nec est quod curiose describan-
tur. Neque aduncis sunt inquit Aristoteles
unguibus, ut Accipitres, neque capite ac-
cipitribus similes. Sed ea utraque parte
columbos potius quam accipitres imitan-
tur: nec alio quam colore repræsentant Ac-
cipitres, nisi quod isti maculis seu lineis di-
stinguantur cuculi velut punctis. Cave ta-
men, illud quod de pedibus, extra adunci-
tatis defectum intelligas. Nec enim iis ter-
ni ante & retro unus ut columbis; sed bini
antici & totidem postici, ut Picis, & noctur-
nis avibus, quod Antiquitati ignotum. Sed
& id, quod de punctis dicitur, stricte su-
mendum est. Nam quos Aldrovandus de-
scribit, prona parte tota tam cinerei sunt,
quam albi, lineis seu maculis transversim
ductis oblongiusculis, fuscis, & interruptis
interdum, interdum magis continuis di-
stincti. *Crura* corporis magnitudini in iis
non congruunt. Nam & femora brevia, &
tenuia sunt, & tibiæ vix pollicem latum lon-
gæ. Juvenem totum nigricantem maculis
subruffis per alas respersum, Aldrov. nota-
vit, foramina narium in rostro multum emi-
nebant. Oris pars interior flavi coloris erat.

Loca, si attendamus, ubique fere gentium
reperitur, novum orbem, & Æthiopiam,
si alvarezius fidem meretur, si exceperis.
Æstate pro natura avis, in cujus nido pa-
rit, in arboribus, petris, & fluminum ripis
degit: hyeme interræ, lapidum, & arborum
cava se abdit, in iisque per totam hyemem
latet. Auditam ejus latentis vocem fabu-
lantur, cum truncus fornaci calefaciendæ
immitteretur.

Cibus ipsi erucæ, muscæ, fruges, sed & car-
nes, si verum est, grandiusculos nutricis
pultos, imo ipsam devorare, quod quibus-
dam creditum, quamquam exinde carnivo-
rus esse negetur, quod nonnunquam Acci-
pitri in cibum cedit. Hyeme dum latitat
& implumis est, vel congestis & ibidem re-
pertis vivere, vel hirundinum & urforum
modo vitam sustentare, credendus est.

Nomen.
Athen. 1.
7. c. 27.
Fernel. 1.
6.
Methodi
c. 20.

Bellon 1.
2. de
Avibus c.
29.
Aristote-
les H. A.
1. 6. c. 6

*Differen-
tiæ, &
Descri-
ptio.*
Arist. 1. c.

Locus.

*Nutri-
mentum*.
Arist. H.
A. 1. 9.
c. 29.
Arist. H.
A. 1. 6.
cap. 7.
Plin. H.
N. 1. 10.
c. 9.
Author
de Natu-
ra.

Genera-
tio.
Arist. lib.
3. de
Gen. c. 1.
Idem l. 6.
Hiflor.
An. c. 7.
Hiflor. A-
nimal. l.
6. c. 1.
Arist. lib.
Hiflor. A-
nimal. c.
29.
Ælian. l.
3. de A-
nimal. c.
30.
Plin. H.
N. l. 10.
c. 9.
Arist. lib.
3. de gen.
c. 1.
Ælian. l.
3. de A-
nimal. c.
30.
Ingenium.
Arist. lib.
6.
Hiflor. c. 7.
Idior. l.
12.
Orig. c.
7.
Oppian.
in l. lib.
1.
Ælian. l.
c.
Niplius
apud Al-
diov.
Arist. lib.
9. H. A.
c. 29.
Plin. H.
N. l. 10.
c. 9.
Idem l. c.
Volatus.
Plin. l. c.
Ælian. l.
3. de A-
nimal.
c. 30.
Vox.
Arist. l. 9.
A. H. c.
49.
Antipa-
thia.

Quantum ad *Generationem*, quia natura est frigida, majori ex parte singula parit ova, raro bina. Genus quoddam in petris *nidificat*; (sic Aristotelis verba sumenda sunt) reliqua in palumbi, alaudæ, luteolæ, sed curruca in primis nido ovis jam facta, ova sua deponunt: seu, quod ob metum & ignaviam non fore tutam generi suo stirpem opinentur; seu quod propter frigidam corporis constitutionem, ex ovibus pullos excludere non possint.

De *ingratitudine* in nutricem, non conveniunt Authores. Alii, negant, dum, vel avis eum duntaxat in cujus nidum sua importat, ova comedere, propria subijcere: vel deprehensa postquam adoleverint fraude, à nutrice relinqui; vel ad volatum firmos, sibi conscios ad parentem evolare; vel nutricem, seu visum cuculi, cujus ovum citius excluditur, pullo, tanquam eo contentam à suis incubandis desistere; seu exclusos, specie cuculi elegantiore captam (arripit hic cibos avidus, & pinguescit) tanquam superiores occidere, & in cibum cuculi pullo dare, scibunt. Alii affirmant dum, vel pullos nutricis ab iis vel conculcari, vel cibo fraudari, vel ipsa inspectante absumi; & jam volandi, potentes, ipsam nutricem corripere credunt. Ut sit, hoc certum est, educare curruca subditum cuculum, adulterato foetam nido.

Volatus ipsis brevis, interruptus, humilis, & ut hostem effugiant, instabilis. Ideo Milvorum scapulis, quo tempore adveniunt, suscipi putantur, ne per longa aëris spacia defatigati deficient. Solent autem ineunte vere apparere; cujus adventantis primi post amphispænam sunt nuntii. Caniculæ ortu occultantur, post rarissime cernuntur. Hyeme deplumes in cavernis torpent.

Vox ipsorum propria Cucu. hanc minus explanant, cum se abdituri sunt. Ad ultimum alibi Julium, ad S. Johannis, apud nos, festum, perfectam edit, si ultra, uvæ vix maturefcent.

Inimicas tum omnes fere aviculas præcipue cum ova pariunt, habent, seu quod illorum sint fraudis conscia: seu quod Accipitri per quam sunt similes: tum cicadas ex ejus saliva ortas, quæ eos frequenti agmine invadunt, & postquam sub alas irrepere, moribus lancinant. Ideo sub ortum caniculæ, quo raucis.

Sole sub ardenti resonant arbusa cicadis. cantilenam suam abrumpit. De ejusdem cum Milvo amicitia superius dictum est, quod de paliuro in monte Cocygio à Plutarcho refertur, omne animal, solo cucule excepto quod infederit, tanquam visco retinente hætere, non minus fabulosum est, ac quod de cicadis ex ipsius saliva natis dicitur.

Inter corporis affectus referri potest, quod

hyeme deplumescit, pennas imutat, & simul colore immutatur. Exuvio deposito, corpus ejus scabrescit.

Ufus ejus, & in *Medicina*, qui cineres usti ad dolorem ventriculi valent; & in cibo, quia ejus pullo, qui jam volare potest, nulla avium suavitate carnis comparari potest, obtinuit.

Ufus.
Plin. l.
10. H. N.
c. 9.

TITULUS IV.

De Falconibus.

CAPUT I.

De Falconibus in genere.

Falconis ut avem significat, vocabulum adeo generale est, ut eo omne rapacium genus Authores incluserint; & Aquila, cum Theodotione & Symmacho, omnes quarum in venatu volatico usus est, Falcones nominarint: Recentiores illis avibus à falcato unguium hamo nomen indidit, quæ Thuscis Campanis vernacula Capys dicebantur, & à nobis jam describentur; nec tamen tam stricte, ut non quædam Accipitribus communia intercursura sint.

Nomen.

Albert l.
27. de A-
nimal.

Ad tres ipsos *classes Migratores* nempe, *Campestres*, & *Riparios* Bellonius redigit; ad *nobiles*, *ignobiles*, & *Hybridæ* seu medii generis, quod promiscuo generosorum & ignavorum coitu generentur, Albertus. Sub *illis* Falconem sacrum, Hierofalcum, Falconem montanum, peregrinum, gibbosum, album, rubeum, cynopodam arborum, & lapidarium; sub *istis* Buteones, Lanarios, Tinniculos, sed perperam, comprehendit. Sub his, Germanos & Tunctanos quidam enumerant, sed & hi omnes, ætate, colore, & corporis forma variant. Hinc *Hornotinorum*, qui eodem anno nati sunt: *Nidulariorum*, qui statim à nido domi adoleverunt, nec ita ut ramularii pencas producunt. *Ramulium*, qui circa nidum ramulatum obvolitant; *Mutatorum*, qui vel deplumes sunt, vel plumam veterem cum nova jam commutarunt; nomina.

Differen-
tia.

l. 23. de
Animal.

Quantum ad *descriptionem* exactam, In capite, dorso, superiore colli, exteriore alarum & caudæ parte cinereus sit & subniger, in aliis passim partibus varius, & virgulis quandoque interruptus: sed primo anno secundus color ruffus est, remissa rubedinis, albescit deinceps paulatim, eo magis, quo pennas mutarit sæpius. Caput habet crassum, nec oblongum, nec strictum, superiore parte à rotunditate deficiens. Collum & rostrum brevia, maculas in maxillis nigras, circa oculos albas, oculos croceos ad rubedinem accedentes, pectus cum osse pectoris acato & duro. Pedes patulos; creceos, & ad albedinem declinantes.

Descri-
p. 10.

Crura

Sympa-
thia.

Plur. de
fluviis.

Morbi.

Crura brevia. Coxas longas, & pennatas &c. *Morantur* in tota septentrionali plaga, & quidem optimi. Bosnia albos profert, sed & Orientis regiones haud malos. Degunt vel in altissimis montium verticibus vel sylvarum arboribus excelsis.

Vox. *Vox* ab acuto in graviolem flectitur.

Volatus. Mira quadam *volandi* ratione, in principio, medio, & fine venationis utitur. Ad prædam pergens celeri volatu in sublimem adscendit, & rursus compositis ad pectus, quibus icturus est unguibus; tanto impetu in avem obliquato volatu descendit, ut strepitum quasi concitati venti suo descensu excitet, in descensu avem percutiens, adeo longum vulnus infligit, ut à capite ad caudam usque discissa, aut toto capite truncata, nonquam in humum decidat.

Pugna. *Paræus* l. de hom. & Anim. præst. Cum Ardea ipsi periculosum certamen. Hæc enim ubi infra positam se videt, rostro suo prælongo ac acuto, quod prius absconderat, sursum elato, irruentem ita excipit, ut eo semet Falco sæpissime medium pectus induat, & ambo interdum illis interrancis humo affligantur.

Morbi. Cum multis sæpe *Morbis* conflictantur, Febri: Apoplexia, Apostematibus capitis, vertigine, oculorum suffusione, asthmate, vermibus, podagra, pediculis, &c. *Antipathiam* cum illis gerit, tum Alauda, quæ in hominis manus, quam falconis unguem mavult incidere: tum Drepanis avicula lacustris, quæ auditis falconis tintinnabulis, tantoperè confertatur, ut malit lapidibus ab homine obrui, quàm volatu se in aëra attollere.

Antipathia.

CAPUT II.

De Falconibus in Specie.

ARTICULUS I.

De Falcone peregrino, sacro & Gyr Falcone.

Falconum species superius exposuimus. *PEREGRINO* qui primum ob audaciam & generositatem locum fortitur, nomen ex eo est inditum, vel quod semper de regione in aliam migret, vel quod nidus ejus nullibi gentium inventus, fuerit.

Differen- tia. Quatuor ipsorum à colore *genera* posuit Carcanus, duo ab eodem Belisarius. *Unum* quod pennis aëreum colorem præ se fert, & in singulis pennarum capitibus ad coronæ modum albedine sigillatim distinctæ pennæ, quasi figuram ostendunt. Si excellere debet; Caput necesse est aliquantum in fornem, vertice lenitur elevato acrotundo, curvatum, cinereo colore habeat: simul atque volandi potens evasit, in rostri

parte superius plumulas quasdam, quæ veluti barbulae speciem gerant; ostendet. Gula lineis in longum ductis nigris maculatur. Supercilia & maxillæ admixto modico rubore albicent. Dorsum livescat. Alæ sint longæ in ultimam caudam recumbentes. Cauda longa, crassis pennis constans, in acumen paulatim desinens, femora longa, tibiæ breves, pedes colore inter flavum & plumbeum ambigente tincti, digitigraciles. Ungues magni, nigri & acuti &c. *Natales*, Sardinia, Ægypto, Cypro, Cretæ & Rhodo debet. Si qui in Italia vel alibi capiuntur, vi ventorum eo depulso fuisse creditum est. In Alpibus etiam nidulari, fide veteri cujusdam Falconarii, Albertus M. refert. *Alterum*, Nigrius, quod multis à priore notis variat, femora lineis transversim distincta, crura item colore croceo sed diluto maculata, gerit. *Qui* ex hoc genere ab Aldrovando describitur, verticem capitis habebat planum ac compressum, Rostrum membrana lutea intensi coloris, nares ambiente, capiti junctum. Caput, cervicem, dorsum, alas fusca, per singulas fere pennas maculis atris transversim per alarum majores resperæ conspiciebantur. Gula ex albo nonnihil flavescens, parte sui infima, maculis veluti guttis nigris transversis distincta. Pectus, venter, & femora alba, lineis latiusculis nigris transversis variegata. Videtur hoc genus idem cum illo esse, quod Alii Nigrum absolute, alii Carbonarium & Falconarium appellant.

Creditur primo in montanis prope Babylonem visum, post in Salamine apparuisse. Nunc in alpebus & Pyrenæis *reperiuntur*: in Germania adhuc rarum est.

Utrumque rarius in *volando* alas movet, sic à montano distinguitur: & à sublimi in pronum velocissime descendit.

Adeo mites sunt, ut quandoque irasci nequeant; ad hominumque nutus magnitudine quadam animi potius, quam inedia venantur. Cretenses capiunt etiam Grues, Anates, Mergos, Tardas, Phasianos: Ardeas, in primis si cibi abstinentia inducantur. Si aquilam viderint nunquam in posterum acupantur.

SACER, qui & Britannicus, Ælyus, & Aëriphilus apud Avicennam Falco Saccari, vel Græcorum imitatione quasi Hierax Accipiter, per excellentiam dicitur, vel à corporis magnitudine viriumque præstantia, ita appellatur. Sane à Bellonio Accipitrum adjicitur numero. Tria ipsorum apud Tardivum *genera*; *Unum*, quod lepores & hinnulos; *alterum*, quod capreas parvas capit, *tertium* peregrinum exprimit, de quo superius.

In descriptione Albertus & Fridericus Imperator dissident, si Carcanum sequimur,

Aldrov. l. 7. c. 1.

Locus.

Volatus.

Ingenium.

Bellon. de Avib. l. 2. c. 14.

Descriptio.



Falko



Falko



Falko



Falko



Falko

Falko



Falko

Aesala Falconom Specier



Falco

Falck



*Falco
Peregrinus*



Gyr Falco . Gejr Falck



*Falco
Berg Falck*

Montanus

Mirle Smirlin



Tab. XII
Falcones



Falco Rubens

Rother Falcke




Falco alies
Falcken ander art



Falco aliter



Falco
Orientanus



Falco Pas:
Sagir



mur, corporis ipsi statura plerumque oblongiuscula. Capite vertice plano canum. Rostrum cæruleum; Nares exiguae, pectoris, dorfi, & alarum superiorum maculae fuscæ, femora interiora alba. Crura pedesque tota fere coloris cærulei. Cauda maculis circularibus phaseolorum aut renum figuram exprimentibus varia, &c. Excellit, cui color rubicundus, rufus aut incanus, lingua crassa, pes amplus, digiti crassi, & colore cæruleo diluti.

Locus.
Paulus
Iovius in
libro de
legat.
Moscho-
vitico.

Inveniuntur apud Tartaros, & Moscovitas. In Polonia, quod Maximilianus Cæsar per suos exploratores comperit, in arboribus non ita proceris nidulantur. Cum versus meridiem victus quærendi gratia proficiscuntur, ab aucupibus adventus gnaris, in Ægei maris insulis intercipiuntur, & Venetias etiam è Creta afferuntur.

Nutri-
mentum.

De victu scriptores inter se non consentiunt. Belisarius cadaveribus etiam vesci dicit. Tardivus cibos etiam crassiores facile concoquere scribit. Albertus delicate, eos cibandos, cibo semper recente, cerebellis, fanis carnibus, reliquit. Volacissimi sunt, nisi è nidis abducantur, & nubes etiam transcendunt. Capiunt Anseres sylvestres, Grues, Ardeas, Lepores, Capreolos. His insident, & cerebrum capite perforato excutiunt. In eorum conspectu ne Aquilæ quidem volare audent.

Descrip-
tio.
Aldro-
vandus 1.
7. c. 3.

Gyrfalco seu Gyrfalcus (male à quibusdam Herodius dicitur) qui id ab Aldrovando describitur, verticem habebat complanatum colore cinereo. Rostrum breve cæruleum, unco modico, deorsum incurvato, subcæruleo, instructum. Dorsum, alæ, venter, cauda alba erant. Verum tergi, alarumque plumæ pene singulæ nigra macula notatæ, quæ cordis quodammodo figuram æmulabantur. Alæ erant admodum longæ. Remiges prope extremum apicem nota majori ac longiori nigra ornabantur, quæ tamen albo claudebantur margine. Gula, pectus, & venter pura tingebantur albedine. Cauda erat breviuscula notis nigris transversim variegata. Pedum digiti oblongi, validi, late expansi, tabellarum continua serie per totum inducti.

Differen-
tia.

Genera ipsorum à colore petuntur. Alii sunt, flavi, rubei, & cinerei. Albos etiam in Moscovia reperies. Qui in pectore albicant, magis etiam albi sunt, & primo anno dorsum partim albicat, partim subruffum, vel subrubeum est. Ubi vero mutati sunt, color ille subruffus in nigredinem permittitur.

Locus.

Paulus
Vener. 1.
I. c. 61.
Mischov.
c. 14. A-
sianæ Sar-
mat.

Locum ipsi natalem Norvegiam & Hiberniam Belisarius ponit: at certum in Tartaria quoque & Moscovia inveniri.

Vescuntur in primis Columbibus, & id genus aliis: & postquam semel de aliqua ave gustarint: illa deinceps relicta, novam sem-

per prædam persequuntur. Aggrediuntur & Aquilas. Accipitres, Nisi, Falcones, iis advolantibus, prædam ulterius non prosequuntur, sed pavidæ persistunt. Si in quinque Grues libero aëris campo unus emittatur, non prius persequi desinit, quam singulas in terram dejecerit.

Nutri-
mentum.
Pugna.

Duo habent peculiaria. Unum, quod cum simul aliquot vehuntur, certo quodam senii ordine cibum capere soleant. Alterum, quod præter cæterarum rapacium morem, nunquam sese aqua abluant, sed sola arena utantur. Frigore etiam tantopere gaudent, ut perpetuo, aut super glacie, aut lapide, marmoreve algido stare gestiant.

Ingenium.

ARTICULUS II.

De Falcone Montano, Gentili, & Tunetano.

FALCO MONTANUS, quod sit magis reliquis indomitus per excellentiam ita dicitur. Caput habet vertice fastigiatum & nigrum, coronula quadam cinerea cinctum, cui in fronte non longe à rostro plumulæ quædam exiles, & capillares eminent. Guttur ad sternum usque nonnihil candescit, maculis conspersum majusculis, pectus reliquum versus inferiora, notis quibusdam, quandoque ferrugineis, nonnunquam rubeis nigricantibus aliquando insignitur, quibusdam guttur & pectus nigris plumis vestiuntur, Dorsum ac lumbi majori ex parte plumis fuscis, minutis obteguntur. Aliqui eorum post medium dorsum, lineas quasdam albicantes, aut rubeas, quæ deorsum vergunt, habent. Crura & pedes plerumque crocei, vel ex flavo palleari flavescens, & squammis densissimis integuntur. Mutatos facilius est cognoscere: & optimus est hornotinus fuscus.

Descri-
ptio.

Non Anates solum, sed & Anates & Ardeas capit, & persequitur. Visus aliquando & Aquilam, quæ sibi prædam præripuerat, & seipsum interemisse.

Nutri-
mentum.

Ponit & alterum ejus genus Aldrovandus, quod Leucophaum nuncupat. Corpus ejus totum cinerei est ad cæruleum vergentis coloris, pro diversa partium ad lucem obversione dilutioris obscuriorisve. Rostrum crassum, breve, nigrum, robustum, pollicaris crassitudinis, tam validum, ut vix ulli alteri fortius. Pectus valde teres ac grande. Diversum primo ab aliis Aldrovandus putabat: sed cum cum descriptione Montani apud Albertum conferret, & verò Montano, qui aliquoties plumas veteres cum novis commutavit, mediam partem dorfi cæruleam affingi, & quo frequentius senectum exiit, eo tergum magis cærulescere, gulam cum pectore, abolitis, quæ distinguebant cum atate maculis,

Differen-
tia.

albefcere, observaret, *alterum* Montani esse *genus* conclusit.

Descri-
ptio
& Diffe-
rentie.

GENTILIS per excellentiam propter generositatem ita dicitur. Frederico Imperatori alii sunt *Gentiles Peregrini*, alii *simpliciter* ita dicti. Illi Falconibus sacris sunt minores, & quo plus cum Gyrfalconibus participant, eo elegantioris esse formæ existimantur. Vertex *capitis* debet esse planus, occiput latum. *Rostrum* crassum, & recurvum. *Collum* breve, prope caput subtile, prope spatulas crassius. Habere debent *pectus* foris prominens, & carnosum, cavitationem inter pectus & collum magnam & profundam. *Coxas* plumis complurimis operatas, & sub genibus etiam dependentes. *Crura* crassa ac breviora, pedes amplos, digitos expansos & macilentos. Cum adhuc honorini sunt. Alii sunt absolute fusci: alii rubris, nonnulli pallidis maculis ceu guttulis perornantur. Alii ruffi sunt, aut simpliciter, aut ad nigredinem vergentes. Alii fulvi, vel absolute, vel cum quadam rubedine. Maculæ à collo ad pectoris furculam parvæ sunt, inde vero progressæ ad anum usque majores evadunt. Fulvis ad rubeum vergentibus, color est exæquo permixtus. Laudabiliores in suprema capitis parte ceu corona quadam in circuitu perornantur; prope nares durities rostri virescit. Maxillæ sub oculorum parte subrubæ sunt. *Dorsum* fusco est colore, ac rubedinem inclinante, marginibus rubescentibus & majusculis sine guttis tamen exornatum. *Pennæ* alarum majores fuscæ cum marginibus. *Cauda* ejusdem cum dorso pennis coloris, modo quod margines in ea in plurimis sint pallidiores, seu quod à corde sit remotior, seu propter aliam causam. *Simpliciter dicti* trium eidem sunt generum, sicut & peregrini, de quorum datis notis quoplures obtinent, eo magis probantur. Aldrovandus eisdem cum Carcani **GERMANIS** facit, qui Peregrino forma, capite, rostro & pedibus sunt simillimi. Corona albicans caput ipsis prope collum cingit, femora interna plumis albis vestiuntur. Mutatis caput, collum, & humeri fusca sunt, dorsum cyanea tingitur. Mares seu Tertiarii à maribus Peregrinorum nulla possunt ratione discerni. In volando crebriore spissioreq; alarum motu utuntur. Rapiunt omne avium genus, Aquaticum præsertim, quod si è nido exemptus adhuc pullus ad hoc instituat. Grues etiam capere audent. In eo solum Peregrino cedunt, quod non sola animi magnitudine, sed etiam cibi aviditate prædam invadere dicantur.

Bellon.
l. 2. c. 8.

De **TUNETANO** inter Carcanum & Bellonium non constat. *ille* corporis esse exigui, coloris perpulchri, capite flavo, alas nigro, peregrinos pedibus præsertim ita exprimere, ut multi fallantur, scribit.

Hic magnum esse, ad Lanarii similitudinem, plumis & pedibus accedere, diutius & constantius volare, capite crasso & tereti esse, strenue sublimem aëra scandere, reliquit.

ARTICULUS III.

De Falcone Gibboso, albo, & Gallorum Lanario.

FALCO GIBBOSUS, quod ei ob brevitate[m] colli, caput ante juga alarum dum eas supra dorsi latera componit, vix appareat, ita ut gibbum gestare videatur, ita dictus est. *Corpus* habet exiguum, planum collo fere continuum. *Caput* reliqui corporis proportionem magnum. *Rostrum* perbreve & rotundum, oculos flammeos. *Alas* prælongas, & valde exertas, in facie guttas. *Crura* proportionem cæterorum membrorum longiuscula & squammosa. *Pedes* in articulis digitorum, præcipue ad interiorem plantæ pedem nodosos. *Nidulatur* in montibus inaccessis. Tam alte *volat*, ut hominis visum effugiat. In aucupio non statim inter descendendum percutit, sed potius cum à descensu rursum ascendere incipit, tunc posteriore ungula ante pectus disposita ferit, & quandoque tam fortiter, ut unguem sibi amputet, pectus lædat, imo seipsum aliquando occidat.

Est & aliud Falconis Gibbosi genus, quod semper alas tanquam ad volandum extendit, animosius quam robustius. **ALBO** nomen color imposuit. Albertus eum in dorso & alis subalbum esse, alibi guttas valde albas aliis guttis subpallidis interpositas habere, & regionem frigidam, & humidam in causa esse, scribit. Addit, Falcone Peregrino majorem, & ad similitudinem Lanarii albi, qui per campos muribus insidiatur, accedere. *Mittit* eum septentrio, & ex illo in primis Norvegia, Suecia, Estonia. Non tam est in volando velox ut Niger: diutius tamen in avium persecutione perdurat. Non debet ad venandum emitti, antequam pennas mutaverit. Ad eum refert Aldrovandus quendam *Sparverium*, cujus descriptionem Roma accepit, qui corpore toto coloris lactei, maculis flavis perspersi, rostrum habebat album magis quam cæruleum, alas candidissimas ac sine maculis, in cauda pennas duodecim candidas & flavis maculis conspersas: quarum conspectum pennarum præcipua & aliarum quasi tegumentum, tota candida, eripiebat, easdem quasi in vaginam recondens. Pendebat mortua tredecim uncies, pondus in ejusmodi ave haud leve. **LANARIUS** (generosum intellige) **GALLORUM** dicitur, quod Rei accipitrariae authorum testimonio, Gallie peculiaris & proprius.

Descriptio.

Falco albus.

Aldrovandus
l. 7. c. 10.

Descri-
prio.
Lanarii.

Rostrum & crura cum pedibus habet cærulea, plumas anteriores albo & nigro varias, maculis non transversis, sed plumas in longum distinguuntibus. Plumæ dorsi, alarum & caulæ, partem externam si spectes, non admodum sunt variegatæ. Extensarum interiora notis rotundis, instar exiguorum nummolorum per superficiem disseminatis, conspiciuntur. Sic à Tardivo & Bellonio describitur Xqua Galliæ est perpetuus, semperque tam hieme, quam æstate ibidem conspicitur.

Ingenium.

Ingenii sunt tractabilis, & ad omne aucupii genus idonei. Picas, Coturnices, Perdices, Cornices, Phasianos; imo Anates & Grues, si institutio accedat, capiunt, & societate maxime gaudent. Quoniam alis diutissime in æthere supra prædam suspensi hærent, tantopere Anates fatigant, ut & canum opera, & fustibus plurimæ occidantur.

Italici fal-
cones.

Carcanus *Italicorum* meminit. Habent isti caput totum planum Rostrum falconis, peregrini & montani rostro minus & cæruleum. Pectus flavum raris & ferrugineis maculis distinctum. Extremas alas veluti ocellis rotundis albisque pictas. Mutatis, caput universum ad humeros usque, flavo colore ad rubeum vergente, & lineis tenuibus distincto, tingitur. Pes, qui ante cæruleus fuerat, in luteum abit. Nascuntur in montibus Vincentinis & Alpibus, quæ Germaniam ab Italia dividunt. Solent alarum æquilibrio, in aëre sese diu admodum & frequenter suspendere, sic metu incusso, ne Perdices, Coturnices, aut Phasiani diffugiant, faciunt, rarerer occisas in terram præcipitant. Visus aliquando qui & Accipitrem exanimaret.

ARTICULUS IV.

De Falcone Dapidario. *Arbarario & Rubeo.*

Aldrov.
l. 7. c. 11.

FALCO LAPIDARIUS recte Lethofalcus dicitur. Est mediæ inter Peregrinum & Gibbosum magnitudinis. In præruptis petris, & Alpium rupibus nidificat. Regitur & nutritur simili modo quo Peregrinus.

ARBORARIUS quem Gesnerus descripsit, rostro erat cæruleo, oculis nigricantibus, pectore albidis & nigricantibus maculis variegato; pennis alarum nigrioribus; dorso nigro, cujus pennarum margines infimos, muculæ ex candido ruffe distinguebant. An idem sit cum Accipitre Fringillario dubitatur. *Nidum* in arboribus exstruit. Rarus ipsius in aucupio usus; jucundum in conflictu cum monedula spectaculum exhibet. Adeo quoque placidus est, ut per sylvas & agros emissus ad dominum redeat. In dissecti ventriculo plumas & Cantharides reperit Gesnerus.

RUBEUS à guttarum seu notularum quibus distinguitur, rubro colore dictus est. Peregrino minor est, nec citius rubere apparet, quam alas exerat. Calor debilis in superficiem corporis effusus, & fumosum humidum, quod ad generationem pennarum excernitur, adurens, rubedinis causa esse putatur. Invenitur in locis planis & palustribus. *Pheniceos* in Moscovia dari perhibent.

Albert.
l. 10. c. 9.
Crelcent.
l. 23. c.
12.

Volatus est agilis, sed non diu perseverantis. Nam penna rubea, quia mollior, non diu volandi impetum sustinet.

Volatus.

Facile cicurari, Albertus innuit, difficulter regi Tardivus. Post secundam aut tertiam pennarum mutationem melior; quod remittentibus per ætatem humoribus calidis, non parum temperamentum juvetur. *Vita* est minus quam reliqui longæ.

Ingenium.

Ad istum *duos ex Indiis Orientalibus allatos* Aldrovandus reducit, qui parte anteriore tota & alis internis adeo rubebant, ut qui pronos inspexisset, nihil præter colorem rubeum vidisset. Majorem putat fuisse fœminam; minorem, marem. Mares enim ob hoc ipsum Tertiarii dicuntur, quod tertia parte fœminis sint minores. Mentum in fœmina, macula oblonga cinerea, quæ inferne desinebat, distinguebatur. Pectus quoque ejusdem coloris notulis anteriori sterno raris respergebatur. In mare color rubeus, saturatior & evidentior erat. Mentum nulla macula insigniebatur. Pennæ remiges interioris notis fuscis transversim frequentibus; statoque intervallo distinctis, albebant.

Alii.
Aldrov.
l. 7. c. 14.

ARTICULUS V.

De Falcone Cyanopode, & illis, qui promiscuo coitu gignuntur.

FALCO CYANOPUS ad quod referri debeat genus, cum quatuor Falconum genera pedibus cæruleis instructa inveniuntur, difficile est dicere. Ad Lanarium tamen potius, quam aliam speciem pertinere videtur. Est Falconi Peregrino & magnitudine æqualis, & figura similis: sed in hoc differt, quod dorsum ejus, & exterior alarum pars minus nigredinis, & pectus plus albedinis habeat; alæ sint breviores, cauda longior aliquantum; pedes hyacinthini.

Aldrovandus
l. 7. c. 14.

Vocem acutiorem, quia humidior, Peregrino habet. Raro aves Pica, vel cornice majores invadit. Plærumque se præcipitaturus, propter metum loco manet, & suspenditur. Audacior evadit, si aucupis accedat præsentia. Qui in Helvetia reperitur, diversus est ab isto.

Vox.

Nidificat in excelsis juxta aquas, aut profundas valles, petris. Nidis exemptus mansue-

Locus.
Aldr. l. 7.
c. 15.

fit. Capit Perdices, Columbas, Cornices, Anates, Phasianos, & Tetraones.

Aldrov. l. 7. c. 16.

Falcones PROMISCUO COITU geniti, à Peregrinis plærumque proveniunt. Hi enim à parentibus statim expelluntur, & cum suæ speciei conjuges non inveniant, ad speciem alteram quam sibi simillimam invenerint, libidinis tempore convertuntur. Carcanus ex altero parente Peregrino, altero Montano procreatos, Falcones transversos vocat. Albertus quatuor eorum genera ponit. Cæterum, si cum Falcone pedis curalei Peregrinus commisceatur, fere similis Peregrino generatur avis, si cum Lanario nigro, ignobilis Falco niger. si cum Lanario albo, similis Falconi albo, si cum Lanario rubeo, similis colore & figura Falconi rubeo. Patrillant autem plærumque, & ignobilitatem matris, institutio post unum vel alterum annum compensat.

TITULUS V.

De Psittacis.

CAPUT I.

De Psittacis in genere.

Nomen.

R Apacibus Psittaci subnectuntur, tum quod rostrum & ungues aduncas habeant; tum quod cicures, carnem etiam ipsam devorent. Nomen sortiti sunt, seu à Psittace urbe juxta Tigrim celebri, seu à Psittace urbe juxta Tigrim celebri, seu à Psittace urbe juxta Tigrim celebri, seu à Psittace urbe juxta Tigrim celebri.

Steph. de urbibus.

Descri- ptio.

Magnitudinem si spectes, in regione cui nomen dedere, brachium cum dimidio longitudine explet. Visus Scaligero qui clathratae fenestreae fere impleverat spacium. In quadam novi orbis regione Phasianos superant. in insula Banda, columbam nostratam vix excedunt. Alibi, Gallinis, Turdis, hirundinibus, imo Passeribus æquantur. Color quoque illis varius.

Scalig. Exerc. 236.

Scalig. Exerc. 59. sect. 1.

In nova Hispania, Æthiopia & ultima India, quosdam totos albos invenies. Circa Tarnassaram septuplici colore superbos; in Ternate Moluccarum una, Brasilia, & Æthiopia rubros: in quibusdam Æthiopiae sylvis nigros; in Malabar, prassinos; scutulatos, purpureos; cinereos & cæruleos alibi. Bellonius magnos quosdam totos canere, mediocres ex rubro variegari, pusillos nonnullos proluxa cauda, totos virides esse ait. Circa Javam, alii sunt rubri rostro luteo; alii versicolores, candidi quidam. Et quis omnes diversitates enumeret, cum supra centenos magnitudine & colore discrepantes, curiosi observaverint. Antiquis solus in intimis plumulis & extimis pinnulis,

Apu. l. 2. Floridor.

viror, notus erat. Unde Avis viridis dicebatur. Communia fere omnibus sunt. Caput prægrande, ingenii signum, rostrum, quod qua collo committitur, in solis inferne sub faucibus apertum est, adeo durum, ut ferreis clathris vix parcant. Staius cornu vocet: aduncum idem, ut eo, tanquam hamato & semicirculari forma constructo, se cum devolant, excipiat, illi innitantur, livioresque se ita pedum infirmitati faciunt. Mandibulae superioris, quod ipsis cum solo Crocodilo, & Thamatopode si Opiiano credimus commune, motus. Lingua quæ cucurbitæ feminis figuram repræsentat cæteris avibus latior. Unde dicitur. Pectus rotundum. Pedum species, quia ante & pone binos habet, rara; illos in regno Æthiopiae interioris prope mare arenosum, si excipias, quorum quidam sex in pede digitos habent, quidam tres. Crura breviuscula, infirma, & plærumque fusca. Ungues adunci, quibus escam elevant, & ad os extrorsum convertunt. Capitis Anatomiam apud Aldrovandum vide.

Stat. l. 2. Sylv. Ovid. El. 2.

Plin. H. N. l. 10. cap. 43.

Arist. l. 8. H. A. c. 12.

Lorum ipsorum natalem solam Indiam esse, veteres credidere. Tempore Alexandri M. in Taprobana primum inventi; Neronis, in Gaugada Æthiopiae insula visi sunt; Diodori Siculi, in ultimis etiam Syriae nascebantur. Avorum temporibus, terræ cuidam supra Caput bonæ spei, nomen ob copiam indidere. In regno Calecut tanta ipsorum est ubertas, ut Oryzam sapiissime depascantur; tanta in Occidentali India, ut Psittacorum regioni inde nomen creverit. Nec Nigritæ in regno Senegæ illis carent.

Locus. Plin. l. 10. cap. 42. Paulanias in Cor. Plin. l. 6. cap. 29.

Victus ipsis feris adhuc, frumenta, legumina, semen Carthami seu Crucis, quo pinguescunt, cum homo purgetur; fructus omnigeni, cum molli tum duro cortice intesti. Nux etiam myristica, ad quam in Insula Banda sapiissime advolant: Cicuribus, quicquid porrigetur, caro, panis, saccharum inprimis. Bibunt aquam, sed vinum multo libentius, cujus potu non solum lascivi, & solito loquaciores redduntur, sed & humano inebriantur more, & intra bibendum, pedibus suspensi caudam in altum, & caput deorsum ad aquam extendunt. Nidos si Cadamusto credimus ex furculis ad tenellos procerarum arborum ramos pensilibus, pilæ modo rotundos, per quam exiguo foramine, construunt, ut serpentum insidiis viam præcludant. Maximi, gallinaceis haud minora ova ponunt, mediocres columbaceis paria, fecunditatis indicium, ingens illorum in natalibus locis copia; castitatis, quod bini semper; mas & femina agere videantur.

Nutritum.

Volatus ipsis in natali solo expeditior. In nostris oris propter cæli frigidioris in clemen-

Volatus.

mentiam minus eo valent, impotentiam, reptandi facilitas, qua sursum, deorsum, & in maximam altitudinem scandunt, ob congruam rostri & pedum conformationem, compensat. Illius unco, dum pedes promovere nituntur, appensos sese sustinent; dum provolant, ne pedes ob corporis deorsum labentis pondus debiles offendant, sese obvio adminiculo apprehenso, eodem velut anchora & praesidio excipiunt.

Vox. Vocem articulatam nullam naturaliter habent, quidam etiam fere muti sunt; nec quicquam unica illa voce Perroquet excepta, quae in ipsorum nomen abiit, ingeminant.

Amicitia. Amicitiam singularem colunt, cum lupo, cum quo simul pascuntur; homine, unde in America relictis sylvis interdum prope domicilia agunt, & Turture, quod Ovidius notavit.

Ingenium. Ingenio prope ad hominem accedunt. Accipiunt namque verba & pronunciant articulate omnia; facilius, si intra alterum aetatis annum docueris: segniores, ferreo in caput verberantur radio. Non sentiunt aliter, propter duritiem, ictus. Sic Ascanii Cardinalis continuatis perpetuo verbis symbolum Apostolicum pronuntiabat. Henrici VIII. Angliae Regis in Thamesin delapsus auxilium implorabat, viginti libras promittens; extractus, quatuor denarios hospitatori suo dari iussit. Meditari eisdem Cardanus addit; Pherecides masculos, eos observare, & deferre, qui venena propinare moliuntur, & in domos important, refert. Quosdam circa Javam intelligere, & ad interrogata respondere, quidam narrant. Non facile crediderim. At pueros interdum imberbes amare; blande attractatos libidine, ita ut oscula figant, tangi; quosdam pueros ita odio prosequi, ut in eorum capita de sublimi loco non aliter impetum faciant, atque Falco in Anatem; si inter lugentes agant, lamentari, quod Constantinus Manasses in historia Basilii Imperatoris testatur. Saltantes capitis gestu, depressis agitatisque alis imitari, dubitandum non est. Foeminas nunquam aut rarer humanas reddere voces, Tiraquellus reliquit. Virides macrouros, quibus collum torque rubro cingitur, annulo illo primum apparente, nil praeterea discere quidam affirmant. Scaliger acceptas e via publicitus voces reddidisse scribit. In insulis vero S. Michaëlis & Divite simplicitatis tantae esse, ut ad crocitantem Psittacum innumera, ex arbore in cuius ramis auceps latet, multitudo convolet, facileque se capi patiatur, apud Martyrem legimus.

Ufus. Psittacorum apud Occidentales Indos in cibo, apud Orientales olim, Aeliano teste, sacri habebantur. Heliogabalus

capita ipsorum in convivio exhibuit, iisdemque leones, pantheras, & alia animalia pavit. Oblectamenti loco apud Romanos olim fuere. Nam cum Gallinis rusticis & Merulis in publicis ornatibus ponebantur. Viros Psittacos manu gestare M. Cato conqueritur. Articulatam ipsorum vocem in tantum eosdem miratos esse, Suidas author est ut eos Indi mercem fecerint. Unde caveis eburneis, argenteis, vel ex alia pretiosa materia factis includebantur. Indis pennae ipsorum in magno usu. Ex his imagines varias, papiliones, flores, herbas, pileos & perizomata conficiunt; vestes, aulæa & tapetes contextunt; enses & clypeos exornant, aliaque utensilia miro artificio conficiunt. Sed de plumario opere alibi.

Aelia. H. A. l. 13. cap. 18. Lampr. in Heliogab. Varrol. 3. de re rustica. c. 9.

De Psittacis vide quoque infra Mantissam N. 4.

C A P U T II.

De Psittacis in specie.

A R T I C U L U S I.

De Psittaco maximo Cyanocroceo, Maximo Psittaco altero, Psittaco albo cristato, & Psittaco viridi alarum costa superna rubente.

Psittacus maximus Cyanocroceus in aula Ducis Mantuae ab Aldrovando visus est. Magnitudine bene saginatum caponem exaequabat, ab extremo rostro ad caudam extremam bicubitalis. Vertex capitis erat planus & viridis, rostrum aduncum, in hemicyclum compositum, extrinsecus in perfectam dimidii annuli rotunditatem formatum, palmum longum, totum nigrum; superius longitudine duobus digitis, inferius excedebat. Oculos habebat albos & nigros, quos ternae lineae nigrae a rostro ad colli initium ductae, figuram literae S. jacentis representantes, in longum succingebant. Guttur veluti torques nigra ambiebat. Pectus, venter, femora, Uropygium, cauda inferior, crocea erant. Cervix superna, dorsum, alae, caudae pars superior, colore caeruleo vestiebantur. Qui apud Comitum S. Florae erat, semel singulo die instante vespera bibebat, notis & familiaribus adblandiebatur. Aestivo tempore aquis se immergebat, aut pluviae donec totus maderet exponebat, a madore frigore correptus, ad solem se vel focum siccabat, ex podagra mortuus est.

Descriptio. Aldrov. lib. 11. Ornith. cap. 2.

Maximus Psittacus alter apud eundem Principem fuit. Corpus ei non ita ut superiori crassum. Capitis vertex compressus, palmo longior. Rostrum quam superiori brevius, nec longo adeo hamo incurvum, tres propemodum digitos longum, & totidem,

Aldrov. l. cap. 3.

Albert. lib. 23. Scalig. Ex. 236.

Manasses in Anna-lib.

Scalig. lib. cap. De leg. glo. 1. p. 12.

l. 10. de cad. 3. rerum Ocean. Ufus.

qua capiti comittitur latum; mandibula superiore alba, inferiore nigra. Oculorum regio & tempora albescentia. Dorsum, alæ incipientes, gula, pectus, venter, femora, cauda tota superne, punicea. Remigum tegetes secundo in alis ordine lutei, puniceis marginibus, cæruleo velut ocello prope apicem ornatae, &c. *Psittacus albus cristatus* magnitudine erat columbo domestico par. *Corpus* universum candido plumarum Agmine vestiebatur. *Capitis* verticem habebat plumis grandiusculis, sesqui palmum altis, retrorsum nonnihil incurvis, acuto apice denuo antrorsum reflexis, candidis, denis, velut crista perornatum. *Rostrum* cinereum, ad nigrum vergens, qua capiti committitur naribus patulis pervium, ac harum medio tuberculo, quodam tereti clivosum. *Oculos* iride lutea, pupilla nigra. *Linguam* latam, rubicundam. *Caudam* in altum plumis dodrantalibus frequentibus, candidis, surrectam. *Crura* cum pedibus sublutea. *Psittaco viridi alarum costa superna rubente* pullastri anniculi erat corpulentia, *capitis* vertex luteus. *Rostrum* superius extremo nigrum, post subcæruleum, reliqua rubicundum; inferius vero album. *Oculi* iride croceo aut potius rubente, cincti pupilla nigra, corpus totum viride, parte quidem prona virore flavescente ac diluto, alis vero & dorso saturiore, & qui in maxima & extrema penna remige ad cæruleum nonnihil tendat. *Costa* superna alarum in tantum rubet; uti & cauda eaque breviuscula, parte inferiore ad latera, rubra in longum macula insignitur; superne vero flavescit.

ARTICULUS II.

De *Psittaco poikilorincho*, *viridi melanorincho*, *Leucocephalo* & *Erythrocyano*.

Aldrovandus l.
II. c. 6.
7. 8. 9.

P*Psittacus poikilorinchos* magnitudine erat gallinæ minores. Corpore plæroque virefcens, dorso obscurius, pectore & ventre, interlucente luteo, radicibus ubique cinereis, dilutius. *Rostrum* superius in parte superiore habebat ex viridi cæruleum; ad latera, colore ochræ, in cuius extremitate macula transversalis candida percurrerat, inferius circumcirca coloris plumbei in medio lutescentis. *Vertex* plumulis aureis ornabatur. *Remiges* parte exteriori, ventrem versus, initio virides, paulatim in colorem subcæruleum, seu amethystinum, purpureumve potius terminabantur, nigra cætera. *Secundæ* in ordine longissimæ totæ luteæ erant. Quæ mediis ferme alis conspiciebantur, ad principium latere exteriori, quod ventrem respicit, primum viridi, dehinc miniaceo obscuro, inde viridi, postremum apice ipso partem violaceo,

partim nigro vicissim variabant. *Cauda* duodenis instructa pennis, quarum quæ è latere sunt, utrinque quaterna, qua enascuntur, initio sui primum virides erant latere exteriori, luteæ interiori, inde rubeo, coccineo colore, tertio ordine denuo viridi, postremo luteo variegatæ. Reliquæ quatuor mediæ totæ virides, at fine sui nonnihil lutei habebant. *Pedes* plumbei, quaterni *digiti* bini ante, retro totidem, ut in *Picis Martius*, interiores quidem exterioribus multo breviores. *Ungues* ut rapacibus adunci. *Tibiæ* brevissimæ, nempe inter poplites & talos, *digitum* longæ sed crassiusculæ. *Psittaco viridi melanorincho* collum, dorsum cum alis virore pleno tinguntur. *Costa* alæ, qua corpori adnectitur, extrema, coccineo rubet, penna in extremis alis, qua ventrem spectant, est nigra. *Uropygium* inferius coccineum. *Rostrum* totum nigrum. *Caput* & pectus lutea. *Psittacus Leucocephalus* ita ab Aldrovando describitur, &c. *Dodrantem* & *digitum* unum longus est. *Rostrum* duos digitos crassum, album: & pars capitis rostro continua item alba. *Oculi* pupilla nigra, iris ferruginea. *Vertex* & *frons*, quæ albet, maculis nigris variegatæ sunt. *Occiput*, collum, dorsum, alæ, uropygium supernum obscuro ac pleno virore tinguntur. *Gula* & alatum *costa* suprema rubore cinnabarinno. *Pectus* ac femora virent denuo. *Pars ventris* inter femora & pectus interjecta fusco subrubido, aut eo colore, quem pictorum vulgus terræ umbræ vocat, insignitur. *Alarum* latera pennas quasdam, quæ remiges tegunt, easque extremas cæruleas habeat, albo tamen nonnihil admixto. *Venter* postremus uropygio proximus lutescit. *Cauda* medio rubra, ad latera rubro & luteo, inde cæruleo variegata est. *Pennæ* pene omnes extremo apice nonnihil nigrescunt, cætera virides sunt. *Tibiæ* & *pedes* cinerei. Possent & hic idem ob multiplicem colorum varietatem *Psittacus* ^{tricolor} id est versicolor appellari. Est enim coloribus non paucioribus quam septem distinctus, quorum tamen præcipuus est viridis. *Psittaco Erythrocyano*, *caput*, pectus cærulea sunt. *Vertex* summus macula lutea insignitur. *Rostrum* haud ita ut prioribus grande, nigrescit. *Oculorum* regio albicat. *Pupilla* nigra, *Iris* fusca. *Ventris* latera sub summis alis lutea sunt. *Venter* viridis. *Femora* è viridi albicant. *Uropygium* luteum est. *Summum dorsum* dilute cæruleum est. *Alarum* tegetes viridi, luteo, roseo promiscue conteguntur. Sic remiges & cauda totæ roseo perfusa sunt. *Dorsi* extrema pars seu lumborum regio flavescit. *Caudæ* denique pennæ pauculæ, eaque virides obtegunt. *Crura* & *pedes* cinereo imbuuntur, cætera roseo. Hic forte ille est, quem in Tarnasari urbe Indiæ pulcherrimum ac septemplici

Psittacus Minor



Psittacus Maior



Psittacus



*Psittacus
Pappengei*



Psittacus Viridis



*Psittacus
Poikilorinchos*





Tab. XII

Pittacus Major



Pittacus Minor



Pittacus Pappageo



Pittacus



Pittacus Focklandicus



Pittacus Vindex

Psittacus Maximus

Papengai grosser art

Psittacus Maximus alter



Psittacus abus Cristatus

Psittacus viridis Melanoriuchos



Psittacus Versicolor siue Erythrocyanus

Psittacus Leucocephalos



Psittacus Cinereus





Common Sparrow



Corvus Rab



Corvus Ray Rab



Altray



Cornix Krae



Graculus Tul Dole



Nebel Krae



Coracias Arist



Pyrhocorax Stein.Rab

Coraceus



Pyrhocorax alius



ptemplici colore distinctum reperiri Ludovicus Patricius scriptum reliquit.

ARTICULUS III.

De *Pfittaco Cinereo*, *Erythroleuco*, *Torquato macrouro*, *Minore macrouro toto viridi*, *Erythrochloro macrouro*, *Erythrochloro cristato*, & aliis & Gesnero positis.

Aldrovandus 1.
l. 11. c.
10. 11.
12. 13.
14. 15.
16.

P*sittaco Cinereus* ex Mina adfertur, & à potissimo partium colore ita dictus est. *Corpus* enim totum cinereo obscuro, seu potius æqualiter subcæruleo tingitur, remiges paulo saturiore visuntur. *Oculos* macula candida cingit. *Cauda* vix ultra extremas alas protenditur, & tota cinnabario colore tincta est.

Pfittaco Erythroleuco magnitudo est caponis grandiusculi, corpus candidum, postrema tergi pars, uropygium, cauda tota, alarum remiges miniacei coloris. *Rostrum* unco quam in aliis longiore.

Torquatus macrourus solus antiquis cognitus fuit. *Caput* & corpus omne habet viridi. *Rostrum* minaceum. A rostro inferiori sub mento &c. *Minor macrourus totus viridis* in Hispaniola reperitur, nec totus turdo major est. *Rostrum* habet superna parte rubrum, inferna è rubro ingricans. *Iridem oculi* rubicundam & croceam. *Corpus* herbaceo virore amœnum. *Pedes* & *tibias* rubicunda.

Erythrochloro macrouro ex Japonia allato, corpus quatuor coloribus, quorum potiores viridis & ruber insignitum erat. *Verticem* habebat planum; *rostrum* rubeum, exiguum, & inferius etiam aduncum. *Retro* & ante *oculos* maculam cæruleam. *Caudam* corpore toto longiorem.

Erythrochloro cristato alæ, cauda ac crista, quæ sex pennis, tribus majoribus, totidem minoribus constabat, sunt rubri coloris, corpus reliquum viridis.

His adde *Pfittacum Erythrocyantum*, nec non *Erythroxyantum* Gesneri; quorum ille, parte supina rubet, alis superius in flavo viridibus, cætero cæruleis; cauda partim rubra, partim cærulea, hic, illi per omnia similimus, in hoc tantum discrepat, quod per medium alarum plurimum flavioris coloris habeat, nonnihil etiam in cauda.

Huc etiam Aldrovandus Avem illam, quæ in Hispania capta, magnitudine erat fringillæ; rostro nigro, adunco; capite; collo viridi, vertice ut in Garrulo Bohemico crista insignito; alis cæruleis, extremo nigricantibus; uropygio ferrugineo; femoribus albis; pedibus nigris; digitis quaternis, binis ante, retro totidem; refert.

TITULUS VI.

De *Corvino genere*, & aliis nonnullis *Avibus*, quibus *rostrum durum ac robustum est*.

CAPUT I.

De *Corvo*.

CORVUS, Græcis, seu à colore nigro seu à capitis magnitudine *κόραξ*. L. Floro Satyra avis, seu propter salacitatem. Virile enim membrum veteres Græci *σαύρο* appellabant; seu à Satyra palude, quæ & Pomptina, viginti quatuor olim urbium capace loco, dicitur. Locus ipsi post *Pfittacos* vel eam ob causam datur, quod & ad rapacium naturam accedat, & oliam apud veteres in tanto precio fuerit, ut per illum jurarent. Magnitudine *Cornicem* superat, & adeo est ater, ut præ nimia nigredine cæruleus quodammodo appareat, nec ab aquis mutetur. *Rostrum* habet aterrimum, nonnihil aduncum utrisque marginibus incidens; *Oculos* lucidos; *Linguam* in apice latam, ad radicem rotundam, nigram. Visi tamen in Septentrionalibus regionibus, Anglia, Neapoli apud Alphonsum Siciliae Regem, Lestorum Indiae extra Gangem regione, quin & tempore Aristotelis, albi, seu quod ob aspectum nivium in nivosis locis tales nascantur, seu quod frigus id efficiat, seu quod alimento id attribuendum sit. *Interiora* ejus si attendas, *gulam* patentiore prope ventriculum pro ingluvie habet. *Fel* renibus, & parte tantum altera intestino jungitur. *Excrementa* alba esse apud Horatium legimus. Cuidam vero apud Livones & Botnios generi, quod *marinum* dicitur, rostrum dentium fere instar ferratum, sed forte falso, adscribitur.

Quantum ad *Locum*, in Asia non nasci Theophrastus prodidit. Locis desolatis, humidis, excultis, turribus, celsis ædificiis, morari, nec ea, dummodo cibus suppetat, deserere; in agris uberrimis gregatim ferri, & ejus frequenti suo numero bonitatem, quam innata sagacitate cognoscunt prode, compertum. Binos per sterilem & infructuosum campum, nec non arctiora loca volare, quod non satis cibi pluribus, unde in Cranone Thesaliae oppido nunquam plures duobus reperiri, à quibusdam notatum. In Gallia oppido, quod *Corvatum* dicitur, annos plus, quam centem egisse, Albertus nescio, qua fide refert.

Vicitat corvus frumento, pomis, ficibus, cerasis, quæ cum pediculus deglutit, & dum binis è pastu, horis pulpam rejicit, ossa evomere solet; nec non vermibus, hinc aratoris vestigia rodit; piscibus, unde apud Anglos lege sub gravi mulcta cautum, ne quis

Descriptio.

In Historiâ Val. Corvini. Rhodig. Antiq. lect. l. 29. cap. 25.

Aristophi in Avibus.

Scalig. ad lib. 2. de caus. plant. c. 17.

Olaus Magn. l. 19. cap. 8. Aristoteles l. 5. de gener. cap. 5.

Arist. H. A. l. 2. c. ult. Arist. H. N. l. 2. c. 15.

Locus. Plin. H. N. l. 10. c. 29. Ela. c. 34. Theon. in Aratum.

Æl. l. 2. de Anim. cap. 48. Arist. H. A. l. 9. c. 31.

Nutritum. Athen. l. 13. Aldrov. Ornithol. l. 12. c. 1. Bellon. lib. 6. de avib. cap. 1.

quis vim corvis inferat, cadaveribus, quæ si non attingit, infecta esse conjiciuntur. **Quin** nec à vivis animalculis abstinet. Alaudam & passerem devorasse visus est, pullos vero alimonia destitutos, parentem ipsum invadere, & devorare **Ælianus** auctor est. In Bothnia non tantum lepores & cuniculos interimant; sed agnorum etiam & arietum stragem edunt. Constitutum è publico præmium, qui eos occidissent. *Potus* est vehementer appetens. Tradendum putavere memoriæ quidam, visum corvum per sitim lapides congerentem in situlam monumenti, in qua pluvix aqua durabat, sed quæ attingi non posset, ita descendere paventem, expressisse tali congerie, quantum potaturo sufficeret. **Æstivo** tamen tempore sexagenis diebus, dum ficus maturefcunt, non bibit, seu quod, nisi **Hyginus** fallit, guttur pertusum, dum ficus maturefcunt, habeat; seu quod eo tempore relaxatione alvi se laborare sciat.

Plin. H. N. l. 10. c. 47.

Ælianus l. 3. de Animal. c. 43.

Æl. l. 1. de Animal.

Generatio.

Plin. l. 10. c. 12.

Arist. l. 3. de gen. Anim. c. 6.

Oppian. l. 1. de Aucupio.

Greg. M. Moral. l. 30. c. 8.

Plin. H. N. l. 7. c. 48.

Plin. H. N. l. 8. c. 48.

In Aulularia.

Lucret. l. 4. de Natura rer. Virg. Georg. l. 1.

Plut. in Flaminio. Ingenium.

Generationem quod attinet. Ore coire vulgus prodidit, inde fellatorum ipsis noman, sed falso. Nam & vulvas habent, & ova juxta septum, nec cogitare quomodo semen per ventriculum, qui semper quod injectum est concoquit, perveniat, absurdum est, & visi duo **Avicennæ**, qui aliorum congregiebantur more. *Rostrorum* fit inter eos ante coitum conjunctio, seu ut alii, cantu prius quodam velut hymenæo demulcentur foeminae; tum mares admittunt, hinc exorta fabella. Ponit bina, sæpe quaterna aut quina ova, post viginti dierum incubatum pulli excluduntur. Exclusi, forte quod color ipsis sit albicantior, negliguntur à parentibus, & ad septimum diem, quo atrocem induunt, seu coelesti rore, ut **Cassiodorus** credit, seu à muscis prætervolantibus aluntur. Agniti recipiuntur in curam, donec firmiores evaserint, mox pulsi, quæ sunt ad vivendum necessaria inquirunt. Circa **Cranonem** tamen singula perpetuo paria degere, & genitores soboli loco cedere **Plinius** asserit. *Ætatem* eis longævam **Hesiodus** tribuit, fabulose si *ἡλικίαν* pro centum sumas annis; verisimiliter si pro uno, intra quem & omnia, quæ terra profert perficiuntur, & ipse homo in utero: Sic longævitas intra **CVIII.** annos consistet. *Vox* eidem minime sonora, quamvis cantare **Plautus** dixit, quia crocitat, raucedine & stridore aures offendens; hanc seu propter diversos effectus, seu imbrium & ventorum instantem incursum, ita mutat, ut **Fulgentius** sexaginta quatuor diversas habere dixerit. *Odoratu* cum vulture fere certat, in *volatu* tardior & gravior est, ideo non mirum aliquando populi clamore dissono gravius ictum, *ἀσπερ, ἐμπερίωντον* decidisse.

Mores & ingenium admirationem merentur. Ad trigessimum & quadragesimum

una viventes, conjugii jura servant, uno defuncto alter per vitæ reliquum viduus permanet. Nummos quidam **Erfordix** furabatur, & sub lapide abscondebatur. Alter **Augustum** ex **Actiaca** victoria reducem, verbis, **Ave Cæsar, victor, Imperator,** salutavit, viginti millibus seu **D. aureis** solatis emptus. Quidam sub **Tiberio** Principe singulis matutinis in rostra evolans, in forum versus, **Tiberium**, deinde **Germanicum & Drusum** Cæsares nominatim, mox transeuntes **P. R.** salutabat. Occisi funus innumeris elatum est exequiis, interfectus, qui occiderat. Taceo illum sutoris, **Cæsarem** salutare edoctum, in quo opera & impensa periisset, nisi operam & impensam periisset, eloqui potuisset. Nec non illum, qui **Cunradum** coquum in fame implorabat, adeo expresse ut ab homine vocatus crederetur. Difficillimum elementum, optime expriment. **Venatici** (primum **Ludovicus Gallorum** Rex instituit) perdicæ & corvos feros venantur. **Phasianos** aliquando.

Albert. l. 23. de Animal.

Macrob. l. 2. Satur. c. 4.

Plin. A. N. l. 10. c. 43.

Macrob. l. c.

Scalig. Exerc. 237.

Scaliger.

Amicitiam naturalem colit, cum lauro, quem depasto **Chamæleonte** comedit, cum asaro & aro; quibus remediis in quibusdam morbis utitur; cum salice **Amerina**, qua tanquam amuleto nidum munit; cum **Coracio**, qua vim toxicæ degustati frangit; cum **Oenuta** qua se ad ebrietatem exhilarat.

Amicitia.

Ruell. l. 1. de Nat. stirp. c. 2.

Arist. de Mirabilib.

Inimicitias autem gerit, cum **Milvo & Percoptero**, propter cibum, cum **Æsalone**, propter ovorum fractionem, **Chamæleonte**, **Circo**, **Turture**; & aliis. Cum **Eruca** semine, quo interit.

Inimicitia.

Cicero. l. 1. de Natur. Deorum.

Arist. H. A. l. 9. c. 1. Ælian. l. 6. de Animalib. c. 46.

Præfagium.

Plin. H. N. l. 18. c. 39. Æl. l. 17. de Animalib. c. 7.

virg. Georg. l. 1.

Ufus.

Tempestatem plenam præfagiunt, si cum singultu quodam diu multumque **vesperino** præsertim crepusculo latrant; & si de arbore pendent alas sæpenumero motitant. *Serenitatem*, si contra solum hiantes mane per arborum ramos plumas & alas expandunt, si privatim primo crocitant, mox turmatim congressi liberius vociferantur, aut si sub nocturnum crepusculum gregatim versantur, & dum separantur summe crociendo ad nidos advolant.



Ufus ejus in **Medicina** aliquis est. Pulli mense **Martio** combusti contra **Epilepsiam** propinati sunt. Ova ad denigrandos pilos adhibebantur; à **Villanovano** ad **Epilepsiam** commendantur. Cor portatum **vigilias** inferre quidam asserunt. Pes à collo pueri tussientis suspensus eum, si **Pisello** credimus, sanat.

CAPUT II.

De Cornice in genere.

Quæ Latinis **Cornix**, Græcis vulgo *κράνη*, hæc iisdem hodie *κράνη* vel *κράνη*. **Polyrrhæniis** **Cretæ** populis *κράνη*, Vari-

Descriptio.



Cornix Ceruda holtz Krae



*Cornix cinerea
graw Krae*



Cornix Frugitega



*Pica Indica
masc.*



*Pica Caudata s. varia
Azet Aegerst*



*Pica Indica
Femina*



*Pica glandaria garrulus
heger. Herren vogel*



Pica glandariae species alia



*Pica marina
nehel Krae*



*Pica
Hagerst. aglafter*



Strabo
lib. 3.
Georg.

tudine vincit graculos. Rostrum, crura, & totum corpus habet undiquaque nigerima, (falsus Strabo, dum peculiare esse Hispaniæ, ut nigrae ibi sint cornices scribit) illud tamen, durissimum alias & acutissimum, prope caput albicat, superiori parte barbulae quasdam veluti setas circa palpebras habet, inferiore nigra, eaque minima veluti granula. Albam, capite nigricante, cæteris alarum apicibus in rubedinem vergentibus, Rhodiginus vidit.

Rhodig.
Antiq. le-
ction. lib.
II. c. II.
Locus.

Versantur circa urbes, domos, maris ripas, fluminum littora & sterquilinia. In Britannia ingens ipsarum copia, quoniam in pabulo humido ejus soli vermes abundant.

Victus.

Vicitant frugibus, nucibus, olivarum baccis, vermibus, piscibus, & carnibus, & vere *πάμφαγοι* dicuntur.

Arist. H.
A. 1. 8.
cap. 3.
Genera-
tio.
Ælian. de
Animal.
1. 3. c. 9.

Generationem earum quod spectat, *Nidulantur* in summis arborum frondibus. Non temere nec impudenter inter semiscentur, & candem cum corvis in conjugio fidem servant: hinc solitariae cornicis occursum, malum in nuptialibus auspiciis omen: eliminare cornicem virgo jubebatur. *Ova*

Aphro-
dit. 1. 2.
Probl.
64.
Ovidor.
Orig. lib.
12. c. 7.
Arist. de
Generat.
1. 4. c. 6.
Arist. H.
A. 1. 6. c. 8.
Isidor.
lib. cap.

pariunt post solstitium gemina, natura ita dispunfante, ut quæ diu vivunt pauca procreent; *Incubant* foeminae tam impense, ut assiduo, in incubitu plumas exuant. Pullos à cauda de ovo exire, seu pedibus primo prævolutis, falsum; cæcos nasci verisimilius est. Non prius pasci quam plumis vestiri incipiant, vulgo creditur. Volandi potentes diu prosequuntur, & avolantes subinde comitantur, ideo justa naturæ talione & decreto, quantum tempus impendere in fætibus educandis, tantum & ipsæ senio confectæ, à pullis suis aluntur. Male à solstitio æstivo *habent*, seu quod scapie & lepra afficiantur, seu quod carnes à lupo semefas comedant, *Ætates* ipsi humanas ter tres authores tribuunt. *Ara- tro* *ἰννεάζηρα κορώνη* dicitur, forte quod diu vivat *πολύηρα* namque Theon exponit. Aristophani *πέντε γένεας ἀνδρῶν ζῶει*, quinque generationis virorum vivit. *Vox* ipsius est *κράζειν* vel *κράζειν*, ob assiduitatem obstreperantus, garrula & loquax dicitur. Quamvis vero eas *πανυλλένας* Homerus vocet, id est lingua longa & extensa, tamen tempore Plinii allata, è Bætica, plura contexta verba exprimens, & alia atque alia crebro addiscens.

Porphr.
περὶ ἀπο-
χῆς.

Plin. 1. 7.
cap. 48.

Odyss. 1.

Plin. 1.
10. c. 43.

Volans.

Volat celeriter. *Graditur* lente instante pluvia, celeriter dum pullos pascit.

Affectus.
Arist. H.
A. 1. 9.
cap. 1.
Plin. 1. 10.
cap. 74.
Ælian. de
Anim. 1.
3. cap. 9.
Ingenium.

Amicitias colit, cum Ciconiis quibus maria transvolantibus Ducem se præbet, & cum Ardeola, cum qua contra vulpem pugnat. *Inimica* est, Noctuæ cujus ova merdie absumit; Mustelæ, quod ipsius nidos sæpe diripiat; & cum Tympano ave, quam occidit. *Ingenium* earum & singularem

solertiam multa ostendunt. Si nucem perfringere nequit, in altum sublatam ad saxa & tegulas præcipitat. Verbenacam supernam nidis imponit, ut ab iisdem blattas aliasque bestiolas abigat. Apud Marrem Ægyptiorum Regem educata, literas, quocunque, juberet, detulit. Mortuæ sepulchrum ad lacum Myridis prope Crocodilorum urbem erectum est.

Plin. H.
N. 1. 10.
cap. 12.
Zoroastr.
in Geop.
Ælia. H.
A. lib. 6.
cap. 7.

Quantum ad *Usus* cerebrum coctum & in cibo sumptum inveteratis capitis doloribus remedio esse Plinius testatur. Carnem in morbis chronicis utiliter sumi, nidum corpori illitum vitæ dies prolongare, olim vanè creditum est.

Usus.
Plin. H.
N. 1. 20.
cap. 6.

C A P U T III.

De Cornice in specie.

ARTICUL. UNICUS.

De Cornice Frugivora, Cinerea, & Cæruleo.

Cornicis tres sunt species. *Frugivora* Descrip-
nempe; Cinerca & Cerulea. Frugivoram ptio.
σπερματοζοο Aristoteles vocat, frugilegam & granivoram alii. Nigra est tota, rostro excepto, quod albicat. Magnitudine est inter Corvum & Cornicem media.

Vicitat ut diximus frugibus, nec tamen lumbricos respuit. Quia Ardea in earum nidis *nidulari* solet, ideo circa villas nobilium, qui Ardearum aucupio delectantur, in summis arboribus impune nidos faciunt. Angliæ sunt maxime infestæ. Ideo olim sancitum est, ut funditus extinguerentur; precium occisori daretur.

Victus.

Cinerea Turnero Marina dicitur. Minor est Spermologo. Dorsum totum, collum superius, alarum latera, nates & totum ventrem cinerea habet. Æstivo tempore altos montes *incolit*, in quibus soboli propagandæ incumbere, ex eo colligi potest, quod nullibi in planis nidulari reperitur. Sub autumnii finem ad plana descendit, ibique totam post hyemen prope oppida & pagos degit. Fit id ob rupium asperitates, & nives continuas; vel ob intolerabilem frigoris sævitiam. *Victus* ipsius idem qui nigrae. Quadrupedum, hominum suspensorum cadavera & pisces affectat: nec à lacticiiniis abstinet. Gesnerus in dissecto ventre, quasdam quisquillas, & cortices granorum, nec non substantiam quandam albam, pinguem, ex iisdem forte granis concretam & lapillos invenit. Nunquam in Helvetia nidulari dicitur. In inferiore Germaniam cibum à plebecula admittitur.

Ceruleam cornicibus, quamvis vix sciri potest, an ex earum sit numero, Gesnerus, Kentmannus & Aldrovandus annumerarunt. Cæruleo passim colore, in capite, alis, cauda,

Aldrov.
lib. 2.
Ornithol.
cap. 5.

cauda, circa Uropygium & tota parte supina, nitet, alibi sinceriore, alibi viridi admixto. Dorsi & colli proni color fuscus est: majores alarum pennæ nigræ. Crura fusca, & pro corporis proportione parva habet. Reperitur trans Albim in saltu Luchoviano, & sylvis finitimis. Versatur in locis non frequentatis. A projectis, præter cætera, cadaveribus victitat, & nidum ut upupa ex oleo construit.

CAPUT IV.

De Graculis in genere, & in specie.

Varro l. 4. de Lingua latina. Quintilia. l. 1. Inffit. Orat. Victus. Plin. H. N. l. 10. c. 29. Ælian. l. 3. de Animal. c. 12. Vox. Aff. Elus. Ælian. l. 9. c. 1.

Graculus seu quod gregatim volet, quæ etymologia Quintiliano improbat, seu quod jacta segetum semina plurimum gerat, seu quod ex olivetis cubitum sese recipiens binas baccas pedibus, ore vero tertiam ferat, dicitur.

Victitat præter segetes, carnibus glandibus, & locustis. Unde à Lemmi insulæ incolis, quod adverso volatu locustarum exitio occurrat, colitur.

Ad coitum verno tempore excitatur.

Vox ipsius est *καλιαν & κλάζειν*, ut Pollux tradit, quorum istud & Gallinaceo quodam generi tribuitur. *Amicitiam* cum Gavia gerit, hospitalitatem cum Accipitre. Hoc Homerus sub Hectoris & Æneæ Græcis infensissimorum exemplo prodidit. Avem congregem esse, vel vulgaris paræmia, semper graculus affidet graculo ostendit. Mas mortem potius subit, quam conjugem derelinquat, altero mortuo, alter dolorem perpetua viduitate testatur. Loquacissimi sunt, coitus inprimis, & quopullos enutriunt, tempore. In vini potumira ipsis lascivia. Manibus retenti, oculos impetere maxime solent, seu quod effigiem suam in illis cernentes, velut ad cognita desideria tendant, seu quod à rebus fulgentibus & mobilibus quales oculi, facillime alliciantur. Cicures voces pronunciare discunt adeo, ut è caveis emissi sponte sua eas repetant. Matutino, vero suboriente sole tempore, citius eas capiunt, & memoriæ tenacius mandant. Suetum id & veteribus. Paxillos enim in parietibus domi suæ, quibus insisterent faciebant. Epileptico morbo obnoxii, velut extincti ex arborum, tectorumque culminibus decidunt. Annum fastidium lauri purgant folio.

Ælian. l. 9.

Nicolaus Leonicus.

Brujer. l. 15. c. 78. de recubaria.

Aristoph. in vespis.

Dalech. in Plin. l. 3. c. 22.

Usus. Generatio. Arist. H. A. l. 9. c. 24.

Usus ipsorum apud plurimos in cibis. Quantum ad genera, tria Aristoteles posuit, quartum palmipes, tria & Gesnerus, Tullam nempe Becuam, & Taham. Nos *Coraciam*, *Pyrrhocoracem*, & *Lupum* seu *Monedulam* ponimus.

Coractia magnitudinem habet cornicis, illa inprimis, quæ nigra & pamphaga. *Rostrum* quatuor fere digitos longum,

quodammodo arcuatum, coloris puniceæ, seu inter aurantium, rubrum & subflavum mediæ *Pedes* ejusdem coloris, unguibus exceptis, qui simul cum toto corpore sunt nigerrimi. *Incolit* præruptos montes, & raro ad plana descendit. Cicur similia ex lacte, carne, pane, & tritico vescitur.

PYRRHOCORAX Cornice est minor; *Monedulæ* æqualis, luteis cruribus & rostro, quod parvum Turnerus, in extremitate nonnihil aduncum Bellonius dixit, cætera nigerrimus. Tam frequens est in Alpibus ut peculiarem Alpium Plinius scribat, sed & in Anglia, Creta, Cycladibus monte Jura & alibi reperitur. Apud Rhætos hyeme duntaxat cernitur. Agris frumento confertos *depascitur*. Altum vociferat, & *vocem* Merularum acutam, ac ad fistulæ sonum nonnihil accedentem imitatur. Ex ejus volatu alto frigus augeri, humili minui quidam colligunt. Pulli in cibum pauperioribus mensis cedunt.

MONEDULA, Aristoteli *λίξ* omnibus nota avis est. Caput, pedes, totumque corpus & rostrum nigra sunt. Nigredo de cinereo aliquid participat; *rostrum* circa narium foramina albicantibus punctulis insignitur, prope ventriculum gulam pro ingluvie patientiorem habet. *Loca* plana amant, sed & in altissimis turribus sæpe tam numerose nidificant, ut in una centum interdum nidi conspiciantur. Quia frumenti aliorumque granorum, ubi satiata fuerit reliquias terra recondit, & spicas sequenti anno ex iis colligit, ideo frumentum ferendi rationem hominibus ostendisse creditur. Auri & argenti furacitas in ea mira. Unde Monedula à moneta dicta creditur. Gaudet in capite fricari, quasi pruriret, ideo carnem ejus prurimum inducere Albertus credidit.

Est & aliud Monedulæ genus, quod collum habet albo torque circumdatum, forte illud quod Hesychius & Phavorinus *σεφάιν* seu coronatum dixere, forte & illud, quod in Helvetia circa Tugium albo circulo collum ambiente distinctum, cætera alteri simillimum, reperiri, Gesnerus prodidit.

CAPUT V.

De Picis in genere.

Picai, quæ Atticis *πίττα* communiter *πίττα*, Laconibus *κίττα*, Hesychio & Phavorino *βιδονίον*, & *κπαγγών*, aliis *πίττα*, *πίττα*, & *πίττα* dicitur.

Genus ipsarum unicum duntaxat agnovisse Aristoteles videtur. Alii in *urbanas* & *sylvestres* dividunt. In nulla non regione obviæ sunt. Glandaria in Batavia rara.

Victum si attendas, est pamphaga. Suum alveos quandoque cibi causa petit, & quosvis acrodryos fructus. Visa passerem devorasse,

Plin. H. N. l. 10. c. 48.

Bellon. l. 8. c. 6.

Arist. H. A. l. 9. c. 24.

Plin. H. N. l. 14. c. 17. Ovid. l. 7. Metamor.

Genus.

Victus.

Cardan.
l.7.c.35.
de variet.
rer.

vorasse, sed & una, à cancro, quem è flu-
vio abreptum in arborem vicinam porta-
verat, collo sub forcipibus compresso, mi-
fere interempta legitur. In libidinem val-
de sunt proclives.

Generatio.

Ova circiter novem parere; multos sed
imperfectos imo cœcos pullos excludere
Aristoteles prodidit. In nidis constru-
endis singulari utuntur artificio. Nam cum
in locis spinosis figunt, terra intus obli-
nunt, foris in circuitu, infra & supra spinis
diligentissime muniunt, foramen unum
(duo quibusdam placent) idque arctissi-
mum pro introitu relinquunt. Ova verò
interdum alio transferunt. Binos frequen-
ter extruere; ut qui pullis insidiantur du-
bios reddant, prodidere nonnulli.

Arist. H.
A.1.9.
cap.13.

Volatus ipsis raro altus, quem etiam ala-
rum brevitate impeditæ parum protra-
hunt. Saliunt, & caudam more Metallicæ
perpetuo moverit.

Onomast.
l.5.c.13.

Κίτις κηλιβίξιν Pollux
scribit; sed singulis fere diebus imo ho-
ris, vocem mutare, & unius cujusque ani-
mantis imitari, certum. Puerili vagitum
expressisse quandam, alteram hædi pri-
mum veluti à matre separati querulam vo-
cem edisse, mox vituli instar mugisse, ovis
more balasse, tandem ad instar pastoris,
cum post pascua oves ad potum deducit,
fibilasse, fide digni authores prodidere.

Paula-
nias in
Arcadic.

Aliquid illi apud Plutarchum ne subfuerit
metuo, quæ alioquin loquacissima, audi-
tis Romæ buccinatoribus obstupuit, pau-
cos post dies quasi expergefacta, omnem
eam buccinatorum harmoniam summa
cum admiratione expressit.

Plut. l.de
folert.a-
nimaliũ.

Infestantur ab Alucone & ulula. Epilep-
tico eas corripit morbo quidam prodidere.
Variæ quotannis cum rapæ feruntur cal-
vescere, proprium. In Augusto id fieri Ge-
fnerus prodidit.

Affectus.
Arist. H.
A.1.8.
cap.3.
Plin. H.
N.1.10.
cap.29.
Ufus.

Ufus ipsarum & in cibis & in Medicina ali-
quis. Glandariæ Bononiæ in foro vendun-
tur, sed duræ carnis sunt; Athenæus tamen
Corhyin Thracum Regem apposuisse te-
statur. Quidam seu vino albo ad consum-
tionem coctas, seu in olla tostas, & in pol-
linem redactas, seu distillatas, oculorum
hebetudini, rubori, & dolori prodesse, pro-
didere. Nonnulli vivam in partes disse-
ctam, laborantibus articulis imponunt.

CAPUT VI.

De Picis in specie.

ARTICULUS I.

*De Pica varia seu Caudata, Caudata Indica,
Glandaria, Garrulo Argentoratensi, Pica
Marina, & Persica.*

Aristoteles unicum duntaxat genus
Picarum, glandarium nempe ponit.

Plinius id duplex, sumpta à pedibus diffe-
rentia, facit, nec de vario reticet. Nos & has,
& quæ sequentur, huc pertinere credimus.

Variæ seu *Caudatæ* caput dorsum, col-
lum, pectus, alæ femora, cauda, pedes
eorumque; digiti atque ungues aterrima,
extremum alarum albicans, dorsum & cau-
da & maxima nigredine viridescendentia,
tota ventris superficies candida.

Caudata Indica quam Aldrovandus exhibet,
ex Japonia allata erat. *Rostrum*, tibiæ
& pedes rubescebant. *Caput* totum & col-
lum, quod torquis albus ambit, erant cæ-
rulea, *dorsum* & scapulæ ferruginea. A su-
periore rostri parte inter utrumque ocu-
lum macula tres fere digitos longa, &
pollicem lata punctulis seu potius lineolis
nigris transversalibus conspersa ad dorsum
usque protendebatur. Alarum pennæ ve-
stitricæ castanæ, sed lineis nigris crassius-
culis per longitudinem positis resparge-
bantur, reliquæ virides erant. *Pectus* & ven-
ter ad anum usque candescebant, &c.

Glandaria, Aristoteli *μυραινίπυς* seu
Molliceus, recentioribus Græcis *μυραινίξ*,
aliis *Picata* *Granata* dicitur. Differt
à varia, tum magnitudine, tum maxime
colore. Habet ad alarum latera transver-
sales notas cæruleas, quales in nullo fer-
me volucrum genere conspicias; tam am-
plum oris hiatum, ut glandes integras de-
glutiat. *Nares* plumis albis & nigris operi-
untur. *Rostrum* aliquantulum recurvatur,
lingua bifida est. *Color* corporis varius est.
Nam *cervix* ex rufo & cæsis mixta est.
Uropygium candicat, *dorsum* pallefcit.
Cauda longiuscula est, & duodecim pen-
nis nigris constat.

GARRULUS Argentoratensis à garritu,
& loco in quo maxime degere solet, no-
men sortitus est, veteribus vel ignotus,
vel saltem non descriptus. *Caput* ipsi cra-
sum colore ex cæruleo & viridi mixto, ma-
culis per longitudinem albis, quæ per to-
tum pectus ventremque deorsum ferun-
tur. *Rostrum* mari duos digitos longum, cra-
siusculum, aliquantulum recurvum. *Oculi*
magni, nigri, *Dorsum* à secunda, vel ter-
tia vertebra ad Uropygium usque casta-
neum. *Alarum* color varius. *Cauda* superna
parte virescit, inferna partim violaceo, par-
tim cæruleo permiscetur. *Femina* toto cœ-
lo à mari diversa est. *Caput, collum, pectus, ven-
ter* ex castaneo ad Leucophæum vergunt.
Rostrum est crassius. *Alæ* prope scapulas cæ-
ruleæ, mox ex cæruleo virides, remiges
nigræ. *Cauda* latiuscula, ex viridi & cæru-
leo ad fuscum inclinans.

PICA MARINA, quæ & Gaza dicitur,
tota, caput, cervicem, pedes, & alarum par-
tem, si excipias, subviridis apparet. *Ro-
strum* habet robustum, paulo quam in Pi-
cis longius. *Capitis verticem* coloris castanei

diluti, inferiorem ejus partem ad tempora luteam. *Digitos longos*, pedes insigniter aduncos, secundi ordinis alarum pennas ex castaneo dilutas.

PICA PERSICA, tota fere subfusca est, rostrum habet breviusculum & albicans. Oculos albos. Alarum secundi ordinis pennas, cum Uropygio, & prioribus in cauda luteas, pedes subcæruleos, tabellis nigris insignes.

NB. De Picarum generibus quibusdam exoticis vide Mantissam. Num. 5.

ARTICULUS II.

De Garrulo Bohemico, Gesneri, seu Ampelide Aldrovandi.

Descri-
ptio.

Aldrov.
l. 12. Or-
nit. c. 18.

AVem, quæ Garrulus Bohemicus Gesnero dicitur, Ampelidem, à potiori victu, Aldrovandus appellat. Magnitudine Merulas exæquat. *Caput* habet quodammodo compressum, coloris ferruginei, more alaudæ cristatæ apice retro vergente, coloris versus rostrum sub castanei diluti, retro subcinerei ad fuscum vergentis, terræ Umbriæ haud dissimilis, insignitum. *Collum* breviusculum, antica & postica parte nigrum, ad latera rufum, prope rostrum candidum. *Pectus* castaneum dilutum ad roscum vergens. *Dorsum* subcastaneum, prope Uropygium leucophæum. *Ventrem* totum subcinereum. Exteriores *alarum* pennas nigras maculis spectatu jucundissimis insignitas. Nam primæ numero septem solidæ & quodammodo cartilagineæ albæ sunt, appendices cinnabaris instar rubescunt, has aliæ maculis luteis perornatæ, literam L. figura experimentes subsequuntur, sicque dispositæ sunt, ut in quibusdam septem, in aliis sex, in quibusdam quinque tantum appareant. Ultimæ maculas albas habent. Cauda maris decem, femellæ duodecim pennis constat. *Interiora* si spectes, ex Anatome habeto. *Intestina* in dissecta duos dodrantes longa fuisse, absque revolutionibus & anfractibus, ideo celerius fæces exercebat. *Ventriculum* in medio epatis velut reconditum, exiguum, carnosum & duro callo obductum; tunicam in eo substantiæ diversæ, uveæ quoad colorem non dissimilem, durissimam & quasi cartilagineam; *Tecur* in duas partes æque divisum, pro sua magnitudine maximum. *Lienem* exiguum, linguæ humanæ figura, oblongiusculum: *Pericardium* duplicatum, & veluti pinguedini mersum: *Pulmones* qui in omni fere avium genere ad medias usque costas protendantur, colli & dorsi vertebris & costarum duntaxat superiorum principiis adhærentes; *asperam arteriam* in principio laxiorem & ovalem, mox angustiores, tandem latiorum iterum: *Linguam* duram & osseam, & in

extremo, ubi velut alas quasdam habere & sagittam præ se ferre videtur, bifidam, & quasi in duas aciculas divisam. *Os hyoides*, quod reliquis animantibus pro implantatione linguæ datum est, ab osse occipitis ad latera foraminis, per quod spinalis medulla à capite ad dorsum transmittitur, originem suam deducere, & ubi ad radicem linguæ conjungitur, acutissimum angulum efformare videbatur. Ejus medio asperæ arteriæ caput insertum erat. *Oculi* intus adeo magni, ut cerebri ipsius magnitudinem superare viderentur. *Cerebrum* sphericam referebat figuram; superiores ipsius ventriculi ad mediam regionem capitis collocabantur.

Locum si attendas, Bohemiæ quidem peculiaris est, sed migratoria eadem. In Italiam delatæ, in Placentino & Mutinensi agro, ubi XL. simul capiebantur, morabantur; in Ferrariensi, nullæ visebantur, forte quod terræ motum ibi futurum præsensissent. Anno 1552. inter Moguntiam & Bingham, in tanta copia apparere, ut, qua transvolarent, ex earum umbra, veluti nox induceretur.

Victus ipsis uvæ, ligustri, juniperi, Cy-norrhodæ bacca, pineæ nuclei, uvæ passæ, poma, amygdala. Baccas hederæ, carnem, & frumentum non nisi famelicæ attingunt. *Volant* perniciosissime & gregatim.

Vox earum erat ziziri, unde forte zinzivellæ quibusdam dicuntur. Facile ciculantur.

Cibum sibi invicem offerunt, mas foemina, foemina mari. *Caro* saporis est in cibo gratissimi. Nec ergo vere esse Pica videtur, quamvis jam, quia de genere non constat, inter eas reposita sit; quia linguam latam non habet, nec incendiaria Plinii, quia nec in incendiis nascitur, nec carbonem apportare visa est, nec avis Hercynia Plinii, quia ei noctulucere non competit, ut in Voilandia sylvis, quædam Turdi minoris magnitudine, colore partim cæruleo, partim aureo, quam croceo, talis esse dicatur; Nec avis Nova Plinii, quia columbo minor est. Nec denique *Merops Aristotelis*, qui nec apibus infidiatur, nec vermibus vescitur.

ARTICULUS III.

De Pica Braslica & Rhinocerote ave.

Pica Braslica, aliis à rostri magnitudine Ramphastos, Hipporynchos, & Burynchos, aliis Barbara & Piperivora dicitur. Magnitudo ipsi inter Picam & Merulam media. *Caput* pro corpore majusculum & crassiusculum & atrum. *Rostrum* duos palmas longum, unum latum, ferratum, & velut è squammulis quibusdam compactum, substan-

substantiæ ad instar membranæ tenuissimæ, ossæ, splendidæ, levissimæ, cavæ, atque aëris intus capacissimæ, unde Naribus carere crediderim. *Oculi* in medio capite, illique majusculi. *Collum*, *Dorsum*, atque alæ nigrae. *Pectus* aureo colore cum quadam rubedine prope initium micans. *Venter* & fœmora cinnabarino colore vestita. *Cauda* nigra, & in extremitate insigniter rubescens.

Vivitat pipere, quod avidissime devoratum, inconcoctum & crudum adhuc ejicit. Incolæ, vim ea ratione piperis domitam credentes, recenti illud præferunt.

RHINOCEROS à cornu, quod in fronte gestat, ita dicitur. Occisa in ipso volatum esse dicitur, cum Turcas Christianiad Naupactum superarent. Caput erat duorum propemodum dodrantum, cirrhis nigris, altis, deorsum spectantibus ornatum. Rostrum quatuor fere dodrantes longum, instar arcus cujuspiam recurvum. Inferior pars tota ex luteo albicabat, supina versus caput colore miniaceo, reliquum ex luteo, albescat. Cornu è fronte enascebatur, & supinae rostri parti adhærebat, prope frontem palmum unum latum, in fine recurvum, colore supera & infera parte miniaceo, media luteo, &c. Fit talium Avium apud veteros mentio. Nam & Hesy-chius Rhinocerotem avem in Æthiopia reperiri scribit; & *Tragopanda* Plinii, Aquila major, capite phæniceo, cornibus in temporibus insignitur; & *Tragopa* Golini in capite arietinis cornibus armatur; & Pomponius Mela ejusmodi aves *Tragopomanes* appellat. Et Cardanus avis meminit Aquila majoris, ex luteo & rubro splendidæ, ex cujus rostro fulvo cæruleoque capuli parentur.

C A P U T VII.

De Loxia.

LOXIA seu corvi rostra, Trogon Plinii Roberto Constantino esse, videtur; ignota sine dubio Aristoteli. Magnitudine parum maximum vincit. Rostrum habet contra omnium avium morem ab utraque parte recurvum, crassum, & admodum robustum. Unde ipsi nomen est. Colorem singulis annis hyeme inprimis, mutat, ita ut nunc ad viridem, flavum, nunc ad rubrum & cinereum vergat. Rbere primum solet pectore, collo, & ventre, deinde flavescere. In vertice, cervice, & circa oculos cæruleus apparet; in cauda & extremis alis nigricans, crura rubicunda.

Plurima Germaniæ loca incolit, in Italia rarius videtur.

Vivitat feminibus cannabis, nucleis abietum, & ut quidam produnt, cadaveribus. Voracissima autem est.

Nidificat in abietibus, & verisimile est à

cauda de ovo exire, seu quod, si reliquarum more prodiret, exitus à rostri curvitate impediretur; seu quod, cum media hyeme nascatur, subinde ab ambientis inclementia, calor animalis suffocaretur. Hyemali tempore *cantat*, & quidem suaviter, in æstate abstinet. Caveis inclusa Psittacorum more fursum atque deorsum reptat. A potu pocillum rostro si potest abjicit imaginem forte suam in aqua conspiciata.

TITULUS VII.

De Noctuis.

CAPUT I.

De Bubo.

ABSoluta Avium diurnarum Carnivorarum historia, ad Nocturnas deflectendum est. Hæ vero ob cæcios oculos *λαυκόντας*, dicuntur, & magnitudine inter se differunt. Oculos magnos amplos & cæcios habent. Non solum in tenebricosis montium & rupium cavernis, sed & in cavis arboribus, desertis ædificiis, domorum, templorum, & turrium tectis latent. Inter duo denique crepuscula, (de nocte parum aut nihil vident; de die excedens sensibile sensum lædit) lacertas, scarabæos, apes, vespas, mures, hirundines, interdum lepulos, & cuniculos rapiunt. Numerantur autem inter rapaces nocturnas. *Bubo*, *Asio* sive *Otus*, *Scops*, *Aluco*, *Ulula*, *Noctua*, *Strix*, *Caprimulgus*.

BUBO, qui Græcis *βουβων*, *βουβων*, *βουβων*, *βουβων*; Goropio Becano, cum Aristotelis Cyminde, Chalcide, Hubride, & Ptynge, idem: Aristeteli forte Ascalaphos, omnium nocturnarum est maximus, nec Aquila minor. *Corpus* ipsi breve, & propter caudæ brevitate veluti decurtatum. Corporis tegmen plumeum ferrugineo seu obscuro quodam æris colore est. Maculis nigris sparsim & incerto ordine respergitur. *Caput* habet, adeo grande, ut ob ejus magnitudinem pulvis à cauda primum in lucem prodire credatur; frontem orbiculatam seu teretem, plumis velut auribus eminentibus in regionibus prout in Oto, insignitam. Cavernas ad auditum patulas, hocce pennarum ornameto ob magnitudinem tectas. Oculos maximos, & qui igneo splendore, ingenti magnitudine, & truci obtutu, terrorem spectantibus incutiunt. *Rostrum* aduncum; *Collum* pro sua magnitudine perbreve; *Ungues* Aquilinis majores; crura brevissima. Cujus Gesnerus iconem exhibet, magnitudine Anserem vincebat. Alas habebat ad tres dodrantes longas. *Caput* magnitudine & forma felinum. *Pennæ* supra utramque aurem nigricante, & tres digitos subrigebantur, Cujus Aldrovandus, in multis ab illo

Aldrov. 1.8. c. 1.

Arist. H. A. 1.9. cap. 34.

Arist. H. A. 1.8. cap. 3. Strabo Georg. lib. 17.

Plin. H. N. lib. 10. c. 16.

Gesnerus in Or-nith.

Scalig. Exerci. 231. f. 3.

Descriptio.

Locus.

Vivitat.

Generatio.

Aldrovandus
Ornit. lib.
8. cap. 2.

differebat. Nam huic quidem etiam ad extremos usque digitos crura; sed breviora, graciliora, nec ita supra genu torosa. Color ei erat per totum corpus ex cinereo ferrugineus, in pectore potissimum, ubi etiam subnigris maculis per longum ductis, promiscue respersus erat. Dorsum & alæ è ferrugineo magis successebant. Et cum ille Gesneri in singulis totius corporis plumis magis variegatus, & tenuibus quibusdam lineolis, transversim ductis Accipitrum & Anatum instar, minatim distinctus fuerit: & universo corpore magis vero dorso & capite, maculas quasdam incerti ductus, lituris nigris, crassis, & quodammodo figuratis gesserit: hic in alarum pennis majoribus, & cauda, lineis subnigris, transversis, largiusculis, distinguebatur; que ita efformatæ in cauda præsertim fuere, ut singulæ latiores superne & inferne instar fimbriarum triplici ordine dispositæ, aliis subtilioribus, clauderentur.

Locus.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 12.

Locum si spectes deserta incolit, nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa. Inter sepulchra etiam diu noctuque versatur; aliquando propter mures, & juxta horrea reperitur. Cœtum aliarum avium fugit. Hinc solicana & devia vocitatur. Nidulatur in altissimis rupibus, ne fœtum injuriis exponat, & ut secuti ad prædam evagetur. Ovum ejus Plinii tempore vix visum est, nostris non adeo rarum.

Plin. H.
N. l. 29.
cap. 4.
Cibus.
Arist. H.
A. l. 8.
cap. 8.

Cibus ipsi carnes avicularum, cuniculorum, & leporum. Tantum prædæ; dum pullos educat congerit, ut & venatoribus satis lucri adferat. Templâ noctu frequentare, ut se oleo ex lampadibus ingurgitet, vix credi potest. Noctu autem victum quærit, & sublustri crepero gaudet in vespere. Unde Nocticanica, & noctis monstrum vacatur. Si diuturno tempore prodeat, ab aliis avibus seu visu insolens, convellitur. Roboris est magni. Visus & feroces canes abegisse, & cum Aquila depugnasse. Si se viribus imparem sentit, in dorsum supinus procumbit, unguesque ac rostrum sic adversum erigit, ut hostium nullus accedere audeat.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 12.

Volatus.
Ovid. l. 5.
Metamor.
Plin. lib.
10. c. 12.
Plin. l. c.

Quantum ad volatum vix movet natas per inertia brachia pennas, nunquam volat quo libuit, sed transversus. Hebetes ipsi interdum oculi, minus tum quam Noctua vidit. Non cantu aliquo, sed gemitu vocalis est, & bubulare, quod Grecis est βούβη, dicitur.

Ufus.

Ufus ejus est, tum in Aucupio. Nam & aviculæ dum eam interdum circumvolant, & percipiunt, facillime retibus capiuntur; & Galli ejusdem opera, Milvos venantur: tum in cibo. A quibusdam enim editur: tum in Medicina. Cerebrum vulnera cum adipe anserino glutinat; cum aphronitro scabiem sedat. Sanguis asthmaticis est u-

Fe lon.
lib. 2. de
Avibus
cap. 28.

tilis. Cor ejus, si impositum mammæ mulieris dormientis sinistra fuerit, ut omnia secreta pronunciet; si axillæ, ut canes obmutescant, efficere; sed falso tradunt. Creditur Agrippæ Romæ captivo, primo regnum cum libertate, post mortem portendisse; Chingis Canum ab hostibus victum, quasi servasse, ideo à Tartaris honorari, serenitatem denique si totam noctem cecinerit, portendere.

Plin. H.
N. l. 20.
cap. 4.

Joseph.
lib. 8.
Antiq.
cap. 8.

CAPUT II.

De Afione seu Oto.

Afio seu Otus forte ab auribus, qui Alexandro Myndio apud Athenæum Lagotia, quod aures leporinas habeat; aliis apud Aristotelem *Nycticorax*; quia Buboni per omnia, magnitudinem si excipias (magnitudine columbæ esse scripsit Athenæus, quod de maximis intelligendum,) est similis ternos quoque digitos habet anticos, posticum unum (male noctuæ similem Plinius dicit, male & Gaza *ὄτις αἰνία* per Afionem apud Aristotelem vertit; & Oppianus, cum Athenæo Otum cum Otide confundit) Bubonem sequitur. Aldrovandus binos describit. Priori caput erat auribus velut cornibus plumis insignitum, cinereo baticeo diluto & nigro ad supercilia usque & nares propemodum colore varium. *Facies* tota anterior, è cinereo candicabat, minutissimis plumulis veluti pilis tota obsita. *Corpus* totum è cinereo seu leucophæo ad ferrugineum dilutum vergebat, maculis ubique fuscis conspersum, tam majusculis, quam punctorum instar minutissimis. Per *ventrem* notæ fuscæ in longum recta ducebantur, & in acumen desinebant, &c.

Descriptio.

Athen. l.
Dipnos.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 13.
Oppianus
in Cyneget.
Athen.
lib. 9.
Aldrovandus
Ornit. l.
8. cap. 3.

Alterum semipalmum in longitudine minus, Fulvum Aldrovandus appellat. Toto propemodum anteriori corpore maculas fuscas, in longum protensas, & singulis plumis albicantibus decus fatas, ut crucis aut lilii Francici referrent figuram, habebat. *Crura* & pedes ad ungues usque hirsuti, uti totum corpus, flavescabant. *Cauda* infra alarum longitudinem, uno fere digito erat. Describit & Bellonius tertium, auribus patulis, cruribus ad ungues pilosis, facie Aluconi simili, ventre maculis nigris variegato. Cauda alarum longitudinem æquante, ulula multo majorem, qui vel superiori est similis vel Aristoteli in cognitus & Arvernus in Gallia montibus peculiaris species, dicendus. Cranii Anatomen vide in Aldrovando. Auris & oculi hisce verbis idem exequitur. Avi huic supra aures cutis in longum prodicitur complicata, rugosa, sponte concidens, & meatum eoloco occludens, instar membranarum, quæ tamen in amplissimum, si voles, ambitum de-

Bellon.
l. 8. cap. 2.

Bubo Asiaticus



Bubo



Bubo



Bubo



Bubo




Bubo

Bubo



Bubo



Bubo



Bubo Nacht Eule



Bubo



Bubo Berghu Hutu hiwu



Ulala Eule



Asio buhonus Species



Bubo Kautz

dictz





Asio alius seu Scops



Asio seu Otus Ohrul





Ulula Kirck Eule



Ulula Uuel



Huhu eule



Ulula

Aluco mahnw



Noctua



Strix



Saxatilis



Noctua

Noctua



Kauzlein

Steinkauz

Ulula alia



deduxeris. Sunt enim laxæ, implumes intus, candidæ, foris vero minutissimis & pulchellis plumulis confixæ, & que orbem venustum in marginum ambitu constituent. Non alteri rei magis appositæ, hæc cutaneas valvas, quam branchiis piscium compararim. His apertis, auditus foramen amplum ac patulum in medio apparet, multis anfractibus instar humani tortuosum. Oculus inventus fuit substantia quadam cartilaginea, velut capsula circumclusus, non tamen undique. Nam infra in parte oculi posteriori haud quaquam membrana hæc substernebatur, sed circumquaque ad latera, à qua circulus supra totum oculum exporrigebatur, ante quidem hæc membrana angusta erat, intra vero & qua magis ad posteriora vergebat, dilatata. Oculus ipse ante orbicularis erat retro sessilis, & compressus, longe quam vel in medio latior. Refecta cornea uveam ab illa intus plurimo nigrore tinctam & veluti atramento perfusam, quippe quæ etiam humores subjectos digitis contrectata tingeret, observavi. Huic in orbem alia tenuissima pellicula instar annuli circumponebatur, crocea, seu aurea per totam substantiam, ita uveæ conata, ut nullo modo integra ab ea secerni posset. Hujusmodi sane nullam, quod equidem sciam, in aliis animantibus reperiri puto. Duæ igitur hæ membranæ coloribus diversis tinctæ, & per corneam transparentes, horrendum illum nocturnarum avium oblutum faciunt, concurrentibus simul è nigro & croceo ex adverso radiis & velut flammæ è filice excusæ micantibus. Humor crystallinus minime durus aut solidus erat, qualem in Aquilis & aliis observavimus, sed tener & mollis, utpote qui facillime vel sua sponte dissolutus refecta cornea simul cum aqueo humore efflueret.

Locus.

Locum si attendas, montes plerumque inhabitat, locaque edita. In montibus Arvernæ copiosi inveniuntur, & in Italia in monte Plumbicio passim sunt obvii. In Ciliciæ campis de die inter Ambrosiæ plantas abditum Bellonius invenit, cum tamen eo loci, ne ad quartum quidem miliare, arborem ullam nascentem videre liceat. Nidulatur in arborum cavernis, & foraminibus Aristoteli & Plinio *migratorius* est. Nam cum Lingulaca, matrice, & Cynchramo, Coturnicibus hinc proficiscentibus ducem esse scribunt.

Arist. H. A. 1. 8. c. 12.
Plin. H. N. 1. 10. c. 23.
Volatus & Vox.

Levi facillime *volatu* fertur. *Vocem* edit ei similem, qua homo frigore affectus reclamare solet hu, hu. Repetit eam solis occasu instante, aliquanto intervallo interposito, sonoram, tanquam si fistula tenui ederetur. Cum à quopiam laceffitur, sibilum aut crepitum emittit, qualem felis solet. In pugna eadem ratione se defendit

ac Bubo. *καβυλαοειδής* Aristoteli, seu quod instar mimorum ac parasitorum collum contorquendo nunc in hanc, nunc in illam partem ridiculos & mimicos gestus edat, seu quod imitatione gaudeat: Quicquid facientem aucupem cernit, idem quoque agit. Stant illi è regione, & viscoso quodam Pharmaco oculos inungunt, illud post in pelvibus relinquunt & abeunt. Accedit Otus & oculos sibi conglutinat, sicque capitur. Aristoteles eum in altero aucupe intentum, ab altero circumveniri reliquit. Magi recenti Afionis felle glaucomata curari dicunt.

Arist. H. A. 1. 8. c. 12.

Athen. 1. 9.
Dipnoso.

Arist. H. A. 1. 8. c. 12.
Athen. 1. c.

NB. *Est è genus exoticum Ori, de quo vide in Mantissa. Num. 2.*

CAPUT III.

De Scope.

SCops, Alexandro Myndio absque a Spud Latinos nondum invenit nomen, quamvis Bellonius Ululam ex ipso faciat. Græcis vel à voce inepta, vel quod *εραυλίστρα* habeat *εραυλίστρα*, seu noctu maxime cernat, vel quod varietate gesticulationum, quibus naturaliter utuntur homines, *σκαπιδωτας*, id est, qui alios deludere solent, referat, sic dicitur. Habet fere cum omnibus nocturnis aliquid commune. Cum Bubonibus & Otis, quod auritus sit. Cum Ululis & Alucone, quod pedes utrinque in æquum digitorum numerum dispersitos habeat. Cum Noctuis, quod pedum compositione, figura; colore denique & magnitudine, his quam aliis propior sit. Ab Athenæo & Eliano ita depingitur, ut minor Noctua esse, in colore plumbeo albicantia puncta habere, & ab utrisque temporibus duas pinnas subrigere, dicatur.

Athen. 1. 9.
Dipnoso.
Bellon. 1. 2. de Avibus c. 35.
Eustat. in Odyss. 5.

Duplex apud veteres ipsorum *genus*. Alii sunt *vocales*, qui omnibus temporibus patent, ideo *αεισκαπιδωτας* dicuntur, glauci sunt ac esui propter vitium carnis inepti. Alii *muti* qui autumno interdum apparent, nec plus uno vel altero die commorantur, Scopes absolute dicuntur, & ab Aëiscopibus crassitie differunt, turturi & palumbo similes. Tot & apud Neotericos differentia. Una Italiæ frequens, quam isti Chiuvinio vocant. Altera huic apud Germanos similis, paulo albidior, cauda & auriculis longioribus. Illa prout ab Aldrovando describitur, noctua est minor, palumbo par, omnium fere nocturnarum minima, illam si excipias, quæ Alaudam non superat, & rara est. *Caput* ei teres plumulis coloris ubique plumbei vestitum. Aurium plumulæ una tantum pinnula constabant, quæ in mortuo vix appareat. Totius corporis superficie tenus color cinereus est, hinc inde nonnihil admixto, plumbeo; macu-

Generatio.
Athen. 1. 9.
Dipnoso. ex Callimacho.

maculis albicantibus distinctus. Majores alarum & caudæ pennas, maculæ albæ, transversim ornant; minores reliquas omnes etiam linea in longum nigra secat. Circa collum & alarum initium ruffo decore promiscue respergitur. Pedes habet exiguos fuscos, ad plumbi colorem abscurum accedentes, squamosos, depiles, in digitos binos anticos, & totidem posticos dispartitos, unguibus fuscis instructos.

Genera-
tio.
Arist. H.
A. 1. 9. c.
28.
Plin. H.
N. 1. 10.
cap. 49.
Vox.
Athen.
lib. 9.
Dipnos.

De Generatione ipsius nihil exploratum esse scribit Aristoteles, nisi quod Favoniis flatibus appareant. Plinius amplius nasci negat, forte quod ipsorum satyricos motus, cum insident, plarisque memoratos concipere mente non possit.

De Voce superius dictum est. Quod ei ex Athenæo potius quam Æliano à Gyllio applicatur, *πάσα τὰ τῶν ζῴων ἔνυλατῖα ἔδιηθη* *ἡμῖνα ἔϊνα τὴν φωνήν*, quasi omnes oris expressione & articulata voce longe superet; ad aves, quarum lingua latiuscula pertinet. Ridiculos sæpe exercent gestus. Cum enim colla retro agilia habeant, caput modo adducendo, modo protendendo, vertice nutando, humeros, jactando, & saltitando, histriones imitantur. Unde Scops saltationis apud antiquos genus, quod & Scopiam nominabant, *ἔχον τινὰ τὴν πρᾶξιάν τε περιφορὰν καὶ τὴν τῆς ὄψεως μίμησιν*. Habebant quandam colli circumvolutionem ad avium imitationem. Periri mali Punici grano, Gyllius in Æliano addit.

Polluxl.
4. c. 14.
Meurs. in
Orchestra.
Æli. H.
A. 1. 6. c.
46.

CAPUT VI.

De Alucone & Ulula.

ALLUCONIS, qui Græcis *ἄλλυκος*, non *ἀλλυκός*, nec *ἰλλυκός*, nomen, vel ab Itolorum Alochone Gaza formavit; vel à Germanorum, ut Lazius vult, locken, quod allicere significat, desumptum est. Duo ipsorum sunt genera. Unum majus, alterum minus.

Bellon.
lib. 2. de
Avibus
cap. 32.
Aldrov.
l. 8. c. 5.
Arist. H.
A. 1. 8.
cap. 3.

Majus Caponis est magnitudine, hoc peculiare habet, ut palpebram à summo oculo ad inum ad ducens, conniveat. Auriculis caret; sed eorum loco coronam quandam è plumis constructam, quæ faciem totam, pinnulis supra oculos superciliarum altorum modo, elevatis, & utrinque per tempora nec non sub mentum descendendo in orbem coeuntibus, flammei muliebris forma, habet. Rostrum ipsi album. Oculi cavitatem profundam, à plumulis undique surrectis constitutam, magni, & toti atrii immerguntur. Dorsum coloris est plumbei, notulis albidis variegatam. Crura plumis candidis conteguntur, pedes duntaxat pilis. Incolit tam laco campestria, quam faxa prærupta, rimas turrium, & cavernas quercuum. Muribus & aviculis & inter has picis

visitat. Quod forte animalculum cœpit, deglutit, integrum. Tam ampla enim ei gula, ut bolos ovo majores integros transmittat: neque quicquam cibi sumit antequam ossa, pilos, & plumas rejecerit. Transversim, Ardearum more inter volandum fertur.

Arist. H.
A. 1. 8.
cap. 3.

Minus simili cum majore maculorum diversitate variegatur, domesticam columbam magnitudine non excedit. Vertex capitis, collum, dorsum, alæ ad pennas remiges usque plumis vestiuntur ab initio prope radicem cinereis obscura; reliqua ferruginies dilutis. Anterior capitis pars, plumulis candidis informam flammei cincta videtur, quas circulus luteus undiquaque ambiens claudit. Oculi nigerrimi versus interiorem canthum plumeis luteis obsidentur.

Tibiae & pedes villis horrentes nonnihil rubent, binis ante & totidem retro digitis instructi. Unguibus armatur longis, validis, acutissimis, & aterrimis.

Vox.

Vocem noctu edit adeo terribilem, ut pueris & foeminis terrorem incutiat. Rarior multo conspectu est, quam major. Ulula flammeata Gesneri eadem cum Alucone.

ULULA, Græcis *αἰγάλιον*, *ὀλοῦλα*, & *ὀλοῦλαν* dicitur. Quæ à Gesnero describitur, magnitudine erat Gallinæ; vel supra, colore ruffa, vel nigro resperfa. Rostrum breve & aduncum albicabat. Oculos habebat magnos nigros, pupillam obscure ruffam, pinnulas inter oculos & rostrum multas, densas, cinerei fere coloris, margines palpebrarum rubicundi, membrana nictanti superne abducebantur. Collum erat multum retro agile. Crura albicantia punctis consperfa lividis, hirsuta ad pedes usque. Pedum digiti bini ante, totidem retro. Quam Aldrovandus describit, & inter ululas, quod vocem non flebilem ejulando, sed Gallinaceorum haud absimilem rostro frendendo, ediderit, reponere metuit. Caput, dorsum, alas, caudam colore cinereo, maculis albicantibus ac nigris distinctam habebat, sub ventre albicabat, & nigris maculis variegabatur. Capite erat valde magno, tereti, enormiter crasso, admodum plumoso. Oculis ex toto nigricantibus, & plumulis albis undiquaque in orbem cinctis, in quorum ambitu, ad palpebrarum oras lippientium, instar rubescens circulus conspiciebatur, superiori tantum palpebra inter nictandum oculos contegebatur. Rostrum erat subvirescens, &c.

Gesner. in
Ornithol.

Aldrov.
lib. 8.
Ornithol.
cap. 6.

Colit & campestria & faxa, *δίσταλον* est, seu gemeni cibi. Fruges in humilioribus colligit. In excelsis rapinas agit, & carnes in cibum parat. Picas venatur: sed & colorem (subest mendum, nec nota cuiquam avis) forte collurionem, rapit. Est *νυκτιγέμον* &

Locus &
Cibus.
Arist. H.
A. 1. 9.
cap. 17.
Arist. H.
A. 1. 8.
cap. 3.
Idem. H.
A. 1. 9. c. 1.
Idem lib.
9. c. 17.

ἡμέρας ὀλίγαις φαίνεται. Noctu vagatur; de die raro apparet.

Generatio. Plin. H. N. l. 10. cap. 16. Arist. H. A. l. 6. c. 6. Apul. l. 2. Floridor. Plin. l. 29. H. N. c. 6. Usus.

Parit quaternos, si bene Plinius Aristotelem intellexit. Nam ne de Ætolio Milvo res sit verendum est. Vox ejus est ululare, seu mœsta & flebili voce plangere, idque vespertino tempore.

Fel ejus prædicatur ad albugines, suffusiones, & caligines. Adeps ad claritatem.

C A P U T V.

De Noctua in specie sic dicta.

Generatio & descriptio. Hesy-chius in Lex.

Arist. H. A. l. 2. c. ult. Idem l. 2. c. 15. Albert. l. 23. Bellonius l. 23. de Avib. c. 32. Aldrovandus Ornichol. l. 8. c. 7.

NOCTUA Latinis quod noctu canat & volet, Græcis γλαυξ, κοκκοβαρη, κριζη, & ποταῖ dicitur. Duplicis ipsarum generis mentionem faciunt Authores, Majoris nempe & Minoris. Utrique collum breve, gulæ pars inferior paulo latior. ἀποφυάδι seu appendices infra ubi intestinum desinit pauca, lien tam parvus ὡς λαμβάνειν ὀλίγως τὴν αἰσθησιν, ut sensum multorum effugiat. Cauda brevis, & si Bellonium audimus, pedes pilosi. Capitis vertex ex plumularum ibidem positu veluti introrsum excavatus. Quæ ab Aldrovando describitur, erat columbæ magnitudine, capite majusculo superne depresso. Oculis magnis & glaucis. Rostrum longiusculo, dilute flavo, corpore toto plumis partim bætico, partim albo distinctus. Cruribus plumosis, & ad pedes usque hirsutis, coloris è cinereo bætici. Pedum digitis subfuscis, cinereis, implumibus. Quam Germani saxatilem nominant, tota parte pronafusci, modico ruffo permixti, & albicantibus maculis distincti est coloris. Crura & digitos pedum habet hirsuta, plumis albidis. In extincta rostrum superius rubebat, cum prius in viva rubere non videretur. Inter oculos & rostrum pennulæ quædam ceu pili aut barbulae rigent.

Locus. Plin. H. N. l. 10. cap. 29.

Apost. Cent. 6. Prov. 41.

Locum si attendans, in Creta nasci negat Plinius, illatam mori tradit, nec in Alpibus Helvetiæ regionibus inveniri scribit. E Gallia Cisalpina, Longobardia, & Germania ad Rhenum eò advehuntur. In Attica plurimæ. Unde Noctuas Atheneas. Saxatiles montana & saxofaincolunt. Ideo ad frigus arcendum plumas cruribus & digitis natura induit.

Vitus. Arist. H. A. l. 8. cap. 3. Crescent. l. 10. c. 16. de Agric. Generatio. Plin. l. 10. H. N. cap. 17.

Cibus ipsis vespæ, apes, lacertæ, mures, quarum cicuratae, in domibus etiam ventionem exercent, semel saturatae trium dierum inedia perferunt, nec novem abstinentia læduntur.

Quantum ad Generationem, quod de Buphone, id & de hac Plinius dicit, solam inter uncungues, & carnivoras non cecos parere pullos, Eustathius & Varinus falso tradunt; nec verius, cum formicas à suis pullis abigere cupiunt, vespertilionis cor in nido tanquam amuletum habere, Opianus reliquit. Si enim ipsa lepus est,

cur aliunde pulpamenta quærat. Nec de die omnino cacutire verum; nec propter insitam vim igneam tenebras penetrare, ac luna silente videre, quod Eustathius, & Varinus scribunt. Die exorto quasi splendore visus ejus hebetatur, & quasi quibusdam errat in tenebris. Sicca nimis & tenuis humoris substantia facili negotio dissipatur. Noctu, quia aëre, qui visionis medium est, non illuminato, objectæ colorum species non exprimentur, si proprius accesseris, haud loco sese movebit. Moderata lux quia Noctuæ conveniens, ideo ἀγρυπνία per vesperam & circa matutinum crepusculum venatur. Solnum edit duplicem, unum tou, tou; alterum vocant cucabare. Aristophani κικαβαῖ. Pollux eam οἰζεν scribit. Nigidius novem habere voces prodit. Apulejus ferum & intortum ejus cantum vocat.

Est etiam saltatrix, & corpus & cervicem frequenter in orbem contorquendo, nunc torvo & fixo obtutu hominem aspicit, nunc capite huc illuc acto scurras & histriones imitatur. Luce vagantem aviculæ reliquæ sturnatim admirantium specie primo circumvolitant, mox impetunt. Ab his circumdata, resupina pedibus repugnat, collectaque in arcum, rostro & unguibus tota tegitur.

Inimicitias gerere dicitur cum cornice, seu quod sibi ova meridie absumat, seu propter aliam causam. Lucretius sane cornices metu Noctuarum in Athenarum moenibus unquam volasse negat: cum orchilo, ejus ova itidem exedente; cum Pico Garrulo, & ovibus. Contactu frondium platani torporem contrahere, sic à ciconiis à nido submoveri, fabulatur Ælianus. Auxiliatur ei contra aviculas collegio quodam naturæ passer, bellumque partitur.

Usus captæ tum in aucupiiis, prout in Oto dictum est: quod genus aucupii hodie, à pipatu avium circumvolantium noctuam Pipatam vocant. unde Pipare quod decipere; tum in cibis, apud tenuioris fortunæ homines; tum in Medicina. Nam cibus aqua in qua Noctua lavit perfusus, Gallinarum pituitam pellit. Sanguis inter psilothra numeratur, jecur parotidas fanat. Anginis cerebro succurritur. Ebriosus ova per triduum in vino data, tædium ejus adducunt.

Præfagia si respicias, si nemore deserto frequentior in urbibus apparuerit, sterilitatem; si vespertino crepusculo de suis lustris citius pro consuetudine egressa, plurimum concubaverit, pluvias; si pluvia durante, cessaverit, serenitatem, polliceri creditur.

NB. De Noctua genere exotico vide Mantissam. Num. 2.

Ambr. lib. 5. Hexam. cap. 24.

Bellon. l. 2. de Avibus c. 24. Arist. H. A. l. 9. c. 34.

In avib. Pollux Onom. l. 5. c. 13. Plin. l. 10. cap. 17. Apulejus l. 3. Milesior. Ingenium. Crescent. Agricult. l. 10. c. 6. Plin. l. 10. H. N. c. 17.

Inimicitia. Arist. H. A. l. 8. cap. 1. Lucretius l. de Natura rerum. Arist. l. 9. H. A. c. 1. Plin. l. 10. H. N. c. 17. Usus.

Præfagium.

Aratus in phænomenis.

CAPUT VI.

De Strige & Camprimulgo.

Descriptio. I. II. H. N. c. 39. STRIX quænam sit avium, non constare arbitrat Plinius. Ovidius eam brevi compendio descripsit, dum scribit.

— Strigum

Grande caput, stantes oculi, rostra apta ruine, Canices pennis, unguibus hamus inest.

Ubera eas infantium labris immulgere, sanguinem in cunis noctu exugere, imo & dilaniato unguibus corpore mortem afferre, credidit superstitiosa Antiquitas. Isidorus vero propriis pullis lacteum humorem instillare, eosque ultra modum amare prodidit.

Ovid. 6. Fastor. Isidor. l. 12. Origin. cap. 17. Vox,

Vox ipsarum proprie stridor est Latinis. Omen semper triste habebatur.

1. 8. Ornithol. c. 8.

Aldrovandus huc nocturnam quandam avem refert, quæ habebat caput magnum, rotundum, anteriore parte plumulis exiguis, in orbem velut flammeum positis exornatum. Oculos grandes cum iride dilute flavo ac pallente, pupillas maximas, & vehementer atras. Rostrum corneum, fuscum. Pennas universi corporis ferrugineas, maculis fuscis in remigibus transversim distinctas. Caudam palmo fere alis longiorem Crura ad digitorum unguis usque instar pedis leporini pilosa. Digitos pedum binos ante, totidem retro. Magnitudine erat Afionis. Dicebatur caprarum ubera exugere.

Descriptio.

CAPRIMULGUS etsi specie à reliquis multum differat; nocturnis tamen, ratione visus, accensetur. Græcis Αλεγοθήλιος παρά τὸ εἶναι ἀγρίοι τεθνηκυῖα, quod capras fugat, dicitur. Magnitudine est paulo major quam Merula, minor quam cuculus, seu ut Plinius, grandioris Merulæ aspectu. Cujus iconem Aldrovandus exhibet, erat cuculo ita similis, ut nisi inusitata pedum, crurumque exilitas & brevitudo cum diversa constructione obstitisset, is idem esse crederetur. Caput habebat vertice longo & compresso. Oculos grandes, iridem & pupillam nigerimas. Rostrum vix passerino majus, modicum aduncum, pulmulis tanquam pilis quibusdam superne ad nares & inferne submento, ornatum, &c. Quam Gesnerus exhibet, rostrum habebat aduncum, & tibias plumis obvestitas.

Arist. H. A. l. 9. c. 30. Plin. l. 10. H. N. cap. 40.

Locus. Arist. l. c.

Degit in montibus circa mare inprimis in Creta, propter viciniam stabulorum quibus capræ includuntur. Intrannt namque isti fures nocturni pastorum stabula, caprarumque uberibus advolant; propter factum lactis, qua injuria uber emoritur; capræ, quas ita mulsero, cœcitate percipiuntur. Adeo terribilem clamorem habent, ut etiam audientibus pavorem incutiant. Duo aut tria cum plurima ova pariunt. De visu ita Aristoteles: ἴσ' ἂν ἰδῆται

Arist. l. c.

τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ ταῖς νυκτὸς βλέπει. Parum acute interdum videt, sed noctu perspicax est.

TITULUS VIII.

De Carnivoris medie naturæ.

CAPUT I.

De Vespertilione.

Vespertilio, LXX. νυκτερίς, Hefychio & Phavorino φάλκη, Philo νυκτάλωψ & φιλιώσιον, Victorino Avis forex, Vallæ semimus, Platoni in ænigmate, Avis non avis dicitur. Τοῖς πτηνοῖς ἡ περὶ τὴν ἰσχυροτάτην ἔστι διὰ τὸ αὐφωτέρων τῶν ἑσπερίων ματαχέειν, bene scripsit Philosophus, male Macrobius, quatuor pedibus ingredi, & inter quadrupedes referendum, ut inferius patebit. Color nonnullis fulvus, aliis niger, subalbus, cinereus. Magnitudo diversa. Majores in urbe Assyriæ Borsippa, quam alibi, in novo orbe columbas adæquant, in Brasilia monedulas, circa Urabam turtures, in Orientali India, si Pompilio Azalio credendum, tanti, ut illas transeuntes, alarum verberere prosternant, multos etiam occidant. Caput quibusdam murinum est, caninum aliis. Rostrum à cæteris avibus diversum. Nares vituli instar. Dentes XXXIV, in mandibula inferiore octodecim, sedecim in superiore Bellonius observavit, viginti quatuor in singulis mandibulis duodenos, eosque ferratos, teretes & longiusculos Aldrovandus utrinque in superiore mandibula senos, in inferiore septenos quorum anteriores cæteris longiores; omnes valde albi, Clusius. Maxillas intus & foris pilus oblongus, niger, obvestit. Auriculas interdum binas, quaternas interdum habet: similitudo eis Asininarum, & superiores quadruplo sunt inferioribus majores. Mamille soli volucrum datæ sunt, lacte sola nutrit ubera admovens. Alas, quæ pellitæ, exanguis quidam dixere. Ab armis incipiunt, & per latera per axilas continuo ductu ad crura usque feruntur, easque circumambiant. Quatuor hæ flexus, plicas seu articulationes habent, quibus alas inter volandum dilatant, & contrahunt, medius superiorum, (cubitos Albertus nominat) quique in plures alios deorsum flaxas divaricantur, digituli singuli, unguiculis hæmatis instructi, quibus parietibus se affigunt, annectuntur. In supremis aliis rudimenta, quædam brachiorum nervosa apparent, quæ in uncum desinunt. Pedes illi bini, in quinque digitos dissecti & unguiculis acutis instructi, singuli in medio, ac si palmam efformarent, ampli. Innituntur inferiori alarum membranæ, atque ex ventre ad caudæ, si quæ est, latera, exporriguntur. Cauda quippe aliis nulla, ut recte Aristoteles, Africanis

Descriptio.

lib. 4. de partib. Anim. c. 13. l. 7. Macrob. Saturnal. cap. 16. Strab. l. 15. Livius Hist. c. 10. Gomara Hist. cap. 61.

1. 9. Ornithol. c. 1.

Plin. H. N. l. 10. cap. 61. Strab. lib. 15.


Caprimulgus nachtrab
Pfaß alias geismelker



Caprimulgus alius



Vespertilio



Iunge
Fledermause

Vespertilio

Speckmause Fledermaus



Vespertilio lactans


Fledermaus mit den
Lungen



Vespertilio auritus


Fledermaus







Struthocamelus Straus



Gallus Monstros, Caudatus



*Fans Sine cauda
Chinensis*



de par-
rib. Ani-
mal. l. 4.
c. 11.
Bellon.
l. 2. de
avib. c.
ult.

fricans murium instar oblonga, & quatuor digitos extra membranas alarum prominens. Aldrovandino mediis atque infimis alarum membranis sub ventre involvebatur, & ad extremam earundem exporrigebatur apicem. *Penis* mari sat magnus; exertusque, qualis simiarum est, genitalis foeminae meatus pone podicem apparere solet. Quid sibi Plinius, verbis, *Coxendix huic avi una traditur*, velut, cum duo crura habeat, intelligi vix potest.

Locus.

Locum si spectes, loca obscura, cavernas, & meatus subterraneos amant. Ideo & in labyrintho Cretæ inter Cnossum & Cortinam, Borsippam, urbem adde, plurimi, & in Appennini prope Puteolos, speluncis multa millia, & in monasterio quodam Misniæ tanta, ut excrementorum acervis multi carri onerari possint. Delectantur in *victu* culicibus & muscis, sed & lardum, candelas, & alia pingua arrodunt. Succidiam sæpe ita exedunt, ut in excavata scrobe stabulentur. Invadunt & nudam corporis partem culicum more, & sanguinem exugunt, in Dariene ita infestatos Hispanos, tabe contracta obiisse, Martyr author est. Gallinas, canes & catos morfu aculeo in cristam in fixo interemisse addit. Solus volucrum, animal tantum *parit*, & foetus lacte uberibus admotus nutrit. Recens nati musculis sunt similes, glabri, infantis humani instar; sed omnibus partibus absoluti, matris uberibus, cum primum enixa est adeo tenaciter adhærent, ut ne à mortua quidem sponte decidant. Nullis secundinis obiectos quidam putavere produci, refellit Bellonius, qui plures vigenis se in Pseudolabyrintho Cretæ prægnantes secuisse tradit, has etiam mater devorat, dum proli nuper natæ ob teneritudinem metuens, primo vel secundo die ad partum evolare prohibetur. Cum duo tantum ei natura ubera dederit, plures geminis uno partu non edit; quia vero magna eorundem interdum copia ingruit, haud male quidam è putri etiam materia oriri, opinati sunt.

Strabo.
Geog. l.
16.

P.in. H.
N. l. 10.
c. 61.

1. 6. dec.
3.

Plin. l.
cit.

1. 2. de A-
vib. c. 2.

Gemma
Cosino
cret. c. 8.
Volatus.

Volant mane & vesperi potissimum; foeminae sæpe geminos implexæ infantes; volatu ob timorem indirecto seu tortuoso, atque haud longe à terra semper. Volitatione fessi, hamis digitorum, quorum in mediis alis rudimenta habent, parietibus faxis, arboribus, aut cavernarum fornicibus sese appendunt, & continuata serie, ac veluti catena quadam inter se cohærent. Melius de nocte *vident*, quia spiritus ipsorum visorius tenuissimus & dilucidissimus, per noctem modice incrassescens, idoneus ad conspectum redditur, de die extenuatus, expanditur & evanescit, ideo face vel gladio volantibus objecto, decidunt.

Homer.
Odyss. µ.
Homer.
Odyss. α.
Alex. A-
phrod. l.
1. prob.
66.
Ingenium.

Vox.

Voce exili gannitum potius & latratum canum imitantur, quam murium sibillum.

Latinis stridere, Græcis *τρίξεν περιπλάταιν* & *τρυπίνας* dicuntur.

Singularis ipsis cum columbis *amicitia*, dietinentur istæ, si caput vespertilionis in peris summo columbari fastigio suspendatur. *Inimicitias* vero gerunt cum Ciconia, qua à solo illius contactu hujus ova sterilescunt, ni platani foliis in nidum positis sibi caverit: Cum *platano*, qui præ foribus suspensus ne involent, prohibet; cum *hedera*, cujus suffitu & odore perimuntur; cum formicis, ad quarum nidos si alas suspenderit, nulla ipsarum egreditur; cum locustis, quæ locum ubi vespertilio suspensus non transvolant.

Homer.
Odyss. α.
A. Pol-
lux. l. 5. c.
13.
Affectus.
Æl. l. 1.
de Anim.
c. 37.

Demo-
crit. in
Geop.

Usus vespertilionum est tum in *cibis*; nam à Borsippensis condiebantur, ab incolis in sularum Catigan & S. Johannes eduntur, ferventi aquæ immerfi & excoriati eduntur, in Oriente gallinas sapore vincunt; tum in *Medicamentis*, toti præparati, benefciorho, & podagræ adhibentur. Sanguinem trichiasi conducere, Archigenes & Serenes credunt, Galenus & Julius Alexandrinus negant. Cor & lingua hydrophobiam inducit. Caput dextro alligatum brachio vigilantis somnum impedit. Magicæ revera vanitatis est quod tradunt, si ter circumlatus domui vespertilio vivus per fenestram inverso capite infigatur, amuletum esse, præsertimque ovilibus circumlaturum toties, & pedibus suspensum in superluminari.

Ufus.
Strabo.
l. 16.
Scalig.
Ex. c.
236.
Nierem-
berg. Na-
turae Ex-
ot. l. 10.
cap. 93.
94.
Galen. in
Euporif-
tis.
Galen. l.
4. de
Compos.
medic. l. 1.
c. 8.

C A P U T II.

De Struthocamelo.

Struthocamelus *στρουθόκαμηλος* Philostrato & Aristoteli, *στρουθόκαμηλος* Hesychio, *στρουθόκαμηλος* Oppiano, *στρουθόκαμηλος* recentioribus Græcis dicitur, melius Chano-camelum, quia *χηνά* sive anserem potius, quam *στρουθόν* sive passerem, nisi cum Scaligero, gallinam reddere malis, dixissent. Plautus eum Passeram marinum appellavit, Phavorinus Lybicum avem, Diodorus Siculus Cervinam dixit. Aristophanis *στρουθόν* Horatii *Afra* avis, gallinæ potius sunt, quas prægrandes Africaterratullit. Maximus est omnium avium. Diodorus Camelo parem esse. Plinius equitis equo insidentis magnitudinem excedere; & verum est, si collum quantum potest erigat. *Rostrum* habet exiguum sed acutum. *Caput* in quo fere nullum cerebrum, parvum, exiguis pilis, in foemina pallide lutescentibus, in mare flavescens, collo ad rubrum colorem vergente. *Palpebras* utrinque solus omnium alitum ut homo, pilos in superiore palpebra. *Collum* longissimum. *Dorsum*, cujus pennæ in mare nigerrimæ, in foemina fuscæ, lanæ quandam substantiam sua mollicie efficiunt, tam latum, ut puerum la-

Descri-
ptio.
Diodor.
Biblioth.
l. 3. c.
12.
Plin. H.
N. l. 10.
c. 1.

Oppian. Cyneget. l. 3. v. 490.

Albert. l. 23. de Animalib.

Oppianus l. c.

Locus. Theophr. l. 4. Hist. plant. c. 4.

Pli. H.N. l. 10. c. 1. Xenoph. l. 1. Exp. Strab. l. 18.

Diod. Sicul. l. 3. c. 13.

Strabo. l. 6. Geogr. Langius Epist. 12. Aphrodis. in procem. probl. Vossius in emend. ad l. 3. de Idol.

Generatio. Plin. l. 20. c. 52. Arist. H. A. l. 9. c. 15.

Etentem insidentem ferre possit. Alarum pennæ ejusdem sunt coloris, sed in superiori parte candidissimæ. Gordianus miniatos habuit. In interioribus alarum cubitis spicula secundum quosdam, quibus ferit, habet; ossæos in extremis alijs, secundum alios, mucrones, quibus ceu calcaribus ad cursum velociorem se incitat. Aldrovanus observare eos non potuit. Caudæ pennæ in mare subalbidæ, in fœmina subfuscæ sunt. Coxæ prægrandes, quod in angustum sensim juxta femur finiuntur; femur humanum potius imitantur. Pedes Camelorum cruribus similes *ἄρμενοι ἀρμενοὶ φοιδῶσι*, frequentibus firmati squammis ad geminos, usque duros poplites integuntur. Pedes more boum bifidi, in binas ungulas dividuntur. Cur bifidum potius quam solipedem aut digitatum natura fecerit, ignorare me fateor.

Reperiuntur, in Africa, Lybia, Æthiopia, Arabia, & Syria. Amant deserta & fere aquosa, & tanta eorum aliquando conspicitur copia, ut velut equitum quandam aciem eminus efforment.

Quantum ad *victum*, Carpophagum esse ex Strabone colligi potest. ferrum, lapides, ossa, & quicquid obtigerit, sine delectu devorare certum fere est: sed an eadem concoquet, dubitatur, si fit, quod Languis credidit, specificæ potius proprietati, quam intensissimo calore tribuendum iderit. Nam leo strutho camelo calidior, ferrum concoquere non potest. Interrogatus, qui circumducebat, à Brentio, deglutire quidem ferri particulas sed iterum, vel integras, vel summum perpusillo imminutas, respondit.

In Venerem proclivis est, & Cameti Bactriani instar, averfus coit. Complura ponit ova, octuaginta nempe, & quidem mense Julio; illaque lapidea quasi crusta

munita, & XV. plus minus libras pendentia. In arena condita, & neglecta, solis calore foventur: solo visu ex iis pullos excludi quidam credidere, quod intueri ea avem viderent, nec propter gravitatem iis incubare posse scirent. Non *excluduntur* simul. Pars intra ova formatur, pars in lucem prodit, pars fovetur.

De ejus *voce* nil memoratu dignum occurrit. Non elevatur à terra propter corporis molem; festinantissime tamen interdum incedit, ingruente in alas vento, & tanquam vela eas extendente. Naturaliter eum *calvere* Plinius dixit; equum odisse alii tradunt. Collum frutice occultat, seu quod *διὰ φέροντι ἐνυδρόντα ψυχῆς*. latere se ita existimet; seu quod eam corporis partem, quam se inferiorem habere novit, contra persequentium injurias munit.

Usus si spectes, ova propter amplitudinem pro quibusdam habentur vasis. Garantes patoria & capitum tegmenta ex iis conficiunt. Pennæ conos bellicos & galeas adornant, quas apud Turcas solis Janitzaris gerere concessum. Lapis in ventriculo repertus, & collo suspensus, concoquendi vim promovet. Sebum efficacioris ad omnia quam adeps anserinus usus: ideo cum auctio regia per Catonem Uticensem fieret, LXXX. sestertiis veniit; & apud Æginetam emplastrum diacinnabarios ingreditur. Carnes Arabibus, Æthiopicibus, Numidis & alijs in usu, hinc Struthophagorum nomen. Heliogabalus sexcentorum capita una cœna, ad edenda eorum cerebella apposuit. Firmus Seleucius, qui Hippopotami adipe delibutos inter crocodilos impune natabat, totum uno die comedisse dicitur. Sceletum apud Pareum vide.

NB. Est & alia Struthocamelorum species. Vide Mantissam N. 3.

Alian. de Animal. l. 4. c. 13

Vox.

Plin. H. N. l. 11. c. 37. Plin. H. N. l. 10. c. 1.

Usus. Plin. l. c.

Lamprid. in Heliogabalo.

l. 24. c. 22.

HISTO-



Peacock in its natural posture



Peacock



Pauo Pfaw



Pauo Fæmina Cum hordeo Spurio



Pfawo Pfaw





Phasianus versicolor

Pauo albus cum tritico multypli

Weiser Pfaw



Pauo Iapenensis mas cum locustas



Pauo Iapenensis foemina cum horlco distico



DE

AVIBUS,

LIBER II.

De Avibus Phytivoris.

TITULUS I.

De Avibus Granivoris, Non Canoris.

CAPUT I.

De Pulveratricibus Sylvestribus.

ARTICULUS I.

De Pavone.



Absoluta Avium Carnivorarum historia ad Phytivoras pergendum est, inter quas pulveratrices tam sylvestres, quam domesticæ primo occurrunt. Inter illas primus *Pavo*. propter exquisitum pennarum ver, & gemmantes colores, quos adverso maxime sole, quia sic fulgentius radiant, expandit; Junonium incensum, ingenium, de quo in sequentibus singulare, & magnum apud veteres æstimium occurrit. Athenis statuto precio singulis noviliis per anno XXX. spectabatur, multi Lacedæmone & ex Thessalia spectatum confluebant. Alexan. visis iis apud Indos, gravissimas in eum qui occideret pœnas constituit. Tiberius ob subtractum è viridario unum, capite multavit. In Lybia si quis tantummodo lædisset, non impune ferebat, si Eustathio credimus. Quod si *precium* spectes, mille drachmis marem & fœminam venditos fuisse Antiphon scripsit: & tempore Varonis ova earum denariis vaniebant quinque, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadraginta millia sestertia reddebat, ut quidam Albatius ajebat, si in singulos ternos exegisset pullos, perficifexagena potuisse. Dicitur & Medica, Persica, Junonis, & picta avis.

Diversitas illorum à colorum imprimis, & loci diversitate sumitur. Nostrates satis sunt noti. In Terra Firma quidem ventre & pectore nigris, cætera flavi; alii pectore & ventre flavi, cætera nigri conspiciun-

tur. In Curiana regione sunt sylvestres, qui per nemora vagantur, & adeo viles sunt, ut unica sunt, ut unica duntaxat vendantur acu, alibi in palustribus inveniuntur. Quod si & *Sexum* attendamus, fœmina mare multo minor est, neque in cauda oculos illos gerit, Japonensem si excipias, quæ quatuor in Uropygio obtinet.

Placet maris & fœminæ *descriptionem* exhibere. Mas igitur capite, collo, & pectoris initio intense cærulei, seu sapphirini coloris est. *Caput* pro corporis proportione habet exiguum, & quodammodo serpentinum, maculis duabus oblongis candidis, quarum una oculos superequitat, altera brevior at longe crassior subjacet, ornatum. *Apicem* in vertice è nudis quodammodo scapis tenerrimis, viridescentibus, in summitate ejusdem coloris liliorum flores ferentibus conspicuum. *Rostrum* candidat & insigniter hiat. *Collum* est longiusculum tenue & exile. *Dorsum* ex albo cinereum, maculis atris transversalibus conspersum. *Cauda* in duas quasi dividitur. Non longioribus quæ ex dorso prope podicem oriuntur pennis, in rotam extensis, minores quædam eæque fuscæ non rigent, sed ut in reliquis avibus extensæ conspiciuntur, datas ut longiores sustinerent crederes. *Oculi* quatuor circulis, aureo, castaneo, viridi & sapphirino constant, & varios ad solem obversæ colores jaciunt. In *fœmina* pauca colorum conspiciuntur varietas. *Alæ* totæ, dorsum, venter, coxæ, ac pedes coloris sunt fusci ad cinereum vergentis. *Capitis* vertex & apex ejusdem coloris, in vertice tamen aliquot maculæ exiguæ, veluti puncta virescentia interseruntur, &c.

Quantum ad *Locum* in Asia fuisse inventitios Theophrastus author est, transmarrinos Varro. Babylonia multos pulchriore quam alibi varietate aluit. Media gu-

Martyr. dec. 1 de reb. Occani 1. 8.

Descriptio.

Locus.
Plin. H. N. 1. 10. c. 29.
Varro de re rust. 1. 3. c. 6.
Diod. Sicul. 1. 2. c. 53.
Rhodig. Antiq. lect. 1. 1. c. 10.

Lucian. de domo. Plin. H. N. 1. 10. c. 20. Varro 1. 3. de re rust. c. 6. Oppian. 1. 2. Lucret. 1. 2. de Natura rerum. Ælian. de Animal. 1. 5. c. 21. Ælian. 1. c. Sueton. in Tiber. In Orat. contra Erast. Varro 1. 3. de re rust. c. 6. Suidas. Aristoph. in Avibus. Statius 1. 2. Sylv. Athen. Dipn. 1. 9. c. 19. Genera.

Clemens Alexand. in Pædagogog. Æl. l. 5. de Animal. c. 21. Gell. l. 7. Noct. Attic. c. 16. Athen. Dipn. l. 14. Generatio. Columella l. 8. de rustic. c. 11. Pallad. l. 1. de rustic. c. 28. Columel. & Pallad. l. c.

loſis celebratos. Ex Aſia in Græciam primum, Samum inprimis, unde Samii tanquam præſtantiores commendantur, poſt in Italiam & alias oras delati ſunt. Athenis in precio fuiſſe ſuperius dictum. Roma tempore Athenæi plures fuere quam Coturnices. In Suetia quoque, Oſtrogothia, & apud Normannos in agro Lexoviendi aluntur. Amant edita loca, paſcuntur tamen cum Gallinis, & Gallinarium ſub veſperam ſimul repetunt.

Summa iſtis *Coëundi* cupiditas. Maſculus quinque fœminas deſiderat, & ni adſit alia, incubantem invadit, ac ova frangit. Agnoſcitur irruiffe libido, quoties circa ſe amiſtum caudæ gemmantis incurvat, & ſingularum pennarum capita occulta, locis ſuis exerit, cum ſtridore procurrens. Accenditur eadem, ſi leviter toſtam fabam tepidamque jejunis quinto quoque die exhibeas. *Coëunt* ab Idibus Februarii ad Martium, vere præſertim, locis fere apricis, cum Favonii ſpirare cœperunt. Partus à trimatu obvenit, cum varii colores funduntur, brevi à coitu agitur tempore Teris anno à fœminis, quæ non incubant editur: at quæ fovent ova totum tempus fœcunditatis aut excludendis, aut etiam educandis pullis conſumunt, ita ut vere ſemel in anno parere Ariſtoteles dixerit. De numero *ovorum* non conſentiunt authores. Ariſtoteles octona in primiparis numerat, duodecim aut paulo pauciora in aliis; nec iſta continuatis, ſed binis ternive interpoſitis diebus ponuntur. Alii primo anno unum & alterum ſequenti quaterna quinave, cæteris duodena edere volunt; ne hic numerus tranſcenditur. Quæ ter pariunt, earum primus partus, quinque ovorum eſt, quatuor ſecundus, trium aut duorum tertius. In Temiſtana viginti imo triginta aliquando enituntur. Conciipiunt tamen & ſine coitu, & ova Zephyria ſeu *ὄρνις μία* Gallinarum more, non plura tamen duobus ponunt. Ut commodius excludantur Gallinis, ſed non Rhodiis ſupponi poſſunt, recentiora; luna nonaria exiſtente, hoc eſt, novem à primo Lunæ incremento diebus. Commodius inquam. Nam & mas ſeu libidine turgens, ſeu incubandi flagrans deſiderio, illa interdum frangere ſolet; ideo à fœmina celantur; & quia fœmina non continue duorum dierum intervallo incubat, refrigerata, infœcunda evadunt.

Ætas iſtis viginti annorum tribuitur. Indicus centum memoratur vixiſſe. *Volatu* parum valent; ſeu quod Uropygium flexi inaptum obtineant, ſeu quod longitudine caudæ & corporis gravitate premantur.

Vocem ſi attendas, Philomelæ authoreas pupillare dixit, Varro à voce ſua dictos tradit.

Si *Ingenium*, inceſſum ſuum ita componit, ne maculetur, pullus adhuc, ſi mædeſcit (ſide Alberti refero) moritur. Laudatus gemmantes expandit colores, adverſo maxime ſole, quia ſic fulgentius radiant, ſimul umbræ quorſdam repercuſſus cæteris, qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda, omnesque in acervum contrahit pennarum, quos ſpectari gaudet, oculos. Si tacitus ſpectes recondit ſuas opes. Refrigerationis indigus, paſſis pennis, & in anteriorem reflexis, corpus ſuum operit ingruente à tergo vento, alas pandit, & ſua ves auras excipit. Lini radicem naturale ſaſcini amuletum, ſub altera larum retrorſum geſtat. Qui eos venenum deregere, deſoſſum eruere referunt, fidem ſuam exſolvant.

Duplici inprimis morbo afficiuntur. Doloribus nempe dentientium infantum ſimilibus cum criſta produci incipit, & pennarum deſluvio; de qua Plinius. Idem cauda annuis vicibus amiſſa cum foliis arborum, donec renaſcatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens, quærit latebram.

De *Vi præſagiendi* hoc dixiſſe ſufficiat, cum plus ſolito clamitant, noctu inprimis pluviam imminere. Vocis enim illius obſtreperæ congeminatio, vegetum & acutum intus cum calore vocalem Spiritum, per arteriam vaporoso aère imbutum, erumpere teſtatur. Quod vero extra tempus cantillantem, Paracelſus mortem alicujus ea in domo præſagire tradit, fabula eſt.

Uſum & in *Medicina* & in *cibus* aliquem præſtat. Nam jus pavonis pingue pleuritidem ſanat, linguarum uſus ab epilepſia præſervat. Ova uſta & in aceto trita impetigines emendant, fumus è pennis exceptus rubeſcentes oculos, propter ſignaturam curat. Fimus podagræ fervorem mitigat. Caro propter ſiccitatem & frigiditatem, dura & concoctu difficilis audit. Etiam mortui poſt annum nec olet; nec putreſcit, viſa poſt quadriennium cariem fœniculi odore, ſaporis amari & falſi contraxiſſe. Primus eos Aufidius Lurco circa noviſſimum bellum piraticum ſaginare inſtituit, & ex eo quæſtu, reditus ſeu feſtertium ſeu minorum ſexaginta millia habuit. Hortenſius Orator, primus editiali cœna cibi cauſa occidit, & ideo in jus vocatus eſt. Cerebella Vitellius in famoſa illa patina, quæ Minervæ clypeus, cum aliis prodigioſis cibus appoſuit. Quæ vel de virgine à Pavone in Leucadia adamata; vel de Pavone Indico, Jovi conſecrato, quem ſacrilegi ſuffurari non potuerunt, dicuntur; inter hiſtorica recenſeri debent.

Ingenium.

Plin. H. N. l. 10. c. 20.

Ovid. l. 2. de arte a- mand.

Ælian. l. 11. H. A. c. 11.

Morbi.

Plin. H. N. l. 10. c. 20.

Præſa- gium.

Mizald. in E- phem. text. 1. c. 43.

Uſus.

Porta Phytogn. l. 3. c. 29.

Auguſt. de Civit. Dei l. 21. c. 2.

Aldrov. Ornithol. l. 13. c. 1.


Plin. H. N. l. 10. c. 20.

Ælian. l. 5. de A- nimal. c. 21.

Sueton. in Vitel- lio.

Athen. l. 13.

Ælian. l. 11. de A- nimal. c. 33.




Callipepla squamata



Phasianus

Callipepla squamata



Phasianus

Phasianus




Gallina Indica Cum
Ouo Eius



Phasianus

Gallina Afriana



Phasianus

Phasianus



ARTICULUS II.

De Pavone albo, Pavonibus Iaponensibus
& Gallopavone.

PAVONES ALBI Septentrioni peculiare esse credebantur: & in calidioribus regionibus eosdem nasci, successu temporis compertum est. Vidit Aloysius Cadamustus in Maderis; Johannes Laurentius Ananias in parva insula, plures, Scaliger in Gallia binos; Gaudentius Merula Mediolani plures; Aldrovandus unum Bononiæ natum. Cum ex Norvegia Coloniam adveherentur, numero per feminium aucto, cum penitus in frigidiora loca commearent, & matres in ipso vere ovis incubantes nivosa loca perpetuo ob oculos haberent, vulgatiore facti sunt. Tales & in calidioribus regionibus nascentur, si caveas in quibus incubant & excludunt ova, ex parte albis velaminibus obtendas.

PAVONUM JAPONENSIVM maris & fæmellæ descriptionem Marchioni Facchineto, qui eam à Julio IX. Pontifice accepit, Aldrovandus debet. Mas nullam cum nostrate præterquam in cauda & pedibus similitudinem gerebat. Rostrum erat, ut in nostrate cineritium, sed longius & subtilius. Vertex capitis, qui planus erat, & collum superius virefcebant, & maculis cæruleis ceu punctis, quæ pariter in medio exiguas lineas albas deorsum descendentes habebant, respergebantur. Apex in capite quatuor ferme digitos longus partim viridis, partim cæruleus, figura siliginis spicæ non omnino dissimilis. Oculorum pupilla nigra, iris lutea, hanc ruber circulus ambiebat. Pectus & dorsum velut ex squamis, sed colore variantibus constabant. Pectoris enim squamæ, si ita vocare licet, ex cæruleo, viridi & aureo: dorsi ex cæruleo & viridi tantum tingeantur. Alarum principium ejusdem cum dorsi erat coloris, sed squamæ illæ virides haud ita apparebant, cæruleæ vero majores erant & lucidiores. Pennarum secundi ordinis primæ ejusdem erant cum superioribus colores, reliquæ in medio virides, ubi lineis nigris transversalibus notantur: post subluteæ similiter nigris lineis notatæ; in extremitatibus denique nigræ. Venter, coxæ, & denique pedes colore leucophæo & maculis nigris insigniuntur, quarum quæ in ventre sunt, lineas albas habent. Cauda pennis, quam in nostrate rariore colore, magis fusco ad castaneum vergente, calamo candidissimo. Oculi caudæ multo quam in nostrate majores, primum aurei, dein cærulei, postremo virides, ut in nostrate. Fæmina mari quidem minor est, sed capite toto, collo, dorso, pectore & alis simillima. Illud vero in hac admirandum est, supra uropygium, nempe ad dorsi finem, quid veluti cau-

dam habere, eamque oculatam, ut in mari: sed oculi, licet quam in illo sint minores, sunt tamen pro pennarum portione magni. Habebat itidem caudam viridem pennis in ambitu cæruleis, & calamis albis. Postremo in eo etiam à mare differebat, quod ventrem haberet prorsus nigrum. GALLOPAVO, aliis Gallus Indicus, Peregrinus, & Calecutensis dicitur, & idem esse cum Meleagride, cujus synonyma sunt, Gallina Africana, Numidica, Afravis, Numidica guttata, & alba Lybica, videtur; si vera est illa descriptio, quam ex Clyto Milesio Athenæus adfert. Verba ejus sunt. *Circa templum virginis, Minerva nempe in Levo (sic legendum non Olero. Insula est maris Icarii Sporadum una) Meleagrides aves sunt. Locus ubi aluntur est* non paludosus, (ut quidam vertunt, Meleagrides enim Aristoteles ab avibus paludiculis distinguit, & Hesychius *καρτοκιδες* *ὄρνεις* vocat) sed arboribus consitus. *Animal illud non ita prolem amat; & jumento pullos adeo negligit, ut sacerdotibus illos curare necessum sit. Avis magnitudine ut gallina generosa est, capite ampliore, quam pro modo reliqui corporis, glabro, ac super ipso crista carnosâ, dura, rotunda, quæ clavi modo super caput extuberat, colore ligneo.* (Sic lege, *καρτα* non *σάμα*. Lignei coloris facit & Theophrastus mentionem; forte est subflavus.) *Ad malas jacet instar barbæ longa caro, incipiens ex ore, rubentior quam in gallinis: at eam quæ rostro Gallinarum insidet, & quam barbam nonnulli vocant minime habet, tanquam ea parte sit mutila: rostrum acutius & grandius quam gallinæ. Cervix nigra, crassior & brevior quam Gallinæ. Corpus totum varium. Migrescit enim totum, crebris maculis albis notatum ac punctum, lenticula majoribus, quæ rhomborum figura parvis nigrisque circulis ambiuntur, & pennarum illam varietatem efficiunt, quia niger color aspergitur candido, & vicissim candidus nigro. Alarum pennæ linearum ductibus candidis serratisque distinguuntur, in spiras protractis, intervallo pari diremptis. Nullum calcar in cruribus, quæ gallinaceis similia sunt. Maribus adeo fæmina similes, ut vix Meleagridum sexus discernatur. Similitudinem in colore & mole corporis intellige. Eo enim veluti clavo ligneo carent. Quem Aldrovandus ex Gyllo describit ex novo orbe allatus erat, eadem qua Pavo proceritate. Collum ei simul cum capite à plumis omnino nudum, tantum purpurascens pelle obducebatur, & tam erat crassum, ut pellem quæ antea laxa & vacua; cum vocem emittebat, spectabatur, sic inflaret, ut ad brachii crassitudinem accederet. Cum quis ad Gallinam accederet, totis inhorrescebat plumis, & gradu superbo exterrere accedentes conabatur.*

Quantum ad Locum Bœotii soli indigenæ Meleagrides esse videntur. Ætolia peculiare, Menodotus sanius facit, & inde

Cadam.
Cap. de
Navigat.
In fabri-
ca.
Anan.
Mundi
to. 3. cit.
Aldrov.
Aldrov.
Ornith. l.
13. c. 2.

Descri-
ptio.

Varro l.
3. de re
rust. c. 2.
Plin. H.
N. l. 10.
26.
Athen. l.
14.
Dipnos.
Cafau-
bon. ad
Athen. l.
14. c. 20.
Dalech.
ad l. eund.
Æl. l. 5.
cap. 27.
de Ani-
malib.

Cafau-
bon &
Dalech.
Theo-
phrast.
ad l. c.
Histor.
Plaur. l. 7.
cap. 3.

Locus.

Vitens.
Athen. l.
14.
Diodor. l.
3. Bibliot.
cap. 12.
Strab. l.
16.
Geogr.
Scylax
Carian-
denfis in
Periplo
orbis.
Plin. l. 16.
H. N. c.
44.
Colu-
mella. lib.
8. de re
rust. c. 2.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 26.
Generatio.
Bapt.
Portal. 2.
Mag.
Nat. c. 14.
Vox.

de in alias partes translatas credit. Diodorus ultimam Syriæ partem, Strabo Arabiam ipsis tribuit. Certum, nostras calidioribus locis delectari, una cum Gallinis pasci, & longius à domo per agros divagari. Quod autem Scylax Cariandensis lacui Chephifio, in Africa, Mnaseas lacui ibidem Cratum amnem de se promenti, eas vendicat; vel error est, vel Gallinis, quibusdam Africanis, quæ paludes amant, rutilam galeam & cristam in capite gerunt, quæque novissimæ peregrinarum avium in mensas propter ingratum virus (quod nostri Meleagridibus non competit) receptæ sunt, nomen Meleagridum propter similitudinem indidere.

Coëunt aliquando cum Pavonibus, & excluduntur pulcherrimi pulli, nitidissimis pennis fulgentes. *Incubant* verno tempore diebus tricenis.

Ad *Vocem* earum extendit Pollux verbum *καυκαζέων*. Crocitati Gallinæ Pavoninæque non dissimilem edit, cum fragore per collum longe lateque vagantem, & instar liquoris in dolium infusi optrepentem. De usu ipsorum in cibis non est quod dicamus. Olim Isidi Tithonæ à pauperioribus immolabatur.

Pausan. in
Bœotici-
cis.

ARTICULUS III.

De Phasiano, Urogallo seu Tetraone, majore & minore.

Phasianus, Galeno Gallus Sylvestris, Statio Phasidis ales, Scythica volucris Juvenali, Itis quibusdam dicitur. Magnitudo non omnibus eadem. In regionibus Ergimul & Cerguth quæ Magno Chamo subsunt, maximos reperiri Paulus Venetus scribit, cum tantæ prolixitatis cauda, ut decem & octo palmos excedant. Is quem Aldrovandus describit libras tres duodecim unciarum pendebat. *Rostrum* coloris erat cornei, pollicis transversæ longitudine, in extremo recurvum, superius inferiore longius. Membrana carnosæ, qua capiti conjungitur tuberosa, sub qua nares occultantur, instructum. *Caput* in vertice colore cinereo fere micabat; ad latera supra coccineam maculam, & prope rostrum viridi, & admodum vel in sole, vel in umbra varia. Ab utraque capitis parte è regione aurium pennæ, quas Plinius cornicula vocat, elevabantur, sub his caruncula seu musculus qui cornicula illa movent, apparebant. *Aures* erant admodum latæ, profundæ, & rotundæ. *Colli* pennæ infra prope pectus, & pectoris etiam prope collum tribus coloribus variabant, fusco nempe prope radices, dein aureo & viridi; sed viridis nisi complicatis simul pennis non conspicitur, si unicam à corpore ablatam examines,

niger jam apparet, sed & aureus, si pennas invertas splendorem amittit. *Tergoris* pennæ erant totæ ferruginæ ad rufum vergentes, & velut in exigua flamenta desinebant. *Cauda*, quæ organi pneumatici figuram obtinet, duos dodrantes, cum duobus palmis explebat. &c. Fœmina mare per omnia deformior est, Coturnicis fere colore.

Locus ipsis Phasis amnis, unde nomen sortiuntur Athenæus ex Media accerfiri solitas quasi meliores; tradit; in Indiæ hortis cum Pavonibus enutritas Ælianus. In Curiana regione tam numerosi capiuntur ut singuli duabus aciculis venditi fuerint.

In Scandinavia aliquando absque cibo sub nive latent. Fridericus Saxonæ Dux ducentos emissos capi vetuit. *Vicitant* granis, feminibus & baccis. Avena inprimis delectantur.

Coëunt mense Martio & Aprili. Unus mas duabus fœmellis sufficit. Viginti fere ovis, illisque rubris pariendi ordi concluditur. Semel in anno foeticant, & trigesimo die maturos pullos emittunt. Optime Gallinis incubanda committuntur, ut una matrix quindecim ova operiat. Quomodo vero ex Phasiano mare & Gallinis Gallinaceis simul coëuntibus Phasiani procreari possint, docet apud Aldrovandum, Longolius. Interèunt pediculis nisi sepulverent. Pennas dum nimis pinguescunt, si quibusdam credendum, amittunt. Capite in terram immisso, totos se latere existimant; & dum propriam imaginem admirantur prius se capi sinunt, quam aufugere possit.

Quantum ad *usum medicum* non pingues bene purulentis in cibis exhibentur. Vinum in quo unus extinctus est bibitum, torsiones, si Marcello Empirico credimus, tollit. Adeps, tetanicis, marricis suffocationi, & renum affectibus prodest. In *cibis* vehementer laudantur, nec vel Perdicibus vel gallinis domesticis, si pulli edantur, cedunt. Olim inter summas delicias numerabantur, à quibus Ptolomæus abstinebat; at quibus Heliogabalus Leones & alia bruta pascebat.

UROGALLUS major, qui veterum Tetrao Aristotelis Tetrix, ut Gesnero; Agricola, Jovio & Aldrovando placet, à quibusdam cum Otide seu Starda, vel Tarda; à nonnullis cum Ortygometra confunditur; ex Gallinaceorum est genere. Quem Aldrovandus describit, habet *collum* dodrantale, palmis nigricantibus, cinereo diluto colore sparsim notatis. *Caput* nigrum, rostrum breve, gibberum, latum. *Supercilia* & pelliculam circa oculos rubra. *Pectus* & ventrem coloris nigri. *Alarum* pennas longissimos palmorum quinque nigricantes, aut

Locus.
Athenæus
Dipnos. l.
Ælianus
l. 13. de
Animal.
cap. 18.
Martyr. l.
8. Decad.
Ocean.
cap. 1.
Victus.

Generatio.
Pall. de re
rust. c. 29.

Aldrov. l.
13. Or-
nith. c. 5.

Ufus.
Trullian.
lib. 7. c. 2.

Galen. de
ren. affect.
cap. 4.

Philostr.
l. 8. de
vita A-
pollin.
Lamprid.
in He-
liog.
Descri-
ptio.



Vrogallus Maior
Aurhan



Vrogallus seu Tetroa
alvus



Vrogallus minor



Grygallus Maior
Spilhan Gogolhan




Gallina Corjlorum
Hafelhun Rabhun

PLATE XXV

Tringa melanochloros



Tringa melanochloros



Tringa melanochloros



Tringa melanochloros



aut potius fuscas, minores sub alis albis-
fimas. *Poplites* & femora plumis albis, crura
ad digitos usque fuscis vestita. Ex albis in
cauda maculis atas conjicitur, quo majores
sunt, eò pauciores illas habere feruntur.
Reperiuntur qui libras quatuordecim Ger-
manicas: imo & viginti tres Italicas pen-
dunt.

Genera-
tio.

De *coitu* ipsorum mira tradit Encelius.
Ore coire, Gallum sperma ex ore tempore
coitus emovere; Gallinas postquam id de-
glutiverunt, concipere; mox comprimi.
Reliquias rore vel pluvia superveniente,
putrefacta materia, in serpentes mutari,
non superveniente, in gemmam translu-
dam & candidissimam abire, sit penes autho-
rem fides.

Ufus.
Suetonius.

Saporis sunt gratissimi. Caligula sibi eos
immolari voluit.

Urogallum minorem Stumpfius,
Phasianum montanum appellat. A Gesnero
conspectus multo majora supercilia & pel-
licula rubente, quandoque cærulea, quam
Urogallus habebat, Rostrum longitudine
transversi digiti, plumas in vertice nigras.
Collum plumis Indicis, &c. In Septentri-
one, si Olao fides, sub nive duobus aut tribus
mensibus latitant. Capiuntur laqueo, ita ut
collo adstricto suffocentur.

ARTICULUS IV.

De *Grigallis* & *Attagine*.

GRigallus vel *major*, vel *minor* est. Illam
sub nomine Tetracis Nemesianus
Poëta describit, dum ait.

*Et Tetracem Romæ, quem nunc vocitare Taracæ
Ceperunt, Avium est multo stultissima.*

Aldrovandus duplicem tradit descrip-
tionem. *Prima* est illius quia à Medico Cra-
coviensi missus fuit. Erat magnitudine
anserina, rostro nigro adunco, gibbofo.
Capite plano, à rostro ad narium foramina
usque cinereo, nigris maculis consperso.
Reliquum, collum item, pectus, venter, &
coxæ coloris erant ruffi, modo nigris, mo-
do albis maculis aspersi. *Cauda* ruffa, sed
magis quam reliquo corpore ad castaneum
accedens, maculis nigris maximis consper-
gebatur. *Digitis* nudis, cinereis, quatuor
erat instructa. *Oculorum* cilia coccineus co-
lor ambiebat. Tota avis si rostrum more
rapacium & unguis aduncos habuisset, &
parvo fuisset corpore, vel Lithofalcus, vel
Accipiter Fringillarius videri potuisset. *Al-
tera* ex Gesnero desumpta est, cujus Grigal-
lus erat toto corpore Perdices fere, præser-
tim rusticæ instar colorato, & punctis ma-
culisque nigricantibus distincto, ima colli
pars prona intercedentibus lineis ex cæru-
leo virentibus rubebat, in ventre pluri-
mam albedinis conspiciebatur. Propter mi-
rificam colorum varietatem, Attagenem
Alpinum vocare posses. *Minor* perdice est

major, sed eidem persimilis. Creditur à be-
tulæ colore Germanis Birckhun dictus. Su-
preum à betula corticem si detrahas qui
albo subest, in nigroque ruffescit, præci-
puum hujus alitis colorem imitatur. Den-
sa & opaca loca ut bombardarum minas
fugiat petit, ideo sæpe in betuleto latet, &
inde in fata & fæmilia callidissime excurrit.

ATTAGEN, Perdix Asclepica qui-
busdam inter pulveratricis ab Aristotele
ponitur; quod inter palustres ab Aristoteli
& ejus scholiaste, vel error est, vel
ideo factum, quod interdum ex mon-
tibus ad loca vicina descendat ibidemque
moretur; vel illa, nisi Turnetus fallit, in-
telligenda est, quæ ad ripas fluminis mor-
ratur. Gallinagini ita similis est, ut nisi
paulo major esset, & pectoris color magis
ad cinereum vergeret, altera ab altera dif-
ficulter distingui posset; rostrum habet
longum, sed capta triticum non secus ac
columbi comedit. Quantum ad vete-
rum *descriptionem*, Alexander Myndius,
perdice paulo majorem, totum circa dor-
sum *κατάσπαυον*, id est versicoloribus ma-
culis pictum, figulinæ testæ colore, sed ma-
gis ruffum, corpore gravi, alis brevibus fa-
cit. Quantum ad Recentiorum, Gesnerus
Attagenem Corylorum Gallinam esse pu-
tat. Bellonius suum Anati campestri, quem
eoturnicibus bene maculatis comparat,
similem esse scribit. Julius Alexandrinus
genus quoddam longiore collo & cruri-
bus, plumis non iisdem macularum notis
distinctis, ex Hispania allatum se vidisse re-
fert. Florentiæ observatus rostro nigro
sed in extremo rubescente, oculi pupilla
nigra, iride cinerea, maculis per ventrem
albis, dorso ferrugineo, nigris maculis in-
signito, pedibus ferrugineis. Aldrovandus
avem ex Sicilia montibus allatam pro At-
tagene ponit, quæ magnitudine & toto ha-
bitu ad Phasianum accedit. Rostrum ha-
bet breve, nigrum, & in acuto recurvum.
Colorem totius varium. Caput inprimis
aspectus pulcherrimi, cristam in medio
vertice erectam, subluteam, nigris & albis
maculis variegatam. Pupillam oculorum
nigram, iridem luteam, supercilia ex pel-
licula coccineo colore rubente. Sub rostro
& gulæ principio ceu barba ex tenuissimis
plumis dependet. Collum est longiuscu-
lum, & ad corporis habitum assimilatum,
tenue, & exile, cinereum, maculis albis
nigris conspersum. Pedum digiti anterio-
res longi, posterior brevis, singuli adunco
hamo armati.

Loci si ratio habeatur, nulli sunt in Cam-
pania, quod ibi aconitum, quo purgan-
tur, non proveniat. In Creta non nisi in Cy-
doniatarum regione. In Cypro etiam do-
mi aluntur. In Rhodo & Jonia laudatissimi
habentur, sed & in Hispania Pyrenæis, Ar-
vernien-

Descri-
ptio.
Arist. H.
A. l. 9. c.
49.
Aristoph.
in Avi-
bus &
vestis.
Bellonius
l. 5. de A-
vibus c. 6.

Bellonius
l. citato.

Jul. Alex.
l. 13.
salub. c. 5.

Aldro-
vandus
lib. c.

Locus.
Ambr.
Leo Pro-
blem.
343.
Plin. H.
N. l. 8.

Aldrov.
Ornithol.
l. 13. c. 9.

vernienfibus Gallia & Alpibus reperiuntur.

Vetus.
Athen.
lib. 9.
Dipnof.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 48.
Æl. H.
A. l. 15.
cap. 27.

Vicitant granis & frugibus. Loquuntur nomen fuum qua poffunt voce, & decantant. Vocales capti, obmutefcunt, fi Plinio & Æliano credimus: in fuas fedes dimiffi *ἐν τοῖς φθίζμασι ἐπὶ τῶν παρρησιῶν* recipiunt. Ex Lydia in Ægyptum aliquando deportati, & in fylvam dimiffi, coturnicis primo vocem emifere, pofft *τῆς τοῖς κωνοῖς τῶν ἀνα* explanatiffime protuliffe finguntur.

Affectus.
Ælian. de
Anima-
lib. 1. 6.
cap. 45.

Amant cervos & dorfis illorum infiliunt. Cum Gallinaceis vero inimicitias exercent. Caro in *Cibo* eft laudatiffima, feu fanguinis optimi generationem feu excrementi paucitatem, feu concoitionem alimenti attendas. Candida eft, tenera, & fibrif profus carens. Conceditur purulentis à Traliano; Nephriticis à Galeno. Cerebrum genituram augere Avicenna reliquit.

ARTICULUS V.

De Gallina Corylorum.

Descriptio.

Gallina Corylorum Alberto Bonafina & Orix, Longolio falfo Otis, Bellonio Gallina rustica M. Varronis, aliis Perdix montana & Sylvatica dicitur. Caput ipfi & rostrum ex descriptione Bellonii & Gefneri, eft instar Perdices, rubet in fuperciliis. *Dors* pennarum superiores Ascolopacis fimiles: sub ventre è regione ventriculi albefcunt, nigro maculata, in utroque latere sub alis. Remiges alarum ad instar Aluconis maculantur. *Cauda* grifea, in extremitate alba, deinde nigra ad pollicis magnitudinem; macula, qua superiores pennarum quæ cæteras tegunt, carent, tincta, cætera colli Tetraonis colore. *Tibiae* plumis ad digitos ufque teguntur, quæ villos leporinos fere referunt. Digitum pedum corticosi, squammofi, glauci, multis lineis articulati. Aldrovandus fusca maculae meminit, è qua ejusdem coloris tenues quaedam pennarum ceu villi dependentes, tanquam barbam efficiunt.

Locus.

Reperiuntur in Hercynia fylvia; sed & circa radices Alpium, ubi Coryli & rubi abundant. Iis enim infident, rapacium volucrum infidias magis timentes quam hominum astum.

Vetus.

Vefcuntur granis, sed inprimis julis seu nucamentis, quæ piper longum referunt.

Generatio.

Pullos educatos extra locum educationis ipforum abducunt: illi vero bini, mas & foemina aliorum se conferunt.

Ufus.

Cibum suppeditant laudatiffimum, & caro earum quatuor diverfis coloribus fecundum Gefnerum tingitur, fecundum Albertum foris eft nigra, intus alba. Mulieres quaedam pennis certo tempore decerpitis, adverfus uteri suffocationem, utuntur. Stumpfius Epilepticis falubres tradit.

Gefnerius.

Hippiatri tres quatuorve earundem ventriculos una cum cibo in eis contento, equis asthumaticis devorandos, dari præcipiunt.

ARTICULUS VI.

De Otide sive Tarda.

Otum & Oridem ex veteribus Aristoteles, Athenæus, Plinius & Oppianus confundere; Starnam & Stardam seu Tardum ex recentioribus Conciliatoribus rapacem Albertus facit, & Bistardam vocat. Tetraoni congenerem non esse, quod ex Plinio Bellonius opinatur, vel peculiaris pedum constitutio, trydactilos enim est, evincit.

H. N. lib.
10. c. 22.

Quantum ad *Formam* fidipes est Athenæo, tribus infistens digitis, magnitudine Gallinacei majoris, capite oblongo, oculis amplis, rostro acuto, lingua ossea, gracili collo. Bellonio & Gefnero, crassior est & validior, gravis, tredecim cum dimidio libras interdum pendit. *Caput* habet inconcinnum, cinerei cum collo, & ad ventriculum usque procedentis coloris. *Rostrum* robustum valde, *linguam* ferratam, utrinque acutam, & in extrema duram. *Meatus* auditorius adeo patulus, ut extremitas digiti immitti possit. Si introspectas duo apparent sub plumis anfractus, unus rostrum versus, alter recta ad cerebrum vergens. *Pectus* crassum ac rotundum, cum ventre & cruribus quatenus plumis vestiuntur ad media usque femora albicans. *Dorsum* castaneis ac subnigris maculis respersum. *Alarum* pennas majores candidas, circa finem nigras. Pennarum radices rubras. *Caudam* pennis ruffis, cum tenuis quibusdam & maculis nigris superiore interioreque parte albis ornatam. *Tibiae* pollicem crassas, medium pedem longas, squammofas. *Pedes* admodum crassos, sub quibus talus magnus instar muscoli conspicitur. Digitos pedis utriusque contra reliquarum avium morem ternos tantum. *Interiores partes* si spectes, *ventriculum* habet magnum, in quo interdum calculi albi inveniuntur, in extrema gula ante stomachum partem capaciore ex multis rotundis carunculis compactum. *Intestinis* diductis & extensis id quod à fundo ventriculi ad alvum recta procedit, dodrantum est septem cum dimidio, appendices vero duæ ab alvo retrocedunt; quarum altera tenuior est tres dodrantes longa; altera amplior, duos cum dimidio; tres vero isti meatus juxta alvum in unam capacitatem conveniunt.

Descriptio.
Athen.
Dipn. l. 9.

Bellon. l.
2. de Avibus c. 1.

Gefner. in
Ornith.

Locus.
Aldrovandus
Ornithol.
l. 13. cap.
12.
Pausan.
in Phoci.
cap. 11.
Plin. H.
N. lib.
10. c. 22.



Hafelhun

Atagen



Otis Cum Cicere Arietino



Otis Trada
Trab Gans

Avis Stellata Stella Stern Vogel




Charadrius



Oedienemus Trich



Tab. 101





Galgulus



Attagen seu Perdix
Rebhun



Carijocactes
Nusbicker



Pica Caudata
Elster Atzel



Coturnix Wachtel



Ortygometra Wachteln
Konig



Rusticula minor
Grafschnepf



Mos Kuw



Capella Kyuits



Merops Seeschwab



Upupa Kothan

Widhopff



Angascher Luchs
Rabbin

Columba

For Cuckoo
Eifer Luch

Curvirostris
Lafche

Orpingtons
Raupe

Carolinus
Wachtel

Ruffinck muer
Grafhoy

der Luch

Capelle
Raupe

der Luch

Lafche

der Luch

Hector.
Boëtius
in Hist.
Scotica.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 23.

Viētus.
Longol.
Dial. de
Avibus.
Genera-
tio.

Ariff. H.
A. l. 6.
cap. 6.
Volatus.
Xenoph.

lib. 1.
ἀναβάσεις.

Affectus.
Ælian.

lib. 2. de
Animal.

cap. 28.
Plut. de
Solertia

Animal.
Oppian.

lib. 3.
Ælian.

l. 6. de A.
nimal.

cap. 24.
Idem lib.

5. c. 24.
Ufus.

Athen. in
Dipnos.

Demetio
l. de Ac-
cipitrum

cura.
Alex. lib.

13. de
Sabba

cap. 5.
Plinius in
H. N.

tiæ nascuntur, & in Britannia magno sunt numero, & in Belgium sub autumnum gregatim advolant, ibidemque in agris procul ab urbibus dissitis morantur, nihil de Polonia dicam. Falsum itaque cum coturnicibus quod à Plinio traditur, quæ ab eo tempore Italiam deserunt, avolare. Arboribus nunquam insident, nec aquas nisi eas, quas post pluvias in camporum foveis relinquuntur, fitis sedandæ causa, frequentant.

Vescitur frugibus sed & herbis, ut auricula muris; & rapis ventrem implet.

Nidificat in terra, tricenis diebus incubatum absolvit, & parit cum matura seges est.

Volatu est propter corporis pondus admodum brevi & tardo, & capitur manu, si quis celerius instet.

Amicitiam cum Equo colit, huic appropinquare & simum dejicere gaudet, ita capitur. *Inimicitiam* vero cum vulpe & cane exercet. A vulpe inversa in terram abjecta, caudamque ut collum avis extendente, capitur. *Humilitatis* ob ponderosam corporis molem sibi conscia, simul ac canes latrantes audiveris, *confugit*.

Usum & in *Cibus* & in *Medicina* præbent. In *Cibus* caro Xenophonti apud Athenæum suavis, à Demetrio Constantinopolitano Accipitribus tanquam suavissima præscribitur. Julio Alexandrino quamvis nigra & durior, valenter tamen alit; si vel exquisitam in ventriculo concoctionem adepta fuerit, vel captæ & jugulatæ durities demetur.

In *Medicina*. Nam adeps apud Phryges & Lycaones mammis puerperio vexatis applicabatur. Fimi usum Avicenna contra impetigines prædicat. Ova eodem teste capillos nigro colore tingunt. Piscatores repræsentatis ex ipsarum pennis muscis, piscibus insidiantur.

ARTICULUS VII.

De Anate Campestris & Ave Stella dicta.

ANas Campestris propter consimilem digitorum numerum Otidi succedit. Bellonio Anas Campestris, Canne Petiere Gallorum: & Tetrax, & Galliæ peculiaris esse creditur; à rusticis Gallis Oliva dicitur. Ex ejusdem descriptione, est Phasiani corpulentia, *Capite*, si crassitiem demas, Coturnicem; *rostro* quod nigrum pullum gallinaceum refert. *Dorsum* tribus aut quatuor coloribus, nempe flavo tendente ad rubrum, subcinereo, & rubro intermixto variegatur. Quatuor pennæ alarum in superiori parte in extremitatibus suis nigrescunt. *Pectus* alba torquis juxta ingluviem circumdat. Radices omnium plumarum

rubræ sunt & sanguineæ. Tres duntaxat in pedibus *digiti*. Omnia intus in avibus granivoris communia.

Vescitur granis absque discrimine omnibus, nec non formicis, scarabæis & muscis. Quamvis color colli & capitis semper idem non sit, & in hoc maris à fœmina differentia consistat; dorsum tamen & alæ nunquam colorem immutant.

STELLA tribus quoque digitis incedit. Totum corpus, si ventrem & caudam & alas majores excipias ex albo, luteo, & nigro ita variegatum est, ut qui color superet difficile sit judicare. *Rostrum* est longiusculum, in extremitate parum recurvum, nigricans. Venter & coxæ candicant. *Cauda* maculis nigris plurimis, quarum binæ transversales insigni sunt magnitudine, consperguntur.

ARTICULUS VIII.

De Oedienemo Bellonii, & ejus congeneri

Aldrovandi.

AVis, quam Bellonius Oedienemum à tiliarum infra genu propter os quod valde crassum est, qua nota vel sola agnosci potest, singularem crassitiem, vocat; magnitudinem habet Elori, *rostrum* longiusculum, in extremo nigrum & flavum qua capiti jungitur. *Alis* intus albis, extra nigris Otidem, *dorso* Attragenem refert. Coloris enim est fumosi, maculis nigris per longitudinem ductis variegati. *Digito* habet in pedibus ternos, *tibias* ut supra. Tarde parit; & ineptæ ad volandum, sub finem mensis Octobris repertæ sunt. Huic respondet illa quam sub *CHARADRII* Aristotelici nomine Gesnerus descripsit. Gallinæ parvæ aut columbæ ei magnitudo. *Rostrum* longiusculum, anterius nigricans, posterius flavescens, extremis partibus inferiore & superiore leviter decussatis. *Penna* in collo, capite, & pectore maculosæ, posteriore colli parte ad fuscum tendente; in dorso & alis fuscæ, maculis quibusdam ruffis insignitæ. *Crura* oblonga, coloris sublutei. *Digiti* terni, brevibus interiore parte membranæ juncti. *Ungues* brevissimi & mutili. *Degit* in pratis palustribus: & aliquando in lacu Tugurinensi glacie adstricto manibus se capi permittit.

Vicitat muribus quos, de nocte venatur.

Vocem tanquam fistulæ edit. Domi inclusa subinde ambulat, aliquando in orbem ad multum tempus, circa columellam aut aliud quidpiam; aliquando recto tramite; & si quid impedimento fuerit, transilit potius, quam à via recta deflectat. Oculos etiam si digitos admoveas, non claudit.

Addit Aldrovandus aliam Oedienemo

Viētus.

Descri-
ptio.
Bellon.
l. 5.
de Avib.
cap. 5.

Gesnerus
in Ornith.

Viētus.

Vox.

congenerem. Crassitie corporis & pedum constitutione Otidem refert. *Rostrum* habet superius & inferius æquè longum, rutilum, rictu amplissimo, naribus valde, ut in Anserè patulis. Caput, cervicem, dorsum, caudam, & alas, ex flavo & castaneo elegantissime diluta & maculata. Ventrem totum, & femora, intus candida. Gulam & pectus albicantia, intercurrentibus maxime in pectore, maculis. Tibias si digitos pedum compares longissimos.

ARTICULUS IX.

De Perdibus in genere.

Perdix, Græcis *περδιξ* & *περδιον*, Creten-
sibus *περδιξ*, Pergæis *Περδιον*. Hesychio
dicitur. Quo nomine nostra ætate
hæc avis indicetur, non satis est
compertum. Perdices rufum, veterum
minorem vulgarem Perdices esse placet
Turnero; sed *rostrum* illius cinnabarinum
non admittit. Quidam apud Longolium
Otidem cum Perdibus confundit. Bel-
lonius ex eo quod Aristotelis Perdices
cum aliis avibus modo magnitudo par sit,
coire scribit, Coturno Græcorum, qui cum
Gallinis rem habuisse visus est, id nominis
imponit. Aldrovandus cui Coturnus, &
Coturnix, magnitudinem quæ pro diversitate
terrarum variat, (sunt in Allobrogibus
Perdices mediocri pulso non minores,) si
excipias, eadem; Coturnicem, Perdices
rufam esse sentit, & Perdices minores
ab Athenæo appellatas, easdem cum
Avibus novis Plinii esse, & Starnas tan-
quam externas vocari contendit; Rusti-
culam autem Plinii, quam Dalechampius
& Suesanus Perdices minorem esse cre-
dit, Gallinagini quam Ascolopa seu Scolopacem
Aristoteles vocat, ex descriptionum
tollatione accenset.

Genera ipsarum sunt plurima. Strabo In-
dicos vulture & Anserè majores tradit. De
Græca seu majore ruffa aliquid diximus.
Ælianus Syroperdices vocat avem, per-
dices minorem & nigram, rostro ruffo, man-
suescere nesciam, quæque circa Antio-
chiam Pisidiæ lapidem exest, & conficit.
Idem Perdices Cyrrhæos vocat, qui neque
ad certamine valent, neque pulchre canta-
re sciunt, & allio vescuntur. In Chio insu-
la sunt rubræ, Gallinæ magnitudine. In
Ægypto cineræ, alibi albæ. Apud Tro-
glodytas Gallinacæ magnitudine, rostro
& cruribus seu fuscis seu luteis. In regno
Barnagassi, quædam Caponum magnitu-
dine, pedibus & rostro luteis, minores Gal-
linis, alias pedibus & rostro purpureis, non-
nullas rostro & pedibus cineris. In Hispa-
niola diversicolores, suavissimi saporis. In
continente, si Oviedo credendum, Hispani-
carum Gallinarum magnitudine, duplici

pulpa, alia alteri substrata, eæque tantæ mo-
lis, ut unam ne insignis quidem helluo ab-
sumere queat. Colore sunt in pectore, alis
& collo cinereo. Ova ponunt ovorum no-
stratum Gallinarum magnitudine, colore
lapidem cæruleum æmulante.

Quantum ad *internam constitutionem* bina
habere in Paphlagonia corda, falso forte,
prodidit Teophrastus, hybernis mensi-
bus nullos habere, testes eadem fide alii. In-
gluviem ventriculo in ipsis præjacere ap-
pendices non superne ut piscibus, sed in-
ferne ad extrema intestini haberi, cum
coeunt turgidos valde testes obtinere; ve-
rissime Aristoteles prodidit.

Loca si quæras, In Hibernia & Lemnio-
rum insulis nullæ sint, si Botero & Liberali
credimus, nec minores in Creta, ruffæ in
Belgio raræ. A duabus in Anapheu insu-
lam immisissis, tanta vis procreata, ut in-
colæ de loco deserendo cogitent. Apud
Tarnassaros, Æthiopus, Samios, Creten-
ses, &c. eximia ipsarum fecunditas. In in-
sula Caprea adeo pinguescunt, ut adipem
eximant incolæ, & in futura convivia ser-
vent. Quæ in Bœotia, fines in Atticam non
transvolant, si Athenæo fides, & si forte
aliquo migraverint, voce ab indigenis di-
gnoscuntur.

Vescuntur limacibus, unde ibi nulli, ubi
Perdices, in Sciatho insula cochleis, allio,
quod de Cirrhæis Ælianus prodidit; Sa-
bulo, granis & aliis. Pamphagam esse su-
spicis.

Libidinis sunt profusissimæ, unde falaci-
tatis venereæ Symbolum. Sane *Mares* non
tantum visis fœminis, sed & voce illarum
audita, semen emittunt, ex animi forte
impressionem. Nam & si speculum contra
eos posuerimus ad imaginem suam accu-
rentes idem faciunt. Idem, si Alexandro
Myndio credendum, hiantes coeunt, &
toto coitus tempore lingua exerta volant.

Nata jam ova, ne circa pullitei educa-
tionem occupatis fœminis, earum societa-
te frustentur, frangunt, in aucupantes in-
terdum Veneris impatientia ruunt, & ca-
pitibus ipsorum insident. si fœminarum
copia non detur, vociferantur & pugnant
inter se. Victum ajunt Venerem pati, &
quidem tamdiu donec ipse alterius victor
evaserit, quin in proprios pullos idem sce-
lus committunt, eosdemque simul ferme
ac exclusi sunt, subagitant, nec Gallinaceo
parcunt generi, ex quorum cum Perdici-
bus congressu, tertium quid progigni Ari-
stoteles reliquit. Nec remissior *Farnella* fa-
lacitas. Si contra mares steterint, aura ab
his flante prægnantes fiunt. Hiantes per
tempus exerta lingua æstuant, concipiunt-
que supervolantium afflatu, sæpe voce
tantum audita masculi. Adeoque vincit
etiam libido fœtus charitatem, ut illa furtim

& in

Athen.
lib. 9.
In Dia-
logo de
Avibus.
Bellon.
1. de Avi-
bus c. 13.

Scaliger
Exerc.
236. l. 3.

Athe-
næus
Dipn. l. 9.

Genera.
Geo-
graph.
lib. 17.
Ælian. l.
17. de
Animal.
cap. 17.

Athe-
næus
H. A. l.
4. c. 13.
Athen.
lib. 9.
Dipnos.
Nicol. de
Nicolais
lib. 2.
Itin. O-
rient. c. 8.
Scal. Ex.
236. 13.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 35.
Ælian. de
Animal.
l. 16. c.
15.
Arist. H.
A. lib. 3.
cap. 1.
Arist. H.
A. l. c.
ult. Arist.
H. A. l.
3. cap. 1.

Athe-
næus
l. 9. Dipn.

Vicius.
Arist. H.
A. l. 9.
cap. 37.
Athen.
lib. 9. c. 4.
Æl. H.
A. l. 4. c.
13.

Scalig. in
Arist. de
plantis.
*Genera-
tio*.
Athe-
næus
Dipn. l. 9.

Ælian. l.
2. de
Anim.
cap. 5.

Arist. H.
A. l. 9.
cap. 8.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 33.

Ælian. de
Animal.
lib. 10.
cap. 47.

Arist. l. 2.
de Gener.
cap. 2.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 33.

Athe-
næus
Dipn.
lib. 9.

& in occulto incubans, eum sensit foeminam aucupis accedentem ad marem, recanat, revocetque & ultro se præbeat libidini; quod tamen Plutarchus inficiatur. *Nidum* cæterarum avium more non exstruunt, sed partui vicinæ aream seu receptaculum è festucis substernunt, idemque spina & frutice; tum ut contra feras abunde valentur; tum ne ova à rore decidente vel imbribus & sic infœcunde evadant, afficiantur, muniunt, nec in quo loco peperere incubant. Septem vero diebus nidum contextunt, septem in pariendo consummunt, septenos pullos enutrient, si *Æliano* credimus: *Ova* bis quotannis ponere *Albertus* dicit; decem, sæpius quindecim & sedecim, illaque seu alba, seu ovis columbæ similia, alii addidere. An utraque *Perdix incubet*, ab aucupibus inquirendum est. *Exclusionem* quod spectat, pullos moræ impatientes, occupatis spatiis sponte erumpere pertusisque ovis, ubi primum caput exeruerint, pedesque protulerint, reliquo corpore adhuc adhærescente, procurere, sibi que cibum ductu matrum inquirere, ajunt. Sane more Gallinarum, plumis obvestiti, in agros ubi messis stetit, deducuntur, quod mater suo volatu iis cibum subministrare nequeat. *Vitam* ad quindecim vel sedecim annos extendunt, quod ad vigesimum quintum pervenire, apud *Aristotelem* legimus, mendum est. *Olfactus* ipse exquisitus.

Volatus ob corporis gravitatem & brevis & humilis; velox tamen & impetuofus, hyberno tempore gregatim, verno, cum proli student, binæ tantum volant. In *Bœotia* sui cum volant non esse juris, sed in ipso aère, quas transire non audent, metas habere, inde ultra notatos jam terminos nunquam exire, nec in *Atticum* solum transmeare, *Solinus* fabulatur. *Vocem* non eandem habent. *Bœoticas* exili voce uti ajunt. *Athenis* circa *Corydalum* pagum oppidum versus caccabant, ultra vero *Helioscopi*. *Hefychius* *κακίαν* scribit; *Ælianus* quasdam vocis contentione & cantu valere ait. Ex ipsarum cantu certissimum jam appropinquantis diei signum, sed falso asserit *Bellonius*.

De *Pugnacitate* earum quædam produntur. *Alexander Severus* *Perdicum* & *Cattulorum* certamine sese oblectabat. *Cyprii* easdem ad ejusmodi certamina enutriunt. Apud *Gesnerum* è *Sedunis* allata, felem mordebat. *Pugnant* & inter se cum gregatim per nemora pascentibus, foemina ceu futuri certaminis spectatrix sese offert, & nisi victori copiam sui faciens.

Victus nunquam in conspectum prodit. *Pulli* cum primum ad coitum educuntur, sua cute armati, quam vel ad arbores affricando, vel luto oblinendo, asperam red-

dunt, pugnant. acuitur pugnacitas, si *trichomannes* & *polytrichum* in cibo offerantur, si *Liberali* credimus.

Sed & singulari pollere *Perdices ingenio* certum est. Si ad nidum cœperit accedere aiceps, præcurrit ad pedes foeta, prægravem aut prælumbem sese simulans, subitoque in procursu aut brevi aliquo volatu cadit, fracta aut ala aut pedibus, procurrit iterum jam jam prehensurum effugiens, Spemque frustrans, donec in diversum abducatur à nidis. Eadem pavore libera, & materna vocans eura, in sulco resupina, gleba se terræ pedibus apprehensa, operit. *Discunt* & *pulli* astum, & quamprimum hominem adesse sibillo significavit mater, *supini* se collocant, & corpus quisquiliis tegunt. *Nec* deponit has venator fraudes. *Ante* retia propositus, cantum ad pugnam lacescentem orditur. *Sylvestribus* ingruentibus pedem refert, ipsi in laqueos incidunt. *Nolo* sermoni humano enunciando aptos dicere, quod aliqui ex scriptoribus innuere, & latiuscula earundem lingua suadere videtur: *Non* caret tamen fide, interdum ita cicurari posse, ut, cum *Gallarum* domesticarum cohorte promiscue habitent, quod apud *Aloysium Mundellam* factum; domi educatæ, ad montes interdum victum inquirendi ergo sub custodibus dimittantur, sibillo revocatæ sub vesperam redeant, quod *Nicolaus* à *Nicolais* in *Chio* insula communiter fieri prodit; & ab homine de loco in locum ad quatuor millia, ita ut ille terra iter faciat, istæ per aërem volent, quiescente quiescant, ducantur, quod in *Ponto* visum, *Odoricus de Foro Julii* tradit. *Ova* deperdita per alterius matris damna, ut adoptione alienæ sobolis suæ orbitatis incommoda reparent, resarcire; *Natos* in campos eductos, ut fuerint materna voce commoti, ovorum genitricem petere; ubi sensere medicamentum lætale parari, vociferari. *Cirr hæas* seipsas, ut ab aucupibus spernantur emaciare: porro ad vocem sonoram conciliandam uti; vulneri ori anum, mansum imponere; *lauri* foliis annum fastidium purgare; *arundinis* lecta, & seu comesta, seu in nidum imposita coma, oculorum fascinationemvertere, adductorum *Authorum* fide refertur.

Usus *Cirr hæarum in cibo*, nullus aliis enim vescuntur: nostrates laudem apud omnes, *Martialem* si excipias, muruerunt, qui pullos veteribus, alas reliquis partibus præferunt. *Fuere* & exta & ova in usu. *Helio-gabalus* *Palatinis* ingentes dapes iis refertas exhibuit. *Sed* nec *Medicina* illis destituitur. *Caro* *Elephantiacis*, lue venerea affectis, fluxu alvi laborantibus prodest. *Medulla* & *cerebrum* cum vino, *ictericis*; *ventriculus* ex vino nigro

Plin. l. c.
Ælian. l.
3. c. 16.
& l. 10.
cap. 35.

l. 17. de
Anim.
cap. 15.

Arist. H.
N. l. 9.
cap. 8.
Ælian. l.
10. de
Animal.
cap. 35.

Ælian. l.
4. de A-
nim. cap.
12. l. 10.
Variæ hi-
sto. c. 3.
Athen.
Dipnof.
lib. 9.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 33.
Arist. H.
A. lib. 9.
cap. 7.
Volatus.
Ovid. l. 8.
Meta-
morph.

Polyhist.
cap. 12.
Athen.
lib. 9.

Æliana.
l. 4. de
Animal.
cap. 13.
l. 5. de
Avib. c.
14.
Pugna.
Lampid.
in Severo.
Lufigma-
nus in
hist.

Vitæus.
Ælian. l.
4. de A-
nim.
cap. r.

Lieralis
in cong.
mit. nar-
rat.

Ingenium.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 33.
Arist. H.
A. lib. 9.
cap. 8.
Ælian. l.
3. de A-
nim. c. 16.

Plut. de
folercia
Animal.

Status
lib. 2.
Sylv.
Athe-
naeus
Dipn. l. 3.

Aldro-
vandus l.
13.
Ornithol.
cap. 16.

Nicol.
lib. 2.
Navig.
Oriental.
cap. 8.

Cassiodr.
var. l. 2.
Ætius l.

13.
Ælian. l.
4. de
Anim.

cap. 13.
Arist.
lib. 2.

Problem.
lib. 39.
Ælian.

lib. 5. de
de Anim.
cap. 46.

Plinius in
H N.
Ælian. l.

1. de A-
nim. cap.
35.

Idem lib.
4. c. 13.
Usus.

Lamp. in
Helio-
gag. Car-
dan. in

Comm.
in Apho-
ris. Hip-
pocr. l. 3.

de diae-
ta.

Plin. H.
N. l. 30.
cap. 6.

Idem l. 16. c. 18. Galen. l. 10. de simplic. Dioscorid. l. 2. c. 72. Plin. lib. 30. c. 14.

nigro iliatis; jecur aridem comitali morbo laborantibus, sanguis suffusioni oculorum; fel in hebetudine visus, & albuginibus cum melle commistum; pennæ combustæ ad uteri strangulatum; ova ad lactis copiam, facere creduntur.

ARTICULUS X.

De Perdices in specie.

PUNCTUM I.

De Perdice Græca Bellonii, Perdice ruffa. Cinerea & Damascena.

Bellon. l. 5. cap. 13.

PERDIX GRÆCA crassa quoque & Coturnus ex descriptione Bellonii dicitur. Nostratibus duplo crassior est; rostro pedibusque rubris, maculis ad anteriorem ventriculi partem eisdem quibus rostra resperfa, mediocris Gallinæ magnitudine. Frequens est in rupibus Colmensibus, insulis Cycladibus & Cretæ maritimis. Vox nostrarum voce major, coitus in primis & partus tempore. Nidificant sub dio mense Majo. Ova edunt sub aliquo magno lapide octodecim, quandoque sedecim, ovis Gallinæ similia, minora, alba, maculis subrubris exiguis resperfa, usui peridonea, sed quorum vitellus non congelatur.

PERDIX RUFFA sive major, columbam exprimit, rostrum habet Cocci colore, pedes minus rubent. Color cinereus per dorsum, pectus & caput decurrit. Oculorum palpebræ in marginibus rubent, ab iis linea nigra retro per collum tendit, inde reflexa per pectoris partem supremam sæpe circumlocum facit: quod intra eam est albicat.

PERDIX CINEREA, seu minor, Græcis ignota, ex descriptione Gesneri, coloris est varii, nec descriptu facilis. Rostrum subfuscum. Caput è ruffo fuscum; synciput, partes circa oculos, proram capitis simpliciter ruffa: collum & pectus cinerea, exiguis maculis nigris quasi per versus, crispas & undantes, interstincta: Dorsum, caudam & alas varios colores præ se ferendo, crura ex fusco albicantia. Gregatim volat, vere vero bimatum.

Perdix quæ sub DAMASCENÆ nomine Aldrovando transmissa est, brevitate & crassitie corporis ad Perdices accedit, minor tamen est, rostrum habet prolixius; pedes quodammodo luteos. Nec tamen Æliani Syroperdix est, etsi magnitudine respondeat. Nec enim est nigra, neque rostrum habet ruffum, inmo illa mansuescit, cum hæc semper in feritate perseveret.

Æl. H. A. l. 16. cap. 7.

PUNCTUM II.

De Perdice alba, seu de Lagopode.

PERDIX alba, Lagopus à pedibus leporinis & villosis; Aristoteli, qui nullum animal præter unum leporem pedes villosos habere scribit, incognita; Hesychio & Phavorino *Λαγώπιδος*. Horatio Lagois, nisi fortè piscem Romæ rarum & ideo carum, quod interpretes volunt, intelligat; aliis Perdix petrosa dicitur.

Arist. H. A. l. 3. cap. 12.

Horat. l. 2. ferm. Satyra 2. Aldrov. l. 13.

Duorum autem sunt Generum.

Prius est columbarum magnitudine, tanti candoris, ut à venatoribus hoc solo, quod nives superat, visu deprehendatur, pedes tamen & rostrum nigricant, supercilia in mare inprimis rubent: collum maculis quibusdam nigricantibus perspergitur, & radices pennarum nigrescunt.

Ornith. c. 21.

Genera. Plin. H. N. l. 10. cap. 48. Scalig. Exercit. 59. Aldrov. lib. cap.

Alterum nomine eodem à coturnicibus magnitudine tantum differens croceo tinctu; quod Aldrovandus Perdices Bellonii Damascenam, seu Syroperdicem esse credit. Dorsum & colli colore Gallinaginem æmulatur. Alæ quæ corpori junguntur, albas, fuscas & fulvas pennas habent; decem remiges cinereæ sunt; pars interior & venter albescent, & torquem in pectore rubro, fulvo, flavoque coloribus constantem habent.

Describit & Gesnerus aliud, quod per æstatem fulvescere, & ne per hyemem quidem albescere dicitur.

Gesner. in Ornith.

Reperiuntur Lagopodes in Alpibus, & Pyrenæis montibus inque summis jugis imminetibus ei valli cui nomen Arbusi, qua fauces aperiunt, iter. Ita vero frigore, nive, & glacie delectantur, ut ubi locis inferioribus liquantur nives, altiora & soli averfa prosequantur loca, in quibus nix perennat.

Locus. Plin. l. c. Scal. l. c.

Vocem edebat, quam Gesnerus describit, cervinæ non dissimilem.

Vox.

Naturam si spectes, non extra terram, in qua nascuntur, iis vesci facile; quando nec vivæ mansuescunt, & corpus occisarum statim marescat. Latent quidem homine conspecto; eoque dissimulato sese motu prodere cavent, tanta iis fallendi similitudine nivi fiducia; sed tantæ etiam simplicitatis sunt, ut à venatoribus dispositam lapidum seriem transire non audeant, sed secundum illam, quasi secus murum insuperabilem decurrentes in decipulas incidunt.

Ingenium. Plin. l. c.

Stumpf. apud Aldr.

Ufus earum & in cibis est. Præcipua sapore esse Plinius dicit. Saluberrimas teste Scaligero Norici credunt gustu, subamaras Gesnerus reliquit.

Ufus.

Scaliger Exerc. 59.

NB. Perdices Indicas vide in Mantissa. N. 8.



Perdix rufsa



Perdix cinerea graw
Rephun



Perdix Damafceaa



Lagopus Schneehun
Steinhun



Lagopus altera



Coturnix mas



Ortygometra wachtel
Konig



Hortulanus mas
Brach ahfel




Hortulanus famina



Hortulanus Congener

Tab. 100



ARTICULUS XI.

De Coturnice Latinorum.

Genera.

Arist. l. de colorib. Cromerus l. 1. de Polonia. Plin. H. N. l. 10. cap. 23. Athen. lib. 9. Aristot. in Physiogn.

Arist. H. A. l. c. Athen. l. 9.

Gal. l. de promiscua doctrina. Athen. l. 9. Joseph. Antiq. l. 13. c. 1. Procop. l. 13. de bello Vandali-co.

Polyhist. c. 18. Plin. H. N. l. 10. c. 23.

COturnix Græcis antiquis ὄρνις, modernis ὄρνις & ὄρνις. Villa-novano, Quisquila, Gasio Quaquila dicitur. Unum duntaxat ipsarum observatum genus. Vifa tamen & Alba, si Aristoteli credimus; & in campis Russicis & Podolicis virentibus pedibus, quarum usus spasmodum inducat, inveniuntur. Notæ quas suis veteres tribuunt, & in nostris reperiuntur. Parvæ sunt, pedes fissos, & pinnas duras habent. Theophrasto forte Perdices nanæ dicuntur. *Mas* & *Fœmina* distinguuntur, quod Fœminæ totus color quodammodo testaceus superius ad cervicem, dorsum, caudam & alas, ad mentum & pectus subluteus; ad ventrem fere albus. A rostro ejus supra oculos & aures linea insignis longitudinis alba, circulares aliquot maculas habens excurrit. Cauda pro proportione major est. In *Mare* rostrum magis nigricat. Supra illud capilli quidam extant. Collum lineolis albis intercurrentibus rufescit. Pedes minus lutescunt; digiti vero eorum ita constituti sunt, ut medius primo & tertio longe major sit, posterior quem pro calce habet, longe exiguus. In *internis partibus* singulare quid obtinent. *Ossa* ipsis dura & solida. *Ingluvies* & gula prope ventriculum ampla & lata. *Cor* ἰσχυρόν, seu muricis modo in tres cuspides divisum. *Iecur* & fellis confectaculum intestinis agglutinata. *Fellis* ad intestina labentis canalem vix aspectabilem. *Testes* jecori subditos.

Quantum ad *Locum* Averrhoës in Andalusia, teste Galeoto Martio reperiri negat, in mediterraneis Galliaë tractibus sunt raræ. In Delo, unde nomen Ortygiæ sortita est; ad sinum Arabicum, in superiore Æthiopia, Terra sancta, Madera, Capreis magna ipsarum copia, ad Tanarion, quæ nunc Cerempolis, tanta, ut hodie Porto de Qualeis nominetur. In agrum Neopolitanum tantum numero ex Africa propelluntur, ut glomeratim sæpe in ædes maritimas incidant, & sine ulla difficultate capiantur. Migratorias esse aves, omnes, Albertum si excipias, concedunt. Adveniendi habent tempora æstate depulsa. Cum maria tranant, impetus differunt, & metu spaci longioris vires suas nutriunt tarditate. Ubi terram persentiscunt, coeunt cætervatim, deinde globatæ vehementius properant, quæ festinatio (sunt verba Solini & Plinii) plerumque exitium portat navigantibus. Accidit enim plerumque noctibus, ut vela incidant, & præponderatis sinibus alveos invertant. Austro nunquam exeunt, nam metuunt vim flatus tu-

midioris. Plurimum se Aquilonibus credunt, ut corpora pingujuscula atque eò tarda facilius provehat, sicciior & vehementior spiritus. Ortygometra dicitur quæ gregem ducit. Eandem terræ proximantem speculatus Accipiter rapit, ac propterea opera est universis, ut sollicitent ducem generis externi, per quem frustrentur prima discrimina. Quod de tempore dixit erratum est, nisi de terris tepidioribus æstate apud eos depulsa intelligantur: quod de continuo volatu cum malis & velis infedisse observavit Bellonius, in Delum sæpissime delatas alii; in Ponticis insulis inquiescendi causa paucos dies morari Varro; falsum, quod de navigantium exitio vix credibile, nec tantam simul abire multitudinem verisimile, cum nonnullo corporis pondere & vento apto destituta, in locis apricis & tepidioribus remaneant. Austro nunquam exire falsum. Cum & Bellonius à Septentrione in meridiem tendentes, cum è Rhodo Alexandriam Ægypti navigaret, observavit; & Aristoteles Austro tanquam humido & gravi moleste volare prodiderit. Sec nec de Ducibus inter authores convenit. Aristoteles hæc loca adeuntes, sine Ducibus pergere; abeuntes. Lingulacam, Otum, Ortygometram, & Cynchramum Duces habere; ab hac noctu etiam revocari, scribit. Plinius id ad ventum transfert, & de Ducibus ita. Glottidem seu Lingulacam initio blandita peregrinatione avide profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Reverti incomitatam piget, & sequi, nec unquam plus uno die pergit. In proximo hospitio deserit. Verum invenitur alia anno intercedente relicta: simili modo in singulos dies. Cynchramus perseverantior festinat etiam pervenire ad expetitas terras.

Vicitant granis milii, tritici, & aliarum frugum. In Capreis insulis Acinis herbarum; apud Holandos Bryonia, secundum Portam malo Punico, semine cannabis, lolio, & tritico saginantur, sed & Hellebori semen perinde ipsis cibus, ac sturno cicuta, quæ hominibus venena esse creduntur; (ideo Plinius veneni semen dixit) recuperandæ sanitatis causa, cum Epilepsia tentantur, quod Aquæ placet, seu peculiari quadam naturæ suæ prerogativa, concoctio enim non vi duntaxat caloris, sed tota ventriculi substantia perficitur; seu, quod, cum pertenues habeant ad corda penetrantes meatus, antea devorata cicutam concoquant, quam inde lethale gelu ad præcordia pervenerit, ut Divus Basilus censet. Aquam simul ac bibere, turbant, seu quod tali delectentur, seu quod singularem cum Camelis & Elephantis, quibus idem solenne, amicitia gerant.

Bellon. l. 5. de Avibus c. 20.

Varro l. 3. de re rust. c. 5.

Bellon. l. 5. de Avibus c. 17.

Arist. H. A. l. 8. c. 11.

Plin. H. N. l. c.

Vicius.

Junius in Novendal.

Lucret. l. 4. de natura rerum.

Arist. l. de plantis. Galen. ad Pison.

Aphrodis. in proem. Problem.

Ambr. l. 3. Hexam. c. 91.

Plin. H. N. l. 10. c. 23. & 72.

Solin. Polyhist. c. 18.

Genera-
tio.
Arist. H.
A. l. 9. c. 8.
Athen.
lib. 9.

Salacitas ipsis quæ Perdicibus, sæpius coitum repetunt, & humi nidulantur. Sunt qui quotannis quater *prolem edere* velint; bis in his quas petunt, bis in his ad quas revertuntur regionibus. Ut ut sit, quo loco pariunt non incubant, ne quis locum longiores temporis mora percipiat. Sed eim *ova* cornicis similia, si, Bartholomæo Anglico credendum, excludunt; ex his pulli foeminae, rursus ad decem mense Augusto pariunt. Unde non mirum tantam Coturnicum copiam, & mense Majo incubanti insidiantem, spem centum & amplius perdere.

Volans.

Volatus sunt modici, Austro præsertim flante, cujus humiditas corporis gravitatem auget, sed defectum cursu compensavit natura, hinc Comestori Currelii dicuntur.

Vox.

Vocem mari Aristoteles ademit, exilem Albertus credit, foeminae crassam. Mensis Aprilis initio canere incipiunt; num subito cum ad nos venerint, dubium. Vox nemini nota non est, & ideo apud Athenæum Pratinæ placuit, ut *ἰδὸς φωνῆ* dixerit. Sapientes olim pro gnomone utebantur, quod verum cantu suo horoscopi emersum signare crediderint; cum in eo certum numerum servet.

Pugna.
Arist. in
Physiog.
Dioscor.
in l. 4. c.
131.
Aristoph.
in pace.

Pugnacitas quæ avibus duræ pennæ communis, in istis adianthi usu accenditur, & occasionem, ut Aristophanes Carcini Poætæ filios, *ἄρτις τῆς ἀνορῆς* dixerit, & pugna *ἄρτις τῆς ψυχῆς ἔχει* dicatur, dedit, fatis olim Athenis & alibi nota fuit: ubi ad certamen tanquam ad gladiatores ludos effusissime conveniebatur, & Solon pugnantibus spectandis tempus impendere iubebat. Nec ignota Neapolitanis hodie, aliquoties victrix, duodecim sæpe aureis venditur. Augustus quoque tanti fecit, ut Erotem Ægypti Præfectum, quod victricem per contumeliam edisset, morte infami multaverit, & Areopagitæ puerum, quod Coturnicibus quas comprehendere posset, oculos erueret, damnaverint. *Antipathia* ipsis cum Pelicano, sed & cum Luna & Scrole exorientibus, si Oro credimus. His visis terram fodiant, pupillasque identidem conscribillant.

Quintil.
lib. 5.
Institt.
Orat. c. 9.
Ælian.
l. de Animal.
c. 49.
Morbi.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 23.
Hippocr.
l. re morbo sacro.
Arist.
Comment.
in Aristot.
in Plantis.
Rhod.
lib. 6.
Antiq.
lect. c. 7.
Ingenium.
Oppian.
in Ixentis.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 29.

Epilepsia eas laborare, experientia comprobavit, sed solas præter hominem quod Plinius prodit, falsum; cum Hippocrates, capras & oves, Scaliger canes, Rhodiginus feles & arietem, Absyrtes Equos, Brodæus Accipitres & Graculos, eodem morbo vexari scribant. Quæ de *Ingenio* ipsarum Oppianus & Plinius, nempe adverso flatu pondusculis lapidum appensis aut gutture arena repleto stabilitas volare, & cum mare transvolant, singulas ternos ore lapillos ferre, singulos per intervalla dimittere, sic utrum mare tranarint observare,

produnt; *περατῶν ἔπι τῆς πύξης* esse videntur. Bellonius in naves lapsas aperuit, & milium duntaxat reperit, lapidum non obliturus, si aliquos invenisset.

Usus Coturnicum olim in cibis apud quosdam nullus, quod veratro vescantur, & comitali morbo laborent. Galenus quosdam, qui edissent, in Doride, Bœotia, & Thessalia musculorum distentionibus correptos observavit. Nos nihil tale sentimus, ut nec ex capris vel avibus quicquam, ex modico esu assarum inprimis optimum pollicetur sanguinem Aldrovandus, ex immodico, pinguiorum inprimis, putredinalem febrim minatur. *Usum in Medicina* si requiras, cerebrum ex unguento myrteo tritum, & stanneo vase repositum, Epileptico paroxysmo medetur, si faciem eo illeris. Adeps cum paucis helleboro membro pudendi inunctus, venerem auget, cum melle, myrrha, & chalcanto albo oculorum vitia corrigit. Cum Zingibere tritus, Equorum oculos incolomes servat. Caro inveterata porcorum & piscium escæ immiscetur.

NB. *Coturnicis genus exoticum vide in Mantissa. N. 7.*

ARTICULUS XII.

De Ortygometra.

DE Ortygometra quam Plinius & Gaza Matricem, Villanovanus Ethygommetram, Scaliger Coturnicomatrem, & verius vocat; vix, quid certi dicendum sit, habemus. De forma nihil fere ab Antiquis traditum est. Aristotelem si excipias, qui palustribus avibus facie similem esse reliquit. Sed nec ex Recentioribus quicquam certi colliges. Scaliger non absimilem gallinagini, magnitudine partem, colore tamen dilutiore, facie tota coturnicis, esse, & ab aucupibus matrem Qualearum, ab aliis Rasele dici, scripsit. Bellonius duplicem ponit. *Unam* quam Rasele quoque nuncupat. *Alteram* quam in genitis degere affirmat, magnitudine Ortygometræ nigræ, quam falso Rallum nominat, colore præcipue ruffo, in alarum costis subrubente, in femoribus castaneo, maculis albis interstincto; capite perdici cinereæ simili. Aldrovandus, qui aquaticarum hanc fere speciem esse putat, ut crura habeant oblonga, digitum qui pro calce est perbreve, corpus gracile, plumas plerunque varias, ventrem albicantem, caudam brevem, rostrum longiusculum, modice flexum, avem, quam à Cardinali Paleotto acceperat, quæque rostrum coturnice majus, caput, collum, dorsum, & majorem alarum partem testacei coloris, alas qua ventrem contingebant rufescentes; crura pedesque

Vox.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 23.
Galen.
lib. 6.
Epidem.
comm. 5.

Galen. de
Euporist.
cap. 155.

Plin. l. 10.

Scaliger
in Comm.
ad l. 8.
Arist. H.
A. c. 15.
Arist. H.
A. l. 8. c.
12.
Scalig. lo-
co citato.

Bellon.
lib. 4. de
Avibus
cap. 19.

desque pro corporis portione longos , colore inter croceum & viridem medio , obtimebat , pro Ortygometra posuit.

ARTICULUS VIII.

De Cynchramo.

Arist. H. A. 1. 8. c. 12.

Gesner. in Ornithol.

Bellon. lib. 4. de Avib. c. 20. Descriptive.

Vox.

Volans.

Aldrov. Ornithol. l. 13. cap. 24.

Locus.

Cynchramus Hefychio Cynchramas, Aristoteli Cychramus, aliis Cenchramus quoque dicitur. Quænam sit avis inter graviores non convenit, etsi fere certum est, nec linariam miliariam esse, ut Ruelio placet, & in sequentibus patebit, nec ex cenchritis avibus milio quidem pinguescentibus sed aquaticis, & ex Anserum genere: nec Cenchrin, à varietate punctorum milii instar dictum, ex Accipitrum familia. Gesnerus Helvetiis *Brachvogel* dictam, fere esse putat, quæ cruribus est proceris, rostro oblongo, eodemque modice inflexo, quæ autumno avolat, & tempore verno cum coturnicibus redit, & palustribus delactatur. Bellonio est Gallorum le Prujer aut Preyer, quæ alauda cristata est major. *Rostrum* habet breve, crassum, tuberculo conspicuum, ad instar ossis durum, inferius cum superiore junctum, foveam in medio efformans, *ventrem* pallidum & nigris quibusdam maculis distinctum. *Crura* pedesque inter rubrum & castaneum media, posticum *digitum* longum. *Versatur* in pratis, hordeo & milio *delectatur*, nidus in agris avena & milio *constitit* exstruit, & sex pullos excludit.

Vox ipsi Tirtertirteriiiz.

Cum *volat* crura contra aliarum avium morem pendere solent.

Aldrovandus *Hortulanum* omnino esse credit, avem alaudæ magnitudine, at paulo minorem, cui *rostrum*, *crura* tota, pedumque *digiti* rubescunt. *Caput*, *collum* & *pectus* in mare intercurrentibus punctis croceis, flavi, in foemina partim flavi, partim viridis sunt coloris, alarum pennæ inter costales in utroque sexu, flavo & nigro colore tinguntur, mas sub oculis ad latera maculam habet rotundam, intense luteam, quæ in foemina non est.

Reperitur in agro Bononiensi & Florentino, ex milii esu vehementer pinguescit, & magno numero depilata, & scatulis asservata, Romam transmittitur, ibidemque caro pretio venditur, sunt vero & alia Hortulanorum genera, *Flavus* nempe colore propemodum paleari, alarum costis & remigum penarum extremitatibus albis. *Albus* cygno ipso fere candidior, & *Hortulano* congener. *Caput* ipsi excinereo ad flavum vergit, *collum* cinereum nigris maculis punctatim distinguitur. *Venter*, *crura*, *pedesque* crocea sunt. *Cauda* tota fusca ad latera latefscens.

Albicilla cujus cauda alba, cætera vulga-

ribus Hortulanis similia, color duntaxat in omnibus pallidior.

CAPUT II.

De Avibus pulveratricibus domesticis.

ARTICULUS I.

De Gallo Gallinaceo.

Gallus Gallinaceus, Græcis ὄρνις ἀλευπερῶν, ἀλευκῶν, βρωτῶν, κικίρῶν, κοκορῶν ὄρνις, κόρυθαυῖς κίρῶν, κροκίας, κοκίνας μεθιπῶν, ἐλόφωτος, ὀρθοβόας, ὀρθάλιχος, πέρτικος ὄρνις, σέρκος, σέλικος, αἰδῶν ὄρνις, Latinis cohortalis avis, lucis, cristati oris, &c. dicitur. Gallinam ἀλευπερῶν ἀλευπερῶν, κικίαν, ὀρθάλιδα, Cortis avem, Mylagridam, appellavere. Νέσσοι νίκακος ἴπποι, νεοτίδες ὀρθάλαχοι, pullorum sunt nomina.

Differentia ipsarum sunt variæ, quæ à locis, voce tegumento; partu & incubatione sumuntur.

Hadrianarum Gallinarum Aristoteles mentionem facit, quæ pennæ versicoloris, quotidie pariunt, sed pullos interimunt; quas Athenienses alere studebant, quæque vel sunt eadem cum *nanis*, & *pumilionibus* seu Plinii, quibus certa fecunditas rara, & incubatio ovis noxia, seu Columellæ, quæ etsi vetustæ propter infœcunditatem improbantur, pluribus tamen locis fœcundæ reperiuntur, & ova plurima edunt, vel cum Longolii Parturientibus seu Leyhennen, quas versicolores, & rostro longiusculo facit. *Pumilas* enim, quæ passim extant, & claudicando potius, quam incedendo per terram reptant, nemo istis accensuerit. Sunt & *Tanagrææ*, *Lydæ*, *Rhodiæ*, *Chalcedicæ*, *Medicæ*, & *Alexandrinæ*. Ex *Tanagræis* Galli inprimis prodabantur, alii *μαχηρῶν* seu pugnace dicti; alii *Cossiphi* & *Merulæ* dicti, qui *Lydas* magnitudine æquabant, *Corvis* colore similes, *paleariam* & *cristam* instar anemones, nec non candida & exigua in rostro supremo & caudæ extremitate signa, habebant. Cum omnes à præliis commendentur; & amplitudine pares sint, facile ejusdem generis esse suspiceris, forte & cum Longobardicis, quibus pedibus usque sublatis incedunt, plumis ex auro fulvis teguntur, eosdem. *Patavinas* Hermolaus, & Longolius dixerunt; sed quia cauda destituuntur, quod veteres in suis non reticuisent, vix est credibile. Sunt & in regno Senegæ, Gallinæ Pharaonis dictæ: in regno Tarnassari nostris triplo majores. In Jamaica insula Pavoribus nec magnitudine, nec sapore cedunt.

Reperitur & prope Thessalonicum genus quoddam Gallinaceorum perpetuo mutum nunquam familiari his alitibus cantu vocale. Nonnullæ quoque sunt *Lanigerae*; ut in quadam Orientis urbe, & nivei

Genera.

Arist. H. A. 1. 6. cap. 1.

Athenæus Dipn. l. 7. Plin. l. 10. cap. 53. & 56. Columella de re rustica lib.

Paulanias in Bœoticis.

Varro de Re rustica. Columella.

Petrus Martyr in Decadibus. Ælian. de Anim. l. 15. c. 23.

coloris in regno Mangi pilis more felis nigris vitiuntur. De reliquis suis locis agemus.

Forme.

Arist. H. A. l. 9. c. 8.
Laert. in Salone.
Plin. H. N. l. 10. c. 17.
Arist. H. A. l. 2. c. 8.

In itinere Moscovitico.

Quantum ad *Formam*, Gallum galinaceum Alucone scilicet majore *minorem* prodidit Aristoteles. Soli fidipedum altitium *colores* diversi sunt, & nitorem hunc si attendas, majori speciositate quam Cræsus vestuntur. Spectatissimum insigne ipsis, corporeum ferratum, nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum jure dixerimus, verum peculiare. Christam Latini

φαινεύουσαν, κυρβασίαν vel *κυρβοβίαν, κορυφήν, & λαιφίαν* Græci, dixerunt. Semper est exerta & rubens dum integra sanitate fruitur, & mirum de ea Herbersteinus. Cum cuidam in Moscovia frigore jam fere enecto, abscissa fuisset, sibi restitutum, erecto statim collo cantasse. Plicabilem Gallinæ obtinuerunt, & per medium capet deorsum dependentem. *Oculos* omnes habent splendidos, salacitatis indicium. *Paleæ* (Aristoteles *κίχλας* ob purpureum floridumque colorem vocat) ex rutilo albicantes, sub mento & collo, velut incanæ barbæ dependeant. *Rostrum* robustum, in superiori parte aduncum, coloris plerumque cornei visitur. *Caro* quæ rostrum undique cingit, nonnullis mentum, *Columellæ* gena est. *Tubæ* (sic longiores cæteris plumas *Columella* dixit) collum & cervicem undique ambiunt. *Vel pectus* vel pars ventris posterior *Navis*, à qua pullum aperiri jubet Apicius, vocatur. *Cauda*, quam *ἄτραν* Hesychius vocat, maribus major, quam foeminae, binæ longissimæ incurvi arcus imaginem propter teneritudinem præ se ferentes, in foeminis sunt; quæ capis saginandis sub cauda evelluntur, pinguefactorias Germani dicunt. *Calcaribus* quæ *πρόκροτα & κίχρα*, armanatur mares; inque iis in magnam quandoque molem excrescunt, sed & gallinæ cum mares vicerint, cucuriunt, crista etiam caudaque erigitur, ita ut difficile sit, an sint foeminae, cognoscere, nonnunquam *calcaria* parva, errore naturæ an opere ignoro, iis enascuntur. Plinius Gallinas probat imparibus digitis, aliquando & super quatuor transverso uno, *Columella* quinque, ita tamen ne cruribus emineant transversa *calcaria*, sed hæc ad *Oeconomiam* spectant.

Apic. l. 6. c. ult.

Plin. H. N. l. 10. c. 56.

Galen. l. 11. de usu partium. Arist. H. A. l. 3. c. ult.

Plin. H. N. l. 11. c. 37.

Internarum partium ista est ratio. *Ossa* habent consistentiam laxam, cavam & levem. *Interglucies*, quæ *πρόκροτα & κίχρα* ventriculo præposita est. *Appendices* habet infra, quæ definunt intestina, ut vere ultra ventriculum esse Plinius scripserit. *Pellicula* intra ventriculum stercorei destinata, *Echinus*, ab aspredine dicitur, *Dioscordes* *κίχρα* vocavit. *Testes* gallinaceis sunt sub jecore, foeminae supra caudam. *Uterus* ex descriptione M. Antonii Ulmi duplex habet foramen. *Infernum* per quod ovum ab externa respiciens jam perfectum egreditur:

supernum & internum per quod sub septo transverso inchoatum, ad formam perfectam suscipiendam ingreditur. Totus in parte sinistra ad spinam situs est, dextram abdominis & centrum, intestina obtinent. *Exitum* ipsi in superna ad spinam desinente parte dedit natura, quia animalia supergressu coeuntia, instrumenta in proximo habere oportebat, in inferiore podicis ad ventrem positus, quia infra illius est officium. *Uterque* tam proxime cute, quod præputium dixeris, & musculo, sphaericae figuræ, ut extensioni magis accommodi essent, obteguntur, ut arctissime conniventia, sensim ipsum aliquando fallere possent. *Uteri* substantia membranæ & crassa est, figura concava, trium digitorum longitudine, qua ad exitum pertinet latior. *Porrigitur* ab infimo abdomine, juxta ipsorum intestinorum exitum, ad locum conceptionis ovorum sub septo transverso, estque cum extenditur longitudine dodrantali, cujus longitudinis ratione, membranam obtinuit à spina dorsi proportionalem omnino ac persimilem intestinorum mesenterio, quam & venæ frequentes percurrunt, cum ad nutritionem ipsius uteri; tum ad ovi intrinsecus contenti, dum pertransit à loco sub septo transverso, ad ipsius uteri exitum, alitionem. *Membrana* autem (verba sunt Ulmi) spinæ colligans, eadem prorsus existit ipsi mesenterio intestinorum, quin imo eadem est & substantia, & origine: quapropter consensum habet uterus cum ipsis intestinis. *Figura* uteri inæqualis, alibi angusta, oblonga, alibi lata, brevis, juxta hanc varietatem, varia quoque fortiri nomina debet. Nam uteri latitudo infimo abdomini proxima, & in qua ovum jam absolutum continetur, estque ipsemet uterus, reliquum vero corpus angustum, oblongum, rotundum, quod ad septum transversum extenditur, vel *uteri stomachus*, vel *uterus productus* extensivæ, vel *uteri gula*, nuncupari posset. Est autem membranæ & tenuis, admodum diversa à reliquo utero protenso, & à substantia ipsius uteri, qui ad exitum jacet. Nam finis hic membranæ subtilis & pellucidus existit, ac exanguis. *Intestinum* quoque *uteri*, ratione figuræ & quantitatis, cum cum longitudine rotunditatem cavernosam habeat, merito diceretur. Cui accedit membranæ occasio hanc uteri extensionem, vel productionem spinæ colligantis, quod *Mesenterium uterinum* appellamus. *Intermedia* pars uteri, quæ est illius portio ab utero propriè dicto, finem interjacens, crassam obtinet substantiam, albam, lacti similem, & in semetipsam confidentem, cujus mesereon multiplices venas habet. Hujus substantia cocta ovi albuminis gustu saporem exhibet.

De *Victu* non est quod multa dicamus. *Victus.*

Præ-

Præcepta faginandi ad Oeconomiam pertinent. Uvis & ficibus impense, sed infeliciter vescuntur. Steriles enim evadunt, & pituitosi, si vel semen cannabis apposueris; numerosorum ovorum partu gaudent, si vel hordeum semicoctum, vel Nasturtii semen cum furfure & vino subactum, exhibueris, majora deponent, ad faginandum tum triticum cum aqua coctum, potu interdicto, tum Cytisus vehementer laudantur.

Generatio. Quantum ad *Generationem*, & quæ ei adherent. *Sexus* in hac ave manifestis signis distinxit, & mas erecta crista, juba, à cervice per collum dependente, cauda majore, & insigni ad præliandum calcari superbit. *Salacitatis* vero sunt inexhaustæ. Nam et si peculiare ipsis coeundi tempus, vernum esse, unde majores forte tum testes, Aristoteles innuere videatur, & ad unum ovum fœcundandum multoties cum eadem gallina gallus coeat, quin & quidam effœminati à primo ortu nascuntur, ut nec cucuriant, neque fœminas ineant, & Theophrastus agrestes cortalibus ad venerem procliviores dicat: certum tamen simul, singulis diebus quinquagesies & amplius uxores suas Gallum inire, si eas mori contingat, mœrore animi interdum contabescere, si illæ desint, ne à masculino quidem genere sibi temperare, unde lege vicomburio damnabatur, alias non sui generis volucres, Phasianos nempe & Perdices aggredi, & semen ad Gallinarum & conspectum & vocem emittere. Quin nunquam qui in æde Herculis pascebantur ad Gallinas, quæ in Hebes, interfluente utramque ædem rivo perenni, transvolabant, nisi cum libidinis vexabantur stimulis. Non æque tamen salaces omnes, laceratosi, rubenti, erectaque crista; rostro, brevi, pleno, acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra, collo vario, fœminibus pilosis, unguibus longis, cauda magna, frequentibus pinnis, profusissimi in Venerem esse creduntur. *Coitus* tempus mari, statim ac à cubili surgit, fœminæ, progresso jam die, superveniente illo, confidet ista humi. à coitu inhorrescit, sæpe festuca aliqua se lustrat; & vapore per libidinem excitato membra extendente, sese excutit. *De partu & ovis* ne hoc caput nimia mole legentes perturbet, in sequentibus separatim dicemus. *Animales actiones* quod spectat, quia Gallinæ unico oculo sursum elevato, rapaces aves observant, *Visu*, quia aridissimum quodque modo id ore recipere queant, illico dejudicant, gustu pollere videntur.

Vox Gallinæ mutabiles. Circa partum *xxxxx* seu singultit, dum incubat, glocit seu glocitat. Cum iniri debet, mancam & exilem vocem format, in genere gracillare & pipare dicitur. Cantus, pro malo

omine accipitur, & inter obstetricum numeratur observata. Galli prope Thessalonicam nullam habent, apud nos graviolem, sed vere *ἀπυθός*, qui nec choro, nec fidibus concordat, *ἀδύει* & cucurrere solent. Vigilis hos nocturnos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno natura genuit. Norunt sydera, & ternas distinguunt horas interdum cantu, cum sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigilia ad curas, laboremque revocant, nec solis ortum incautis obrepere, diemque venientem nunciant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum, hinc *ὑμῆροποιός*, & lucis prænucius dicitur, & veteres gnomonibus horariis destituti, noctis deliquium & diei accessum commetiri solebant. Marutinum cantum, quidam alimenti desiderio, (avide animal calidissimum nutritur:) alii salacitati (initurus cucurrere incipit) nonnulli auræ mutationibus, quæ ex solis contingunt motibus, multi cum & satur, & à coitu canat, occultæ cum sole a micitiæ vendicant. Qui profunda nocte validius, mane remissius cantare putant cantum vento ferri, ventum noctu magis quam sub crepusculum spirare, sic gallum longius audire, opinantur. Muti evadunt, si vel circulum è sarmentis callo addideris, vel caput & frontem oleo inunxeris, si Plinio & Alberto credendum.

Singularum iis inesse *Fastum* tum inde colligi potest, quod imperitant suo generi, & regnum in quacunque domo sunt exercent: tum quod nullam ineundi sui absque atrocissimo certamine copiam faciunt, tum quod ædes ingressuri, sese, ne scilicet crista uspiam offendatur, inclinent.

Pugnacitas nulli est ignota. Ejus spectaculum, quo Miltiades Græcos in Persas felicissimo successu animavit, Socrates Iphicrati Duci animos adjecit, Themistocles exercitum contra persas ducens instituit, Pergameni quotannis celebrare. Eo Tarnassari Indiæ populi, Ambivariti, apud quos per octo dies summo partium studio in curia quotannis committuntur, Galli, Angli, hocce tempore delectantur. Accendi, & allio, unde *ἰσοκορυθισμῖνοι*, politricho, trichomane & adiantho, forte quod cristam Galli quodammodo æmuletur, dicuntur, apud veteres stimulis ferreis æneisque, quos plectra vocant, armabantur, ut se facilius tutarentur in pugna. Nec hæc caret singulari artificio. Videre est ibi intenta projectius capita, in flatas comas, vehementes ictus, cautissimas evitationes, & in omni motu animalium rationes expertium nihil non decorum. Si ex certamine victoriam reportavit, tum oculorum eminentia, tum cervice erecta simul, & cantus contentione insolenter effertur, & triumphantis similis est, vere *Ἀπυθός* Martis pullus.

Mathioli
in Dio-
scor. l. 3.
cap. 148.

Generatio.

Oppian.
in Ixeuti-
cis.
Arist. l. 9.
cap. 49.
Theophr.
apud A-
then. l. 9.

Ælian. l.
4. Plut.
in l. num.
bruta ra-
tione u-
tantur.
Athen.
lib. 9.
Dipnof.
Ælian.
lib. 7.
cap. 46.

Arist. H.
A. l. 5.
cap. 2.

Scaliger
Exer.
266.
Vox.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 21.

Plin. H.
N. l. 29.
cap. 4.

Plin. H.
N. l. c.
cap. 21.

Athen.
lib. 9.

Ælian de
Animal.
l. 4. c. 29.
Pugna.

Becan. in
Gottoda-
nicis. l. 7.

Rhodig.
Ant.
Leã. lib.
16. c. 13.
Plin. H.
N. l. 22.
cap. 1.
Porta
in Phi-
togn.

August. l.
1. de or-
dine Po-
liticis.
in Rusticis.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 20.
Ælian. de
Anim. l.
4. c. 29.

Victus.

Victus idcirco non canit, quod ex illa mala pugna spiritus, fracti vocem supprimunt. Cujus offensionis verecundia confusus, in primam quamque latebram sese occultat. Ad *Sympathiam* & *Antipathiam*, quæ sequuntur, pertinent. Quod de Gallinis circa præsepia decidit, immistam pabulo necem bobus affert. Porphyrionem tanto amore Gallum prosequutum, ut hoc occiso; ille inedia perire voluerit, Ælianus oculatus testis est. Apes deficiente cibo gallinarum carnibus, & uvis passis refocillantur. Leo Gallum, & maximè album, ut Ambrosio placet, metuit, quem ex cantu à longe, ex crista propius agnoscit, seu ob occultam quandam causam, nam à leonibus & Pantheris homines non attingi, qui jure Galli peruncti fuerint, maxime si ei allium admisceatur, Plinius vere an falso prodit: seu quod sint

— Gallorum in corpore quadam

Semina, quæ cum sint oculis immissa Leonum, Pupillas interfodiunt, &c.

Basiliscum, cum cucurrientem audit adeò tremere dicunt, ut emoriatur. Sic in Cyrenensium arenis ab itinerantibus abigitur. Vulpes una nocte quadraginta interdum & amplius aufert. Voce mustellæ Gallinæ sero exanimantur. Superventu vero eorum, qui serpentis vel canis rabidi morsu læsi fuere, incubitus vitiantur. Eo tamen die quo peperere, à serpentibus non læduntur, & caro earum tum à serpentibus morsis remedio est. Florem vitis si comederint maturescentium uvarum esu abstinent. Ex Sambuco magis conoram buccinam fieri pastor credit, si ibi cædatur, ubi Gallorum cantum frutex ille non exaudiat, seu quod in locis sylvestribus, in quibus Gallorum cantus non auditur, ficciora & solidiora ligna nascantur, ex talibus tibia magis sonora tornetur, seu & ob aliam causam. Nam ob streperam Galli vocem, stridore suo fungosam sambuci materiam convellere, vix verisimile fuerit. Denique taxi baccis quidem impunè vescuntur, sed sparti semine, & hominis qui helleborum bibit excremento, ut Avicenna testatur, intereunt: si cum incubant tonuerit, ova pereunt, & semiformes pulli interimuntur. Auro liquescenti si Gallinarum membra misceantur, consumunt id in se, ita hoc venenum auri est, falso scripsit Plinius, & ab experientia confutatur.

Morbi Gallis peculiare, Phtiriasis & Pituita. Hac inter messis & vindemiæ tempus, & cum ficus ac uva immatura ad satietatem permixta est, laborant. Aqua in qua origanum maduit, præservantur, restituntur sanitati, si vel urina rostrum ablueris, membrana qua tum lingua obducitur leviter unguibus avulsa, vel scillam in aqua maceratam cum farina exhibueris.

Aphthiriasis maxime dum incubant instantur, si arena littorali vel saponariorum è lixivio relicto cinere cura mulierum sese pulverent, liberantur. Solent & cum abortu canflictari, qui ovi candido affato, cum uvis passis tostis æquo pondere tritis & ante alium cibum exhibitis, præcavetur. Pulli facile Podagra tentantur, si sterco pedibus eorum adhæreat: quanquam an Galli quibus calor multus, cibi abstinentia non minor, ea laborent, dubitetur. Capis sane quibus pusillus calor & edacitas multa familiaris est.

Quæ de *Ingenio* dici poterant superius sunt attacta, singulari familiam amore prosequi, & simul ac aliquid escæ nactus est, Gallinas & pullos ad vescendum invitare, easdem contra Milvos defendere, parientibus foeminis condolare, & mœrorem exili testari voce, Luna exoriente lætari, & quod summa admiratione dignum est, cum sese sanguinis copia aggravari sentit, unguibus sanguinem ex cristis prolicere, sic plethora levare, helxine se herba purgare, adjecisse sufficiat.

Nec omittendum, Gallos si tempore pluviae canant serenitatem, si noctu citius, quam solent, aëris mutationem & ventum, si paulo post solis occasum vel à vespertino crepusculo, insolentes in raucisonum currutum non sine alarum motu prorumpant, tempestatem prædicere. Scilicet, Auster vocalia instrumenta replet, ea sarcinam se per motum exonerare volunt, ad cantum insolito modo stimulantur. Sed & Gallinæ, si vel mane exire recusant, vel pediculos quærant, & paludes more Anatum alis verberent, vel pectora rostro purgent, vel in arena ultra solitum sese concutiant, vel in principio pluviae locum operum quærant, imminentes imbres maximos præfagire, creditum est. Tempestive ferendum esse monent, si pennas, cum deplumantur, ut ante hyemem solent, à capite amittere cœperint; serotinè, si à posterioribus.

Ufus harum avium in cibis frequens & ab omnibus laudatur, faginatarum imprimis. Ideo hoc primum antiquis cenarum interditi exceptum invenio jam lege C. Fannii annis undecim ante tertium bellum Punicum, ne quid volucrum poneretur, præter unam Gallinam, quæ non esset altilis, quod deinde caput translatum, per omnes leges ambulavit. Inventumque diverticulum est in fraudem earum, Gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis, multo ita gratiores appobantur. Nec tamen in hoc mangono quicquam totum placet. Pertinax Imperator lumbos amicis mittebat, & dorso laganis sunt similes. Messalinus Cotta cristas cum palmis pedum & Anseribus torrere, atque patinis condere reperit.

Ce-

Affectus. Columell. de R. R.

Æl. H. A. 1. 5. c. 28.

Ambros. Hexam. lib. 6.

Æl. H. A. 1. 8. c. 28.

Plin. H. N. 1. 29. cap. 4.

Lucret. 1. 4. de Naturarum.

Ælian. de Animal. 1. 3. c. 31.

Dioscor. 1. 4. c. 75.

Arist. in H. N. Plinius in H. N. Columell. de R. R. Plin. H. N. 1. 29. cap. 5. Scaliger Exer. 88.

Morbi. Plin. H. N. 1. 20. cap. 6. Columella de rerust.

Scaliger. Ex. 277. f. 2.

Ingenium

Porphyr. lib. 3.

Ælian. de Animal. 1. 4. c. 29.

Plin. H. N. 1. 8. c. 27.

Præfagium.

Ælian. de Animal. lib. 7. cap. 7.

Aldrov. Ornith. 1. 14. c. 1.

Ufus.

Plin. H. N. 1. 10. cap. 50.

Capitolin. invita ejus. Athen. lib. 14.

Galen. l. decib. boni mali & succi.

Galen. l. 3. de aliment. Alpin. l. 3. de Medic. Ægypt. cap. 16.

Hippocr. lib. de morbo sacro. Cæsar. l. 5. de bello Gallico.

Hippocr. l. 3. de morbis. Trallian. l. 12. c. 5.

Cerebrum affum cum pauco sale & pipere editur. Jecinora inter omnia edulia Cardanus celebrat. Ventriculus si concoquatur, uberrime nutrit. Intestina quæ & Gileria vocabantur, cum aliis quibusdam rebus incocta edebantur. Testes apud Bononienses Calend. Augusti comedere solemne est. Uropygium inter militares cibos à Gallis computatur. Erant Galeni tempore, qui & sanguinem Gallinarum edebant. Apud Ægyptios nigræ arte certa faginatæ in familiari sunt usu. Jus fœminæ in balneis potant, sic pingues evadunt. *Apparatum* pullorum Conchiliatorum, Parthiorum, Oxyzoniorum, laseratorum, cum cucurbitis exiliatorum, Varrianorum, Frontonianorum, tractogalatorum, farsilium, leucozoniorum, & his similibus, in Apicio vide, ex quo multa Aldrovandus desumpsit. Olim tamen qui morbo sacro laborabant, Galli carnibus abstinebant. Britannis olim nefas Gallinam gustare, hodie in Socotora insula eandem contingere, religio est.

De *Usu in Medicina* quis unquam dubitaverit. Inde olim superstitione Æsculapio immolabantur, nec quilibet fere est morbus cui depellendo non adhibeantur. Reperti qui ex forbili ovoterquaterve ex creverunt, si Brasavelo fides. Febrientibus albumen ovorum in aqua concussum exhibuit Hippocrates. Testes in hectica commendantur. Cerebrum Gallinarum in tremore & narium fluxu. Melancholicis Gallina nigra per medium dissecta bene supra caput imponitur. Sunt qui Gallinæ pennam in aceto intictam ad somni profunditatem conferre tradunt. Jus Galli veteris Asthmaticis prodest. Stercus album Galli ad occultas anginas commendatur, & certò vomitum educit, nec male in colica exhibetur, & cum oleo & nitro mixtum clavos pedum sanat. Membrana ventriculo subdita cornu similis trita, stomachicis feliciter exhibetur. Jecur assatum Illæo resistit. Marcellus denique Empiricus prodidit, officulum extremum ex ala Gallinacea cochleari terebratum, nodisque septem litio ligatum, atque ita brachio vel cruri ejus partis, quæ inguina habet suspensum, iis mirabile remedium exhibere. Pro Colophone notandum est, quod Ocellus Aurelianus reliquit, quendam à Galla pugnante leviter læsum, in rabiem cecidisse.

A D A R T I C U L U M I.

A P P E N D I X I.

De Gallinarum ovis.

Dupliciter Gallinam ova concipere, *Per se* nempe, & *Ex congressu*, constans

ferè veterum & recentiorum est sententia. Priori concipiuntur modo, quando mare absente, desiderio ipsius projiciunt intra sese semen gallinæ; sic, tanquam maris initum passæ essent, prægnantes fiunt. Excitat ingentem in partibus genitalibus prurimum, feminantis materiæ abundantia; quam mutua inter se libidinis imaginatio auget, sed & si tempore certe suaviter attrahantur, idem motis attractione humoribus faciunt, ut haud falso, etiam pulvere Plinius dixerit. Accedit ventorum Austrinorum Autumno & vere auxilium. His flantibus, aves multiparæ locani per quæ concipiunt, obvertunt, iis ad libidinem concitantur. Continuus caudæ ut motus, semen quod copiosum, nec menstruorum discessio ulla, ad matricem attrahit. Hinc à vento concipi aliquando creditum. Hæc ova *ovipara* seu subventanea & zephyria dicta sunt, ut cynosura & urina illa, quæ æstate ab humore contento inutili generantur. Neque tamen omnino inania credas. Omnes enim partes habent, minora *ovipara*, liquidiora, minus suavia, & infœcunda per se, à superveniente Gallo fœcundantur. Nec obest vel ex luteo in album mutatio, ut Aristoteles credidit, vel utriusque à membrana ambitus. Ex albumine enim pullus generatur; ova piscium jam exclusa, post à mare injecto semine fœcundantur, & ovum in matrice subventaneum, præter testam & pellem completum, à semine Galli fœcundari Albertus M. testatur. Quanto tempore maturescant, incertum: tardius propter caloris in semine penuriam, verisimile. Reliquias eorum quæ è semine generata sunt esse falsum. Nam in gallinarum & Anserum genere, à novellis sine coitu edita, compertum est.

De *Ovis quæ ex congressu* sic habe. Postquam fœmina de superiore loco quæ præcincturæ seu septo transverso subest generaturam excepit, formantur ex ea à facultate formatrice ibidem ova, quæ spinæ pedunculis adhærent, exiguum tum primo quiddam ut candidum videtur, & venulis distinctum, rubrum dein & sanguineum, luteum, & flavum totum tandem. Mox de spina in intestini uterini principium decida & ad primos uteri loculos transmissa continuato congressu eo citius, quo iste frequentior, auferunt, & albugo à croceo secernitur. Tum in secundos loculos detrusa, justam molem acquirunt, & luteum albumine involvitur. Deveniunt tandem in tertiam cellulam, in qua testæ natura duritiem largitur, eam tamen, ut mollia adhuc exeant, nec nutritio, quæ per eadem fit, impediatur. Sic vitello & albugini constantia, (gallatura seu sperma Galli, si Alberto & Aldrovando credimus, per totum

Aristot. H. A. lib. 10.

Arist. H. A. lib. 6. cap. 2.

Varro R. R. l. 2. c. 1. Arist. l. 6. H. A. c. 2. Scalig. in l. 10. Aristot. Hist. animal. cap. 6.

Arist. l. 6. H. A. cap. 2. Aldrov. Ornit. l. 14. c. 1.

tum albumen, usque ad vitellum pertingit, huic versus partem ovi acutiorem infigitur. Decimo à coitu die perfecta, tribus tunicis, quarum una vitellum ambit, altera tanquam pia mater albumen complectitur, tertia inter quam & illam humor crudus nascitur, & dum formatur foetus excernitur, testæ adhærens, duræ meningis locum implet; intus instructa, mollia, ne dolorem pariant, latiore parte, ut mollius deponantur, & quia acutior adhæret, ideo postrema exit, egrediuntur, ac refrigerata, evaporato humore qui exiguus, relictaque portione terrea, justam duritiem, sed acuta parte, qua pullus exit, & ubi grandinem generationi inutilem, qui non cernitur nisi fracto putamine, & injecta parte lutei infra, Aristoteles ponit, exactiorem, servata sua figura, acquirunt. Poni confecta brumâ incipiunt. Circa Calendas Januarii etiam locis tepidioribus ac fecundissimis. Optima foetura ante æquinoctium vernalis editur, post solstitium nata, magnitudinem non implent, tantoque minus, quanto serius provenere. Parituras se singultu produnt; eodem, peperisse testantur, facilius, si festucam ore apprehensam dorso imposuerint, si Oppiano credendum, libentius, si jam prius ovum in nido conspexerint sine dolore, vel exinde quod testamembrana mollis fuerit, egresso demum induretur, colligas.

Columella de R. R.

Oppianus in Ixeuticis.

Numerus pro ætatis ratione variat, quæ multa pariunt, bis in die ponunt, sed hyperinæ evadunt, & cito commoriuntur. Sunt qui quasdam noctu tenera, & nisi ad magnam diei partem, dura, eniti credunt, tenera edituras, dura, si aliquot horis antelucanis lumen viderint, ut sub ortum solis ponere cogantur, & falsis supponatur paululum. *Monstrosa* interdum circa ea accidere certum. Vidit Aldrovandus cujus putamen punctis & lineis sanguineis conspersum. Uterum læsum vix dixerim. Sanguinem quo uteri interdum turgent venæ transfudasse verisimile est. Vidit & Albertus totum sphaericum, duabus testis inclusum, absque ullo vitello, cum albumine aquoso tenui, & altero intra interiorem testam. Dantur & sine testâ tam hypenemia, quam vera: forte quod illa aquosa sint, & exigua, si humidus Gallinis cibus apponatur, calore dotentur: his propter ictum, vel ex multitudine compressionem tale quid accidat, si Nicandri opinioni standum est. Nec inter rara trilecitha, id est triplicis vitelli habentur; illaque plerumque in medio testæ cavitatem habere Elluchasis prodidit. Vidit & Gesnerus aliquando cujus putamen, ab altera parte extrema, in angustum velut collum instar cucurbitæ se colligebat. Unum sphaericum ad columbarum vix accedens: alterum anserino haud

minus, plicis rugisque insigne in Aldrovandi Musæo reservabatur. Cæterum *ponatve* & *Gallus ova* inter doctos quaeritur. Nonnulli decrepitem & ad coitum ineptum, septimo, nono, aut ad summum decimoquarto ætatis anno, pro virium vel imbecillitate vel robore ponere ajunt. Ortum id putrefacto intus semini debet; vel ex humorem colluvio conflatur. Editur sub caniculæ exortum, quod tunc maxime ab ambientis calore expultrix languida in alite decrepita juvetur. Visum in Imperati Musæo oblongum, ab Aldrovando rotundum, colore modo luteo, buxæo, flavescente, lurido, sed & quoddam ruptum, vitello omnino carere dixisset. *Quin* & *Lemnius Zirizæ* duos annos Gallos non tantum ovis incubasse, sed & ægre fustibus ab illo opere abigi potuisse, reliquit. Confracta tandem ova, & strangulata à civibus Gallus, quod, ne Basiliscus excluderetur, metuerent. Et hæc est quorundam opinio. Ovo simile aliquid ex conglobata intus putri concretione, in ultimo senio, cum non amplius coit, concipere, verisimilius est: At ovum cum non magis testâ excludere potest, quam vir foetum; cum parere non dixerit. Basiliscum ex eo produci in primis si rubeta incubaverit, nugæ, testâ carere, & adeo duræ pellis esse, ut fortissimis ictibus resistat, fabulosum.

A P P E N D I X II.

De Generatione Pullorum.

Absoluta ovorum historia, de generatione pullorum aliquid nobis dicendum est. Horum vero principium veteres Græci, & inter eos Alcmaeon Crotoniates, & Hippocrates Cous in vitellum; nutrimentum in albumen coniecere. Recentioribus contrarium sentire placuit. Ex albo liquore ovi incorporatur animalibus vitellus alimento destinatus est, & τὸς δὲ σαυραμένους τῶν μορῶν ἐν τῷ οὐτῷ ἢ αὐτῷ, inde membris subinde constituendis incrementum administratur. Et certe pullo jam constituto sæpe vitelli pars extat, & cum albumen *πυρρῶμενον*, ignitum, quod incubatione fit & fotu, *σίρρον* solidum fiat; luteum *ἢ τὸς πάλαι πύρροναι*, *θερματόμενον ὑγρασίας* gelu duratur & coit, calore humescit. Excluduntur in cubatu, vel *αὐτίματα* in terra. Nam in Ægypto & defodiuntur in fimo terra obruto, & turmatim fornacibus Cairinis exclusi prodeunt. Syracusis, potato rem quendam ovis sub storea humo stratis tandiu potare nunquam opera intermissa solitum fuisse dum excluderentur, proditum est. Liviam ovum in sinu exclusisse, apud Plinium legitur; & vas in quo absque Gallinæ opera excluderentur, à Porta descripsit. Oblonga & acuta excludunt foeminam, obtusa rotundaque

Arist. l. 3. de Gener. cap. 2. Hippoc. de Natura pueri.

Arist. H. A. lib. 6. cap. 3.

ab ea parte quæ acutior esse solet marem. Incerto id argumento ab Aristotele proditum, contrarium apud Columellam legimus. Dies ter septem exclusioni adscripsit Philosophus, minuuntur, si tepidus aër accesserit, *ἡ πρὸς θερμότητος τῆς* Concoctio calor quidam est, sed & depravantur aliquando nimio, & urina evadunt, *ὡς περὶ οἱ ὄνοι ἐν τοῖς ἀρσίοις ἀξύνουται ἀνταρρομένους τῆς ἰδύος* quemadmodum vina fæce subversa in calore acescunt. Formationem, & quomodo alimentum pullus factus assumat, diligentissime exposuit Aristoteles; hunc Aldrovandus secutus, sequentia nobis reliquit, quæ ipsius verbis proponemus. *Secundo* inquit ab incubatu die, luteum observavi deferri ad cacumen, aliquo pacto alteratum, & in medio quasi subalbidum: cujus rei inprimis Aristoteles non meminit. In aliqua vero parte albuminis, quæ pariter erat alterata, semen Galli apparebat, quod tres illas videbatur obtinere qualitates, quales jam ante diximus. *Tertia* die ablato putamine in parte ovi obtusa, vidi albumen, & reliquam substantiæ ovi partem in superiori putamine separatam. Receserat autem albumen aliquantulum à putamine, quemadmodum fieri videmus in ovis omnibus, quæ minus recentia sunt. Hinc Plinius ova schista appellat tota lutea, quæ triduo incubatu tolluntur. Vocat autem *schista*, teste Hermolao, quia dividantur, & discedebat vitellus à candido. Videbam item manifeste admodum membranas illas tres quas ovis inesse ex Alberto dixi, & ex Aristotele etiam colligitur: neque verum est, quod secunda earum sit recenter genita. Si enim illud ita esset, minime in ovis nondum incubatis conspiceretur. Inest autem & his, ut etiam vidi, sed albior in incubatis calor causa. Eadem die vitellus videbatur versus ovi partem acutam: atque hoc est, quod dicebat Philosophus. Effertur per id tempus luteus humor ad cacumen, ubi est ovi principium, nam ibi est major calor, & vis spermatis. Apparebat etiam in albumine exiguum velut punctum saliens, estque illud quod Philosophus cor statuit. Ex eo vero evidenter admodum videbam enasci venæ trunculum, & ab hoc duos alios ramulos proficisci, qui meatus illi fuerint sanguiferi, quos ad utramque tunicam ambientem vitellum, & albumen protendi ille dixerat. Sum autem omnino ejus sententiæ, ut ejusmodi vias credam esse venosas, ac pulsatiles, sanguinemque in iis contineri puriorem, principalium membrorum generationi, jecoris nempe, & pulmonis, similitumque idoneum: adeo ut recte dixerit Philosophus, tertia die signa apparere, an ova fœcunda sint futura: licet ejusmodi observatio in majorum avium, utpote Cynorum, An-

ferum, ac id genus aliarum ovis locum minime habeat. In ejusmodi enim, ut idem Philosophus testis est, paulo tardius ea signa apparent. *Quarta* die bina videbantur puncta, & quodlibet eorum sese movebat: quæ haud dubio cor, & jecur fuerint, quæ viscera in ovis triduo incubatis idem dixit. Apparebant item duo alia puncta nigricantia, nempe oculi: & jam luteum manifeste ad acutam ovi partem, ubi major calor est, & spermatis vis sese receperat. Trahitur autem à spermate illud pro carnis generatione, ut in omnibus animantibus fit, quæ sibi simile generant. *Quinta* die non amplius punctum illud, quod cor esse diximus, extra videbatur moveri, sed obtegi, ac coperiri, & duo illi meatus venosi evidentiores conspiciabantur, alter vero major altero: nec verum est, quod Albertus scripsit, apparere in tunica illa, quæ albumen includit: nisi forte id de tertia tunica, seu secundaria dixerit, cui evidenter venæ insunt, nam alioqui in illa nullius venæ vestigium inerat. Harum venarum insita vi reliqua albuminis portio quasi in palearum colorem immutatur. Videbantur etiam ramuli ad locum tendere, in quo caput formatur, eo scilicet puriorem materiam, à qua caput, ac in eo cerebrum fiat, una cum virtute formatrice deferentur: Erat autem capitis fabrica valde rudis adhuc ac informis: oculi vero conspectiores, atque ervi quasi magnitudine. *Sequenti dein die* ablato superiori partis obtusæ putamine, ejectisque duabus prioribus tunicis, tertia evidenter cernebatur venulis referta: de hac locutum fuisse Philosophum arbitror cum inquit: Membrana etiam fibris distincta sanguineis: atque hæc meo judicio secundina dici potest. Dein inter hanc, & quartam membranam, quæ foetum involvebat, humor erat aquosus: quem autumo serosam albuminis partem esse, quæ post natum foetum superest, tanquam ad generationem inepta. Eam vero membranam innuere videtur Aristoteles à meatibus illis venarum ortum ducere, quatenus scilicet vi fibrarum à venoso illo meatu ortarum in palearum, vel sanguinum colorem immutatur. Cernebatur deinde totus foetus moveri, & oculi jam majores erant, quam in præterita die: at partes inferiores, thorax nempe, venter, & pedes, erant valde imperfectæ, nec discerni adhuc poterant, & rostrum erat mucosum: ut recte dixerit Aristoteles: pars inferior corporis nullo membro à superiori distingui inter initia cernitur. Caput denique tota inferiori corporis parte majus erat. *Septima die* aperta quarta tunica foetum conspeximus parvum adhuc, ac indistinctum cum oculis tamen magnis, triplicique in illis humore, crystallino nempe, vitreo & aqueo. Aperto capite jam

jam cerebrum aperte cernebatur, minus vero reliquæ partes. Unde dicebat Philosophus. Paulo post (intelligit meo iudicio diem quintam usque ad nonam inclusive) & corpus jam pulli discernitur, exiguum admodum primum, & candidum, conspicuum capite, & maxime oculis inflatis, quibus ita permanet diu, uti nos conspeximus: & fero, inquit, decrefcunt oculi, & se ad ratam proportionem contrahunt; quod quidem verissimum est: siquidem in quarta decima, aut quinta decima die aliquantum resident deminuti propter caloris digestionem. *Octava* rursus die oculi majores adhuc videbantur, utpote ciceris fere magnitudine. Totum corpus tunc sese velociter movebat, & jam crura, & alæ distinctè cerni incipiebant. Rostrum tamen interim mucosum adhuc erat. Sed forte quispiam quærat, cur prius superiores, quam inferiores partes in ejusmodi formatione appareant: cui responsum velim, virtutem, seu facultatem formatricem in superioribus magis quam in inferioribus vigere, quod spiritalis sint, & per consequens plus caloris obtineant. Cæterum isthæc omnia, quæ hac die videbam, *sequenti* manifestiora apparebant. *Decima die* non amplius caput toto corpore majus erat, magnum tamen, ut in infantibus etiam videmus: magnitudinis autem causa est humidissima cerebri constitutio. Quod vero Aristoteles dicit oculos fabis majores esse, id profecto minime verum est, si de vulgaribus nostris fabis locutus fuerit, cum alioqui ervi, vel ciceris albi, magnitudinem non excederent: atque hinc etiam non absurde quispiam colligat fabas antiquorum fuisse rotundas, quales araci sunt, quem ideo fabam veterum quidam existimant. Neque etiam verum est: quod tradit, tunc scilicet oculos pupillis adhuc carere. Etenim hæ non tantum hac die apparebant, sed duabus etiam præcedentibus, una cum omnibus partibus ac humoribus. Quod vero ait, detracta cute nihil solidi videri, sed humorem tantum candidum, regidum, & refulgentem ad lucem, nec quicquam aliud, id de crystallino humore mihi dixisse videtur, qui tamen haud solus apparebat, sed vitreus quoque & albugineus, unde non parum hallucinatus videri potest Philosophus, uti etiam Albertus, qui eo tempore nil duri, & glandulosi in iis reperiri existimat, cum crystallinus humor solidus sit, ac quam maxime conspicuus. *Eadem* item die vidi omnia viscera, nempe cor, jecur, pulmonem. Cor autem, & jecur erant albicantis coloris: & cordis motus non solum apparebat; antequam foetum aperirem, sed jam secto etiam thorace moveri videbatur. Erat autem pullus involutus quartæ illi membranæ plurimis venis

refertæ, ne in humore jaceret. Cernebam etiam vasa umbilicalia prope anum ad umbilicum deferri, ibique inferri, ut cibum per illum petat foetus. Vide denique, quod Aristoteles non advertit, in dorso prope uropygium pennarum principia nigricantia menti humani cuti non absimilia, cui pili abradi sint. *Die subsequenti* hæc omnia erant manifestiora, & in superioris rostellæ extremitate erat quid albidum: cartilagineum, & subduriusculum, quod rursus die decimatertia magis erat conspicuum. Erat autem rotundum milii grano haud absimile. Sagacissima rerum parens natura id ibi fabricasse videtur, ut impediatur, ne rostello suo vel venulas, vel membranulas, vel alias quascunque tenerimas particulas pertundat. Ajunt mulierculæ, pullos jam natos cibum capere non posse nisi prius id aufertur. *Decimaquarta die* pullus jam totus plumescebat. *Decimaquinta* in digitis ungues albicantes apparebant. *Die vero decimasexta* ovum aperire placuit in opposita parte, ubi nativa tunica, sed unica tantummodo apparebat, eaque alba. Alteram enim quam in altera parte semper videram, hic observare minime datum est. Itaque dubitabam an ea tantum pro albuminis tutela nata sit, cum scilicet ovum non sit recens, vel ad pulli defensionem in ovo incubato. Nam indies illa magis magisque decidere videtur, & foetum sequi, qui sui gravitate deorsum decidit. Aristoteles etiam unicam tantum esse ejusmodi tunicam his verbis innuere videtur: Sunt, inquit, quandoque locata ova hoc ordine, prima postremaque ad testam ovi membrana posita est, non testæ ipsius nativa, sed altera illi subjecta: liquor in ea candidus est, quasi diceret, omnes partes in ovo locatæ sunt hoc ordine: nempe prima, postremaque ad testam ovi membrana posita est. Intelligit meo iudicio per primam, & postremam membranam, eas membranas recens in incubato ovo genitas, eas videlicet, quas aliquoties appellavi tertiam secundam, & quartam, quam involventem foetum dixi. Nam cum dicit testæ nativam non esse, ostendit nec primam, nec secundam esse, quæ ab altera ovi parte reperitur. Videtur igitur excludere hanc nativam sive primam, vel secundam, & intelligere tertiam, quam secundam sæpe vocavi. Cum vero dicit, sed altera illi subjecta, intelligit eandem secundam, nempe testæ subjectam, quod vel ex hoc maxime liquet, quod candidum in ea liquorem inesse dicat. Is enim, ut supra ostendi, inter tertiam & quartam continetur. Hinc manifesto errore Suesanus convincitur, qui ex Ephesio per primam interpretatur eam, quæ testæ adhæret, per postremam vero, quæ albumini.

127



Gallus turanus
turanus



Gallus domesticus




Gallus turanus



Gallus



Gallus Cornutus



Gallus Indicus
Welscher han



Gallina Patauma



Gallus Patavinus



Gallina Henne



Kriechhun Pinnilio



Gallus



Gallus Han



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus



Callus torquatus

Gallina Turcica



Gallus Turcicus



Gallina Persica



Gallus Persicus



Gallus Indicus



Gallina Indica



Gallus Indicus mirabilis

Gallina Guinea



Gallina lanigera



Gallus palustris murhan



Capo Kappaun







*Chloropus
Gallinula*



Fulica Wasserhenn



Gallinula Aquatica

*Gallina
hipoleucos*



*Ispida
Eijs*



Vogel



*Scolopax seu Gallinago
Schneff*

Erythropus



Erythra



*Rusticula sylvatica
Walt Schneff*



Gallinula terrestris



*Scolopax seu Gallinago minor
Har Schneff*



Gallina Ochra



Gallina Serica



Gallina Rhodopes



Quæ omnia à nobis observata quotidie in sequentibus diebus evidentiora, utpote in perfectissimo pullo apparebant *Die vero vigesima* pullus putamine à parente Gallina ablato hora vigesima secunda sua sponte exivit. Post exclusionem reperiri in putamine tunicas duas albas nativas una cum duobus aliis in incubatu genitis secundina nempe, & quæ foetum ipsum involverat, in qua excrementum adhuc inerat subalbidum. Evidenter adhuc apparebant in pullo tria illa *vasa umbilicalia*, duæ scilicet arteriæ, & vena una, & orificium umbilici valde erat contractum. *Vena* vero jecori per alium rarum, qui recta ad illud tendebat, inferi videbatur. Mirum autem erat, quod extra id nihil lutei appareret, cum tamen in cavitate abdominis, ubi intestina sunt, prope anum pullus per umbilicum totum fere id absorberat, simul cum quinta tunica, quæ id involverat. Tanta autem ibi lutei inerat copia, ut vix duplo plus sit in ovo nondum incubato. Aristoteles etiam scripsit, decima ab ortu die, si alvus abscindatur, aliquid adhuc lutei in ea conspici. Sed consideratione imprimis dignum est, quomode ejusmodi membrana, quam una cum vitello à pullo absumi diximus, post ejiciatur. Videtur autem dicendum, quod per eandem viam, umbilicum videlicet, regredi debeat, vel per anum, quod potius credo. Tunicæ huic duo vasa implantantur, quorum unum arteriam esse, & à corde proficisci, pulsus indicat: alterum vena est, deferturque ad intestina, lutei videlicet vehiculum: Hepar erat coloris admodum lutei, forte quod ex luteo per venas attracto nutriatur. *Hactenus Aldrovandus.* Auxit naturæ dotes ingenium. Fœminas habebis si luna plena nata, eadem supposueris. Eo colore nascentur, quo tincta ova fuerint, pulcherrimi excludentur, si cum Palumbi mare Gallina creverit, & ne de monstrosis laboremus, à Johanne Baptista Porta absque causa provisum est. Solent in partu numeroso quod conceptus cohæreant sæpe monstra nasci; nec vel geminas vel quadrupedes pullos, nulla sectis membranæ vitellis, vidisse, rarum est.

ARTICULUS II.

De Gallis Gallinaceis & Gallinis in specie.

PUNCTUM I.

De Gallinis Patavinis, Pumilio, & aliis quibusdam monstrosis.

HActenus de Gallis & Gallinaceis; in specie occurrunt nobis Gallinæ, Pumilio, Patavinæ, Gallinæ Turcicæ, Persicæ, Galli Scotici sylvestres, Palustres, Gal-

li & Gallinæ Indicæ, Guineenses, Capi. Gallina PUMILIO seu Nana, quam Aldrovandus describit, erat fere tota nigra. Majores alarum pennæ in extremitatibus candicabant. Maculis in collo mediam lunam æmulantibus ornabantur. *Oculos* macula sublutefcentis coloris rotunda ambiabat. Caput erat cirratum. Paleæ & crista intensius rubebant. Ungues impense candicabant.

EX PATAVINIS Gallina tota ex nigro virefcebat. *Cristam* gerebat exiguam coloris vix rubri. Pellicula quam prope aurium foramina obtinent, albebat. Mas quinque duntaxat coloribus ornabatur, nigro, albo, viridi, rubeo & luteo. Corpore erat ater, caput cirrhatum, cirrhi radices erant albæ, rostro & pedibus luteis. Vifa aliquando Gallina tota candida, cristata, vifa & alia in lapideam substantiam inter parietes conversa, caudiculis suis absque pennis histricis instar horrida. Dantur & pedibus pennatis seu hirsutis quarum descriptionem apud Aldrovandum vide. *Cristam* Gallus habebat duplicem non admodum magnam. Vifa aliquando & monstrosi. Tacebo gallinam quæ tres pedes, tertium prope anum enascentem habebat, pullum, qui totidem instructus, tertium velut ex Uropygio enatum ostentabat. Nihil vel de eo dicam, cui pes à podice natus, quinque digitis instructus, vifebatur, vel cui seu quatuor, priores imperfecti & pallidi, perfecti & lutei posteriores, seu quinque erant, vel de eo pullo cui quatuor alæ erant: non tantum contrarium alarum pennæ situm; sed & cervicis plumulas caput versus cirri instar erectas Tagliaferus Medicus observavit in quodam. At qui in aula Hetruriæ Ducis vifebatur Gallus, habebant caput & paleas ex plumis militum, conos quibus galeas exornant æmulantibus duos in fronte pennarum calamos velut duo cornua surrectos; totidem ab utraque rostri prope nares parte, qui in extremitate plumas tenuissimas setarum instar edebant, unum in cervice, qui è principio fere ejusmodi setis ornabatur. Pennæ veluti squammas toto corpore æmulabantur. Prope Vropygium qua cauda exit tuberculum rotundum & subalbidum vifebatur. Cauda carnosâ, pilis nuda, in extremitate floccum album habens propendebat. Tibiæ velut ocreis induebantur.

PUNCTUM II.

De Gallinis Turcicis, Persicis, Gallo Scotico Sylvestri & Palustribus.

TURCICUS Gallus, quem Aldrovandus describit corpore erat candicante. Alis & alvo nigris. Cauda partim viridi,

H partim

Aldro-
vandus L
14.
Ornit. c.
5.

partim nigra. Tibiis & pedibus sub cæruleis. Toto corpore, modo argenteis, modo aureis lineis variegato. Gallina tota erat alba, maculis ubique nigris conspersa, pedibus subcæruleis. Vifa & alia cum pedibus cæruleis ex albo & nigro maculata. Post carneam cristam, aliam ex pennis albis Alaudæ instar habebat, ut in icone expressum est.

PERSICUS cristam veluti caudam obtinebat, pedes cinereos, ipse totus niger erat. Gallinæ totæ coloris ferruginei visuntur.

Gallus SCOTICUS sylvestris Phasianæ carne ac magnitudine est similis, sed nigra pluma, rubentibus admodum palpebris. Mas collo, pectore, alis, coxisque punctis rubicundis aspersus est; foeminam leucophæam, maculæ nigræ variant, superciia & barbulae in utroque sexu maculis nigris asperguntur. Similis est huic ille, quem Turnerus Morhenam vocat. Mas enim totus splendens est nigredinis, eam caudæ partem, quæ podicem tegit, quæque alba est si exceperis. Caput ruber sed corneus cirrhus tegit, & circa genas duo veluti lobi rubri & carnei. Foemina tota maculis distincta est, & à Perdice nisi major esset, & ruffa, magis ægre dignoscitur. Degunt in desertis, & erica consitis locis. Granis, & summis erucæ germinibus, vescuntur.

Gallo PALUSTRIS corpus est subrufum aut sufflavum, punctis nigricantibus undique distinguitur. An idem sit cum illo qui frumento abstinet, & enascentibus minutisque Cytisi foliis vescitur, ut Boëthius prodidit, dubito.

PUNCTUM III.

De Gallinaceis & Gallinis Indicis.

GAllum **INDICUM** duplicem nobis Aldrovandus exhibet. *Primus* est auritus, tridactylos, nulli volucrum generi pulchritudine inferior. *Rostrum* illi in superiore parte aduncum, totum rubrum. *Caput, pectus, & venter* integer colore roseo diluto, qui in pectore maculis subroseis dilutionibus exiguis, in ventre longe majoribus, quas alba linea transcurrit, insigniuntur. *Cristas* habebat duas, carneam unam, quæ prope rostrum est, inter quam & rostrum superius, macula oblonga cærulea est: alteram pennis luteis prope primam cristam parvis, mox majoribus quæ sursum primo ascendunt, mox descendunt deorsum, constantem. *Oculi* eundem fere qui in homine est præ se ferebant situm, oblongum scilicet, in cuius medio illi positi. *Aures* habebat erectas asininis non absimiles. *Alas* admodum diversi coloris. *Caudam* duplicem. Priorem exiguam, quinque pennis ruberrimis constantem. Aliam novem longissimis, diversum colorem obtinentibus.

De *collo* superiori & Vropygium pennæ cæruleæ albis calamis ornatae dependent. *Alterum* simpliciter Indicum idem nominat. Coloris toto corpore erat atterrimi. *Rostrum* superiore adunco, utroque caput versus luteo, cætera atro. Ubi foramina narium aliis, ibi rotundum quid & luteum cerasi magnitudine conspiciebatur. *Cristæ* loco cirros gerebat. Cauda & calcaribus carebat. Tibiæ pedesque tabellis albicantibus præditi erant. *Gallinas INDICAS*, tres idem exhibet. *Primam* colore corporis fuso. Capite cirrhato, rostro in medio ruberoso, albicante, nigris maculis insignito. Coxis ex ferrugineo lutescentibus. Cauda nulla. Vropygio simiæ instar, nudo. *Alteram* corpore à rostro ad caudæ extremitatem exiguo, ad cæruleum vergente, rostro recurvo & rubicundo. Cauda longa, ut in Pica extensa, candida, & lineis nigris conspersa, quæque in fronte tuberculum magnum, figura ficus, coloris fere cærulei gerebat. *Tertiam* colore fusco, in collo & alis ad cinereum vergente, rostro rubicundo, sed non adunco, tuberculum simile in fronte gerentem. *Numidica* dicebatur.

PUNCTUM IV.

De Gallinus Guineis.

GAllinæ Guineæ à regione ita dictæ, Perdices Terræ novæ quoque dicuntur. Corpulentia vix nostrates Gallinas superant, iisdemque quoad mores & vocem fere similes sunt. Peculiare ipsis acervum quendam pilorum supra caput obtinere, sed qui in anteriori parte reflectuntur, à prima vertebra aut osse colli procedendo per posteriorem capitis partem. Gallum Mauritanum ita Gesnerus ex Cajo descripsit. Pulcherrima inquit avis est, magnitudine corporis figura, rostro & pede Phasianæ similis, vertice corneo in apicem corneum à posteriori parte præcipientem, in anteriori leniter acclivem elevato, armatus. Eum natura videtur inferiori capitis parti tribus veluti laciniis se promittentibus committere atque deligare: inter oculum & aurem utrinque una omnibus ejusdem cum vertice coloris: ita ut insideat capite eo modo quo Ducalis pileus Duci Veneto, si quod jam adversum est aversum fieret. Rugosus is est inferius per circuitum, qua se attollit in directum in summo collo ad occipitium, nascuntur erecti quidam atque nigri pili in contrarium versi. *Oculi* toti nigri, æque & in orbem palpebræ & cilia. Si maculam in summa & posteriori parte supercillii utriusque demas. Imum caput per longitudinem utrinque caro quædam callosa colore sanguineo occupat, quæ ne propendeat veluti palea, ut replicaretur, natura voluit, & averso ductu in duos proces-

Bellonius
l. 5. de Avib. c. 9.

Boëth. in
d. script.
Scotiæ.

processus acutos à capite liberos finiret. Ex hac carne atollunt se utrinque carunculæ, quibus nares in ambitu vestiuntur, & caput in anteriori parte à cetero rostro pallido separatur. Harum ad rostrum margines inferiores, replicantur leviter sub utraque nare. Quod inter verticem & carnem est à dextra & sinistra parte, squammosa duplici incisura notatæ: in posteriori nulla sed læves, & vultui punctis quibusdam sui coloris respersæ. Color illi in faucibus exquisite est purpureus: in cætero corpore per summa contuenti, qualis confurgit, si album & nigrum pollinem, ut cunque tenuiter tritum, colori fusco rarius aspergas, nec tamen commiscens. Tali colori maculæ ovaes aut rotundæ per totum corpus inesse visuntur, per summa majores per ima minores comprehensæ intervallis linearum, ut apparet in plumarum compositione naturali, qua se mutuo interfecant obliquo hinc inde ductu per summa tantum corporis, non item per ima. Id non ex toto corpore solum deprehendes, sed ex singulis avulsis pennis. Superiores enim obliquis lineis se interfecantibus, aut si mavis, orbiculis quibusdam ex albo & nigro, ut dixi polline confectis, & per extremitatem conjunctis; ut in favis aut retibus, maculas ovaes aut rotundas, in spaciis fuscis comprehendunt, inferiores non item. Utræque tam simili lege positæ sunt. Nam in aliis plumis ordine ita junctæ sunt, ut fere triangulos acutos faciant; in aliis ut ovalem figuram repræsentent, &c. *Vox* illis divisus libilis non sonior, nec voce Coturnicis major. Similem Gallinis communibus scribit Bello-nius. Fœcundæ sunt, & nutriendis pullis sedulæ.

ARTICULUS III.

De Capo.

CAporum tot sunt genera quot Gallorum, & sola castratione ab his differunt. Capitis tamen juba major est quam Gallis, caudæ pennæ longiores sunt, & calcaria in majorem mollem excrescunt. *Vox* etiam magis demissâ & rauca. Scaliger unum insigni magnitudini, perpetuum convivam habuit, qui cum ater fuisset totus, anno quarto evasit candidus, quamquam erant alii quibus nulla pluma nigra fuerat. Duobus olim *castrabantur* modis, lumbis nempe adustis candente ferro, aut calcaribus ad infima crura usque. Hodie vulnere tanto quantum digito superius lumbos subsepto, ubi testes adhærent immittendo sufficit, inflicto, testiculi per posteriora evelluntur. Mori interdum contingit, si erratum fuerit: & Gallum à castratione ita intumuisse Aldrovandus observavit, ut pellis digitis pulsata, tympani bellici

Arist. H. A. l. 9. c. 50.
Varro de R. R. l. 1. cap. 2.
Plin. H. N. l. 10. cap. 21.
Columella R. l. 8. cap. 2.

instar sonum ederet. Breve quidam *pinguescere* scribunt, si cerevisiam aquæ loco apposueris.

Usus in cibo multus est. Optimum enim sunt nutrimentum & perfectum generant sanguinem, ut omnium avium laudas quantum ad obsonia pertinent, una caro Gallinæ, cujus patina stomachum juvat, pectus lenit, vocem sonoram facit, corpus obesat, Platina comprehendat. Maxime circa sex, septem, vel octo mensium ætatem probantur. In *Medicina* jus caponum ad virium restaurationem commendatur. Quidam ossa crurum medicamentis ad alba mulierum menstrua, immiscunt. Alii Fistulæ indolenti pelliculam ventriculi interiori, in sole torrefactam, & in pulverem redactam inspergunt. Græci asserunt, fabæ femina caporum sanguine macerata, ab adversantibus herbis immunia fore; & si pridie quam feruntur aquæ simplici infusa fuerint, citius nascituræ; sin nitrata difficilissimam coctionem non habituras.

Usus.

CAPUT III.

De Avibus, quæ se pulverant simul & lavant.

ARTICULUS I.

De Columbibus.

AVes, quas Latini Columbas, seu quod in culminibus villarum degere soleant; seu quod bibentes rostrum aquæ diutius immergant, ut Hermolao videtur; (*κορυμβάων* Urinare est) seu quod lumbos frequenter colant, ut Alberto M. placet, dicunt; Græcis *ἀετρίων*, & *πεπετρίων*, *πέλαγ* aliquando *περὶ τὸν πάλιν*, & *εὐρῆων* apud Homerum, Hesychium, Phavorinum & alios dicuntur. Descriptionem non est, quod apponamus. Proprium omnibus utraque connivere palpebra. Aristoteles pedibus & unguibus cucullum repræsentare dixit. *Internas* si spectes partes Ingluviem parvam & fere rotundam ultra ventriculum, id est geminos sinus habent; unum in quo merguntur recentia, ut guttur: alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata. *Ventriculus* ipsis ferventior. *Lien* tam exiguus, ut visum fugiat. De *felle* inter eruditos non constat. Sunt qui habere negant, Galeno rediculi, sunt qui affirmant, seu in Vropygio vel dorso, quod vesimile non est: seu non eo loco, quo cætera animantia, sed & inter eas aliis ventri, aliis intestino jungitur. Cysti carere dum affirmat Galenus, ne discipiatur metuo.

Varro l. 3. de re rust.

Arist. l. 2. de partib. Anim. c. 13.

Arist. H. A. l. 3. c. ult.

Arist. l. 3. de partib. cap. 7.

Galenus de atra bile.

Locus: Eusebius præp. Euang. l. 8. cap. 5. Athenæus lib. 14.

Quantum *ad Locum*, ubique fere conspiciuntur. Ingens olim earum in Assyria circa Ascalonem, quia sacræ, & lege edi vetitæ; in Cypro, Papho, Cythera, Sicilia, Cnido, quia Veneri dicatæ, copia. Tanta apud

Pœonas & Illyrios, ut incolas militari contra eas ordine exire, Textor nescio cujus fide, prodiderit. Nil de portu, & navali, Thisbæorum, Insula Columbaria Solini, quæ in Tyrrheno mari sita est; Lucais insulis, in quibus columbis quandoque onerantur naves, regno Pegu, Fessa, & aliis dicam. Amant vere propter innatum pavorem eminentia loca: naturaliter tamen specus & latebras quærunt. quæ de *nidulatione* in arboribus dicuntur, Palumbis potius competunt. *Sexum* difficulter, nisi interiora scrutentur, discernas. Vox tamen exigua fæmellam, gravior marem prodit.

Coituri mutuo se exosculantur, & senior quidem primum congressum ob osculo exorditur, sequentem sine osculo celebrat, at junior quoties libet coire, osculatur. observatum tamen sine osculo marem admitti, si fæmellæ ereptus post triduum eidem restitatur. Si mares defunt, ruunt in mutuos amplexus fæminæ, ita singulis diebus ad octiduum & ultra hypenemium ponitur. *Ovum* quinto à coitu die perficitur: per oblivionem factum, quod Plinius intra decem maturefcere scripsit, & fæmina sæpe ipsa qua peperit, postridie aliquando, marem repetit, ut forte ad partum alterius ovi alacrior accedat. Vexata, vel sponte paulo morosior, ovum per tristitiam retinet. Bina fere ponuntur, ita natura moderante, ut aliis crebrior sit foetus, aliis numerosior. Sed & quia volaces, consumitur volatu materia, & in alas pennasque abijt. Ex priori marem, fæminam ex posteriore edi veteribus creditum, visæ tamen binas fæminas aliquando, binos aliquando mares uno exclusisse partu. Bene autem Plinius crebriorem iisdem foetum innuit, & falso *δίζυγον* appellavit Varinus. Singulis namque seu tricenis, seu quadragenis diebus concipiunt, pariunt, incubant, & pullos enutriunt. Continuatur toto anno fœcunditas, si locum apricum; unde Ægyptiæ duodecies pariunt; & cibum, quem facile acquisitum eximio corporis & ventriculi calore nullo negotio conficiunt; (hæc fœcunditatis causa Aristoteli) habuerint, si horum aliquid deest, à bruma ad æquinoctium hybernum otiantur. Sic duodecim ex eis imo tredecim & quatuordecim, haberi possunt paria. Æstate enim binis interdum mensibus terna edunt, sæpe inter pullos ova inveniuntur, & alii provolant, alii erumpunt, hi rursus simul ac creverunt, & robur habent, cum matribus pariunt, & quam Aristoteles intra annum eos coire, semestres incipere Venerem agnoscere scribat: Plinio tamen quinquemestres fœtificare scribenti, Albertus & experientia subscribunt. Non est ergo mirum quod M. Varronis temporibus, quinque millia

columbarum quandoque in uno peristoptrophio colebantur, cum vel decem paria paucis annis in talem numerum excrescere queant. *Incubatio* maris & fœminæ perficitur opera, hæc noctu, ille interdum incubat, de tempore inter scriptores non constat. Plinius, æstato octave decimo die excludere putat, vicesimo aliàs. Apud Aristotelem, quod ovum prius editum fuerit, intra vicesimum diem & absolvitur & excutitur à pullo. Pertundunt ovum pridie quam excludatur pullus. Alberto denique completur septem in utero diebus, fovetur per quatuordecim, postea fisso ovo, pullus exit. Experientia ab Aristotele militat, qui etiam cœcos & imperfectos, quod, quia pauciparæ sunt, copia alimenti cum prole parere soleant, pari affirmat. Possunt ab ortu versicolores haberi; si miscentibus jam oscula maritis,

*Sargula flammeolis oculis rubrosque tapetes
Et vestes ostro perfusas objicit auceps.*

Vitam culumbarum octonis annis Plinius definivit; quos etiam allecetricibus, excœcatis Aristoteles tribuit. Albertus domesticis viginti annos adscribit. Athenæus ad triginta producit, fuit, quæ viginti duos annos vixit, & semper, excepto ultimo generavit.

Vocem per *γογγύζειν, γογγύζειν, γογγυρίζειν, & γογγυρίζειν*, quod Latini gemere, murmurare, & meditari dicunt, expressere Græci.

Volatum quod attinet, nullæ domesticarum neque longius domo, neque diutius abvolant, sed & alte per aëra volitasse, in Paphlagonia Bellonius observavit, ut conspectum effugerent, seu iis cum aëre tanta intercedit familiaritas, ut securius in eodem degant: seu alia causa. Celeritatem multi testantur authores, hujus opera uno eodemque die victoria Taurosthenis ex Olympia Æginum parenti ipsius nunciata est. Sueta intacta fides, ut Hircius & Brutus in Mutinensi obsidione; Lydenses in sua; Romani in Circum vel Theatrum euntes, quæ vellent domum nunciaturi; Ægyptii, Cyprii, & Cretenses nautæ ad terram appropinquantes; Benenses Catiæ urbis incolæ eis usi tanquam tabellionibus fuerint; effecit. Frustra valium & vigil obsidio per cœlum eunte nuncio. Dupliciter celeritas, dum se à rapacibus insectari sentiunt. Sed & strepitum in volatu quandoque edunt, qua ostentatione, ut vincitæ præbentur Accipitri implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarum numeris eliditur. Speculatus occultus fronde latro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.

Ad *Ingenium & Mores* Columbarum pertinet, quod cum bibunt, collum non resupinant, sed quia breve & amplum, multarumque

Textor
in Cornu
copiæ.
Polyhist.
cap. 9.

Horat. l.
1. oda. 2.

Genera-
tio.

Arist. H.
A. l. c. 2.
Aldrov.
Ornithol.
l. 1. c. 1.

Plin. H.
N. l. 10.

Athe-
næus l. 9.

Plin. H.
N. l. 10.

cap. 52.

Aristot.
de Anim.
Generat.
l. 3. c. 1.

Arist. H.
A. l. 6.

cap. 4.

Plin. H.
N. l. 10.

cap. 48.

Ælian. l.
1. var.

Hist. c. 1.

Arist. H.
A. l. 6.

cap. 4.

Varro.
l. 3. de re
rust. c. 7.

Idem l. 5.
cap. 13.

Plin. l. 10.
cap. 53.

Varro. l.
3. de re
rust. c. 7.

Plin. H.
N. l. 10.

cap. 58.

Varro. l.
3. de re
rust. c. 7.

Arist. H.
A. l. 6.

cap. 4.

Athen. l.
9. c. 16.

Plin. H.
A. l. 10.

cap. 58.

Arist. H.
A. l. 6.

cap. 4.

Arist. l. 4.
de Gene-
ribus c. 6.

Oppian. l.
1. de ve-
nat.

Ætat.
Plin. H.

N. l. 10.

Arist. H.

A. l. 9.

cap. 7.

Athen. l.
9. Di-
pnos.

Vox.

Volat.

Bellon.
lib. 6. de
Avibus
cap. 23.

Virgil.
lib. 5.
Æneid.
Ælian.
variat.
lib. 9.
Plin. l.
10. c. 37.

Bellon. l.
6. de A-
vib. c. 21.

Botter. in
Relatio-
nibus.

Virgil.
Æneid.
lib. 5.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 36.

Ingenium.

Athe-
næus
Dipn. l. 9.

Plin. H.
N. l. 10.

cap. 34.

Arist. H.
A. l. 9.

cap. 7.



Columbus



Columba Indica rostris



Columba Sylvestris



Columba Cypria



Turtur Indicus



Columba domestica



Alchata sine Filacotona



Turtur



Columba hirsutis pedibus maior



Columba Cypria



Columba Iruia



Oncas seu Umago



Turtur



Columba Cypria



Columba domestica Varys coloris



rumque aquarum capax habent, large jumentorum more bibunt, quod

— ubi mollia frangunt

*Nubila, jam longum caeloque domoque gregata,
Si junxit pennas, diversoque hospita tractu
Venit avis, cuncta primū mirantur & horrent,
Mox propiusq; volant, socium jamq; in aere ipso
Paulatim fecere suum, plausuque secundo
Circumeunt hilares, & ad alta cubilia ducunt.*

Arist. H.
A. l. 9.
cap. 49.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 34.

Aldrov.
Ornithol.
l. 15. c. 1.

Arist. H.
A. l. 9.
cap. 7.
Ezechiel.
cap. 7.
Tzeket
Chilia.
12. 433.

Æl. H.
A. l. 3. c.
45.
Arist. H.
A. l. 9.
cap. 36.
Arist. H.
A. l. 9.
cap. 24.
Æl. H. A.
l. 3. c. 45.
Gome-
sius l. 1.
de Sale.
Athe-
næus
Dipn. l. 9.
Æl. H.
A. l. 1. c.
35.

Rhodig.
l. 20. c. 10.

quod corpus primo humectant, dein pulvere sese conspergunt, sic à pulicibus & omni forde mundantur, quod mane foeminas vagantes in nidum compellunt, & incubare cogunt. Sæpe ex hac causa castigatio pigrius intrante foemina ad pullos, quod conjugii fidem non violant, communemque servant domum. Nisi coelebs aut vidua nidum non reliquit, & imperiosos mares subinde etiam iniquos ferunt: quippe suspicio est adulterii quamvis natura non sit. Tunc plenum querela guttur, sævique rostri cibus, mox in satisfactione exosculatio, & circa veneris preces pedum orbibus adulatio. Appetunt tamen maribus defunctis, cujuscunque coloris, non digrætantum, quod proditum quibusdam, novas nuptias; & si domini jussu conjugia permutent, pristino domicilio redditæ, prioribus spretis, novissimis adhærescunt, quin & nonnullas ex maritatis cum aliis coire Aristoteles dixit: & ut nigra apud Ægyptios mulier perpetuo vidua, quod pulla semper incederet significabatur: sic ingrati apud eosdem columba, quod masculus validior factus, partem rostro incessit, & à matre abigere conatur. Huc etiam pertinet, quod mas adultos pullos, cum ex nido tempus prodeunti est, subigit, quod eis pavore percussis (sunt autem timidissima) mediæ natiū partes tremunt, quod, dum etiam sub mensis cum Gallinis conversantur, hominum consuetudine se delectari ostendunt, quod denique Aquilam sublimipetam ab humipeta discernere norunt, & si hic invadit, in sublime feruntur, si ille, deorsum versus ruunt. Nec tacendum, recens natis pullis vel terram falsuginosam, quam in locis lotio conspergi suetis quærunt; vel falis ipsius grana, seu ut livorem abigant, ne fascinantium noceant imprecationes; seu, ut ad recipiendos cibos præparentur; seu, quod verisimillimum, ut eis tam foecunditatem quam cibi appetentiam ingerant; inspuere, corporis mundicie impensius studentes, nidos à fimo repurgare. Helxine, herba ad evacuationem uti, laurinos ramulos tenues primum pro amuleto colligere, deinde ad pullorum custodiam nidis imponere. Colores suos varietatemque dispositam nosse. Memoria, ideo temporis, quando foemina in cucubitu succedendum est, nunquam mas obliviscitur, pollere. Ita denique

cicurati, ut & literas ferant, & cibum ex auribus, quibus præstigiis nebulo ille Saracenus Muhamedes usus est, capiant.

De Pugna satis est dixisse, in nidorum vicinia mares pro uxoribus has pro illis pugnare. Antequam coiverint, mares adhuc cœlibes, suas aliis subtrahere conantur. Vidit & Avicenna duas pro foemina pugnantes; hæc victori adhæsit; quem, pugna repetita, deseruit victum.

Amicitia eis intercedit cum homine. Alliciuntur in columbaria & manent, si vel humano sanguine cum pisces integris in vase figulino circumactis illinantur, & pisa deglutiant; vel cranium hominis senis in iis suspendatur; vel lorum quo homo strangulatus est, deponatur; vel lac mulieris puellam à bimatu lactantis, occultetur. Cum capite captæ, quod excruciatum, cum multo sale, & cumino Romano coctum, ac ibidem depositum, eos retinet. Cum tinnunculo & vesperilionibus ut suis locis expositum est, denique cum vite agrestis, peristerione, saliva, carlina, femine viticis, & aliis. Detinentur vel peregrinas adducunt, si aliquid horum vel in columbario sparseris, vel suspenderis in nido.

Inimicitias autem excercunt cum circo, ad cujus vocem perhorrescunt, quod vociferans invadat; Milvo, Aquilis, marinis inprimis; Bubone, qui ova exforbet. Noctua, corvino genere, vulpibus, catis, Mustellis, helleboro albo, & dentibus humanis, quibus virus quoddam inest, quod & foetus implumes necat, taceo de aliis.

Affectus ipsorum sunt, Pulices & pediculi, quibus nisi mudentur, macilentæ evadunt; varioli circa oculos, qui mense Augusto inprimis infestant; & vitiligo ac lepra ob quam à Persis pulsas apud Herodotum legimus.

De Usu columbarum in Medicina multa prodita sunt. Ventriculo quia sunt ferventior, lapillos comesos conficiunt, Margaritas eis exhibitæ poliri Cardanus prodidit. Pestiferis haud corripit morbis, qui carne assidue in cibo usi fuere, ex Ægyptiorum accepimus arcanis. Odor etiam sylvestrium in aërem resolutus, ab Epilepsia & Paralyti, si Villanovano & Abenzoari credimus, præservat. Cerebella cœcitatem inducendi proprietatem habere, metuo ne falso, dicuntur; medicamentis venerem promoventibus recte præscribi, certum. Sanguis cruorem membranis cerebri emanantem cohibet, & oculis suffusis eximie prodest. Lusciosis bene illinitur. In masculis efficaciori Hierocles eundem medicamento ad stranguriam Equi admiscet. Adeps ad dysuriam commendatur. Pennæ primum enatæ & cum urtica ustæ podagræ dolores leniunt, ut Marcellus auctor est.

Pugna.

Amicitia.

Gesnerus
de columbis.
Albertus
de Avib.
Palladius
l. 3. c. 44.

Inimicitia.

Hont. l.
Epod. od.
16
Ælian.
l. 3. de
Animal.
cap. 45.
Serapio.
l. 4. de
Metho-
docap.
11. 4.
Plin. H.
N. l. 11.
cap. 37.
Morbi.
Crescent.
l. 9. c. 90.
Herodot.
lib. 1.
Usus.

Cardanus
de varietate
Rer.

Dioscorides.
Galen. de
Simp.
Medic.
cap. 3.

est. Ovis recte condyloma fovetur; sed desidere ante æger in aqua debet, in qua verberna decocta est. Fimus tanti est fervoris, ut ignem sæpe concipiat, & in ea Mysia quæ est Asiæ pars, domus hac ratione conflagrarit. Cum hordeacea farina vel aceto mixtus, strumas discutit; arefactus, & cum nasturtii semine tritus, inveteratos coxendicis, cervicis, & lumborum dolores extirpat, ut scriptum Fernelius reliquit. Prodest calculosis, si vel in aceto maceretur, illud propinetur colatum, vel in eodem septem diebus infusus, & aquæ rosacæ instar destillatus exhibeatur. Excudit foetum, si cum Castoreo, opoponace, myrrha, vel felle facino suffitus excipiat. Emplastrum cum aceto forti, recte super ani ficus posueris. Imbecillius tamen domesticarum sterces, validius earum quæ in montibus vagantur. De reliquis consule Aldrovandum.

Laudatus & in cibis Columbarum usus. Commendantur in epatico morbo ab Hippocrate, in virum, post diuturnum morbum imbecillitate à Rhase; & Peguani ita iis delectantur, ut advenis, interdum vendere nolint. Sylvestres, quas elixabis, domesticis, quæ assæ, magis valent. Pulli propter molliorem succum veteribus, vernaes æstivis & autumnalibus (vescuntur tamen & hæc melioribus granis) præferuntur. Et videbis ex iis, apud scriptores Messos, Cruftas, Miranse Catalonicum ludebat, quod & Rui dicitur, & alia cibarii genera. Pullos tamen, caput & oculos lædere, lepram nimio usu gignere, Simeon Sethi; Cynanchen inducere Rhasis, meminere. Quod vero Varronis tempore, singulorum paria ducentis nummis, & si eximia essent, singulis millibus sestertiorum vendebantur, quod Columellæ diebus sunt inventi, qui quaternis millibus nummum bina paria mercabantur: quod denique Plinius L. Axium Equitem Romanum ante bellum civile Pompejanum denariis quadringentis singula paria venditasse scribit, luxuriæ potius & deliciis quam usui adscribendum est.

ARTICULUS II.

De Columbibus Domesticis.

Genera. Varro l. 3. dere rust. c. 7. **G**enera columbarum tria Varro posuit. *Unum* agreste, seu saxatile, quod in turribus & culminibus villæ habetur, quod falso Perottus *peritadæ* esse credidit, quidam male cum illo saxatili, quod in agro Bononiensi capitur, prorsus ferum, saxatilibus Varronis majus, coloris lividi, rostro rubicundo, conferunt; quodque Galeno *stuzæ* & *stoonæ*, dicitur. *Alterum* clementius, quod cibo domestico contentum, intra limina januæ solet pasci. *Karainidion* seu

Domesticum Galeno. *Tertium* ex his stirpibus Miscellum fructus causa. Aristoteli sex sunt species, nempe, *Columba*, *Oenas*, *Gazæ* vinago, *Phabs*, *Phassa*, *Pelejas*, & *Turtur*. Aldrovando vero ex magnitudinis ordine, *Phassa* primum, *Phabs* secundum, *Oenas* tertium, *Columba* quartum, *Livia* seu *Pelias* sextum, *Turtur* postremum locum occupat. Palumbum *Pyrallidem*, *Columbam*, & *Turturem*, nihil inter se similitudinis habere falso à Callimacho dictum, in sequentibus exponetur. In Sylvestres & Domesticas commodissime distinguuntur. Et Domesticæ quidem, si Differentias attendas coloris, magnitudine partium, & coitus ratione variant. Fuere in insula Capitis viridis & Madera sylvestres adeo mites, ut domesticarum more se capi manibus paterentur. In Therapne maximas nasci ait Perottus, Spoleti perexiguas. Tantum duodecim passuum millia efficiunt descimen. Habentur in Norvegia totæ albæ, quas & alibi vulgatissimas conspicias. In Græcia eo primum tempore visæ sunt, quo Persicus exercitus circa Athon montem interiit. In Eryce Siciliæ ingens numerus unum rubrum tanquam Ducem sequitur. In Persia denique Columbi si qui sunt, oblongo & anserino illi sunt collo. Genera tam indigenarum quam Exoticarum plurima apud nos sunt, quæ an veteribus cognita fuerint, jure dubitari potest, etiam si Romanos Columbarum amore insaniisse Plinius prodiderit. Sunt *Gutturosa* vulgaribus domesticis duplo fere majores, pedibus hirsutis, quæ inter volandum, & dum murmurant, fauces in ingentem tumorem inducunt, Plinii Campanas dixeris. Aliæ *Cypriæ*, seu ut Gesnerus nominat, *Rusticæ*, *Anglicæ*, *Monachicæ*, seu *Ferrarienses*, ex quibus quædam *Cucullatæ*, cristam gerunt, & pedes vel pennas ornatos vel nudos habent: quædam crista carentes, rostro sunt admodum exiguo, pedibus nudis. Aliæ *Turcicæ* & *Persicæ* colore toto pullo seu betico, præter oculos, qui miniacei, pedes qui pallide rubent, & rostrum, quod lutescit. Aliæ *Indicæ* rostro Anatis, nihil præter pedes, & magnitudinem cum columbis commune gerentes, quarum illa quam Aldrovandus Vienna acceperat, rostro albicabat, circa nares rubescebat, postremo serpentum instar subcæruleis & nigris maculis, quæ per totum ferme verticem producebantur, variegatam erat. Sub oculis macula longa alba totum caput tanquam torquis ambiebat. Aliæ, quæ, quod in honorem scemellæ, vel suæ vel aliarum post longa murmura à terra sese elevent, & ultra illas volando alas quatiunt, Belgis *Overflagers* dicuntur. Aliæ *Gyratrices*, quæ dum in orbem supra scemellas maxime obvolitant, tam fortiter alas quatiunt, ut duorum af-

Galen. l. 9. de Tempore.

Gesnerus de Columbibus.

Hippocr. libro de interm. affectibus.

Varro de R. Rust. l.

Columellæ de Rustic. Plin. H. N. l. 10. cap. 37.

Genera. Varro l. 3. dere rust. c. 7.

Gal. l. 10. de Compos. simpl. Medicament.

Ælianus l. 1. varia. hist. c. 15.

Athenæus. Dipn. l. 9. cap. 16.

Ælianus l. 4. de Animal. cap. 2. Scaliger exerc. 231. c. 7.

Plin. H. N. l. 10. cap. 17.

asserum simul collisorum sonitum superent. Unde remiges earum pennæ semper ferinæ fractæ conspiciuntur. Aliæ *Galeatæ*, quarum caput, cauda, remiges, semper alius coloris sunt, quam reliquum corpus. Taceo hic *monstrosas*, quarum una in Germania prope pagum Rikenhoven capta, præter quatuor pedes, duplicem alvum habebat; altera duplici quoque alvo Bononiæ nate est; tertia bicorpor quodammodo erat, ex uno nimirum corpore, alterum par pedum remittens, cum reliqui duo alteri corpori perfecte inessent.

ARTICULUS III.

De Columbibus Sylvestribus.

PUNCTUM I.

De Palumbis.

Sylvestres columbæ quæ sint, præterito ex Aristotele articulo recensuimus. Primus ex illis *Palumbus*, qui vel *Major*, vel *Minor*. Hic Phabe Philosopho dictus, à nemine hætenus descriptus est. An ille sit, qui in Marchia Anconitana Palumbo vocatur, incertum.

Nomen.

Majorem Græci *πάλας*, Attici *πάλις*, moderni *πάλα*, Niphus Torquatum, Servius, Titum vel Titium; sed per hos forte vultures intellexit Persius ut Aldrovandus opinatur; Villanovanus Cadonem vocant. An *Generis* diversitatem admittat, nondum liquet. Hispani in quadam novi orbis insula grandiores nostris. Gustu & sapore meliores Perdibus qui aromaticum spirabant, odorem, & quarum dissecta ingluviis floribus plena deprehensa, invenere.

Martyr. Decad. Oceani l. 10.

Descriptio.

Corporis crassitie ad Gallinas propemodum accedunt, magnitudine haud multo minores. Color est cinereus, caput ex rubro & cæruleo mixtum, alæ in lateribus maculis albis insigniuntur, torquis coloris est à capitis, dorsique colore diversi. Ingluviem ventriculo præpositam habent. Ideo bene Plinius, Aves quædam sinum unum habent, quo merguntur recentia, ut guttur alterum, in quem ex eo demittunt, coctione maturata, ut Palumbes. *Testes*, cum Venerem exercent, insigni magnitudine augentur; hibernis mensibus, ne ullos quidem habere arbitrantur nonnulli.

Arist. H. A. l. 2. c. ult.

Locus.

Locum si spectes, nullibi noti non sunt. Apud Delphinates, & Vefates Aquitanos, magnus eorum proventus. Raro humi insidere visæ arboribus vel editioribus locis delectantur. Aristoteles dum campestres vocat, per loca campestria, illa quæ arboribus consista sunt, intelligere videtur. Migrare prodidit Plinius, nec abnuvit experientia. Nec hybernare quidem apud nos sese pati, falso apud Aristotelem dicitur. Nam si tepidiora de fuerint loca, in angu-

Arist. H. A. l. 1. c. 1.

Plin. H. N. l. 10. c. 24.

Plin. H. A. l. 8. c. 12.

stis montium jugis sese recondunt. Ideo verno tempore deplumes conspiciuntur. Phattas semper conspici, quod apud Aristotelem extat, error est. De Phabis id intelligendum Athenæus innuit.

Cibus eis inprimis Fabæ. Vnde Fabarium apud Ferrarienses nomen, Gallia glandibus sæpius, cum ilicis cocciferæ tum suberis; ilicum viridium, nec non fragorum repletum inventum in Gallia stomachum, Bellonius affirmat. Hinc Glandiferarum appellatio. Alica vehementer faginantur.

Nutrim. Scalg. in Arist. de Animal. l. 5. c. 12.

Coëunt & foeticant trimestres, unde tanta ipsarum copia. In Venerum accensæ, mutuo sese ante initium exosculantur. Ante veris ingressum, intenso adhuc frigore nidificare, & plumas sibi, ut pulli calidius recumbant evellere; ex inspectione, an auctoritate. Alciat. prodidit. *Nido* locus

Generatio. Arist. H. A. l. 6. c. 4. Opian. de venat.

arbores, juniperi inprimis, si Theocrito credimus. Bis quotannis parere ex Plinio habemus; semel ex Aristotele. Ternæ plurimum pariant ova. Sed quamvis tot peperint, nunquam plus duobus educunt. Tertium quod irritum est, Vrinum vocatur. Palumbes incubat femina post meridiana, in matutinum cæteromas. Incubatus citius quam à columbis perficitur. Decem & quatuor diebus uterum ferunt. Totidem iterum foetus, sed cæcus & imperfectus involucris evadit, atque perficitur. *Vivere* palumbes ad XXX. annum, aliquos ad XL. habemus authores, uno tantum incommodo unguium eodem & argumento, senectæ, qui citra perniciem reciduntur.

Mantuan. lib. 1. de Cal. Tempor. Eidyll. 6. Plin. H. N. l. 10. c. 48. Arist. H. A. l. 6. c. 4. Plin. l. c. Arist. H. A. l. 6. c. 4. Arist. l. 4. de Gener. c. 7. Plin. l. 10. l. N. c. 35.

Marem prius mori credunt, cum in avibus cæteris femina prius albicant. Salacitas forte in causa. Nam & in passerum qui salacissimi genere idem contingit.

Arist. H. A. l. 9. cap. 7.

Quantum ad *Vocem* genere Philomela authore, minurire Spartiano dicitur. Cantus omnibus similis, inquit Plinius, atque idem trino conficitur versu; præterquam in clausula gemitu. Hyeme mutis, reverbalibus. Audiunt tamen, si ex asperima hyeme placidem & serenum tempus successerit, si aurito testi Nipho credimus. Genere ordinarie vere incipiente, & nisi confecto solstitio incipiunt. Sic hujus tempus indubitatis notis signavit natura. Et vox rusticis præsentis veris signum habetur.

Vox. Plin. H. N. l. 13. c. 35.

De *corporis affectibus* nil occurrit, unguium in senectute incrementum, de quo supra, si exceperis.

Morbi.

Sed nec de *Ingenio* & *Moribus* multum. Amisso corporali consortio solitariæ incedunt, nec carnalem ultra copulam requirunt. Adulterio corruptæ, corruptorem, si assequi possunt, interimunt. Ingenii sunt simplicis, ideo in eorum nidis deponit ova cuculus; & Plautus hominem ignavum, Palum-

Ingenium. Isidor. in Originib.

Porphyr. l. de Abstinencia.

Æl. H.
A. l. 4. c.
46.
Ufus.

Palumbem vocat. Vulnere denique accepto origanum imponunt, & ad sanitatem redeunt.

Dipn. l. 4.
Hippocr.
l. 2. de
morb.
mulier.

In venere & in *cibis* & in *Medicina* Usum. In Carani nuptiis appositas Athæneus; in Nasidieni convivio sine clune ceu lautiores Horatius meminit. Carnes in flexu mensium pituitoso Hippocrates: in tympanite Trallianus; in Elephantiasi Aretæus, in colico affectu Aëtius; in pestilentia Alexander Benedictus; in dysenteria & colica Plinius præscribere. M. Cato Cenforinus agrotis exhiberi voluit. Paulus tertium inter aves locum eidem assignavit. Venerem propter glandium esum extinguere creditum quibusdam Oculi, quia confossi renascuntur, ad vulnera oculorum & cicatrices commendantur. Jumentorum verminatio finitur, ter circumlato verendis Palumbo, palumbus emissus moritur, jumentumque liberatur confestim. Sanguis vulnera purgat. Fimus urinam provocat, & calculo in faba sumptus resistit. Lapilli in ventriculis inventi, potioni contra eosdem insperguntur.

Portal. r.
Phytog.
c. 14.
Plin. in
H. N.

PUNCTUM II.

De *Oenade seu Vinagine, Alchata seu Filacoa Arabum & Columba Livia.*

Oenas Tzetzi οὐλίς, non tam ἀπὸ τῆς ἰνῶν à fibris carnis, quæ dura, & nisi tergis detraxeris esui inepta est; quam, vel à colore uvarum nigrarum maturarum, quas οἰνωπὸν Græci vocant; vel à vindemiæ tempore, quo & conspicitur & capitur; unde Lycophroni οἰνωπὸν φασί dicitur. Gaza vinaginem, Josephus Scaliger Vinitorculum, alii viniferam, Julius Scaliger Rupicolam vocavit. Major est columba. *Rostrum* habet, si Oenas est quam Aldrovandus exhibet, cinnaberinum, longum, in extremo acutum. *Caput* totum ventrem & alarum pennis cinerea. *Remiges* notabilis magnitudinis & nigricantes. *Cervicem*, intercurrentibus plumis nigris viridem. *Caudam* versus Uropygium cineream cætero nigram. *Pedes* rubros.

ALCHATÆ quam cum Filacotona eandem Aldrovandus facit, alæ sunt oblongæ, pennæ & plumæ coloris coturnicum, cutis extrema dura, in Syria pedes nigri & breves. Ad eam proxime accedit illa, quæ nomine Angeli Monspefulanis venit, quamque Perdici perfimilem, rostro & pedibus nigris, plumis ex fusco colore in nigrum vergentibus, & luteis ruffum, esse Rondelerius ad Gesnerum scribit.

COLUMBA LIVIA Alberto Cavernalis, Græcis πλινας, ex descriptione Gesneri, est columba domestica minor *Rostrum* ipsi albicat, & circa nates parum

purpurei habet. *Collum* pronum ad latera habet pro diverso ad lucem posita varie splendens, in se partim subviride, partim purpureum. *Supinum* ex cinereo tale. *Plumas* ubique cinereas, alarum pennas quatuor longiores cinereas, medias, partim cinereas, partim ad extrema nigricantes, ultimas dorsum versus subruffas. *Pedes* rubros.

Vescitur glandibus & granis. *Nidificat* in arborum cavis & templorum muris. *Migrat*, & in cibo, palumbo tantum tenerior, præfertur. In India, prodente Æliano, virides pennas, habent, Psittaco simillima: *Cruribus* & rostro Græcam refert *Perdicem*.

PUNCTUM III.

De *Turture.*

Turtur in Columbaceo genere ultimo loco ponitur. Tria aut quatuor earum in Hispaniola observata genera. *Visæ* in locis frigidioribus, & nivosis candidæ & in Aquitania duas ejusmodi se vidisse testatur Scaliger. *Turcarum* vero imperator, par' rari & Peculiaris generis Henrico Galliarum Regi transmisit. Ex Alexandria diversi à nostratibus adferuntur coloris. *Observatum* & nostro ævo quoddam genus, cujus foemella candicat naturaliter; mas coloris est cinerei ad subruffum vergentis, habetque torquem nigrum.

In *Descriptione* non est quod immoremur. Falso Orus Apollo soli inter omnes volucres dentes & mammas tribuit. falso Ovidius nigrum dixit. *Collum* torquis ambit longe aterrimus, viridibus maculis conspersus, ante vix conspicuus. *Alæ* sunt versicolores. *Dorso* & pectori vicinæ elegantissimo colore ruffescunt, nigris, quarum extrema viridia, intercurrentibus. Hinc virides cum ruffis marginibus sequuntur. *Remiges* sunt atræ; si albi aliquid occurrit, in extremitate illud est. *Fœmina* nisi interiorum aspectu difficulter cognoscitur. Ex *Indicis* fœmina, pedibus exceptis, qui rubri, & rostro quod nigricans, tota est candida. *Mari* caput, collum, pectus, alæ ad remiges, dorsum ad Uropygium dilute ruffescit, nec ulla macula respergitur. *Iris* in oculis minaceo colore resplendet. *Torquis* tenuis & nigra circum quoque collum ambit. *Venter* prope anum lutescit. *Pedes* rubei tabellis albicantibus ornantur.

Nullibi fere non visuntur, rarius alicubi vel frequentius. In Æthiopia tanto numero per aëra volare traduntur, ut nebulas effundant, & solis radios impediunt. Apud Tartaros quia in cibis prohibita, abundant. Sed & Peru numerose eas alit. *Morantur* fere semper vel in montium jugis vel ulmi aut aliarum arborum cacuminibus.

Differen-
tiæ.

Scalig.
Exerc.
19.

Descri-
ptio.

Ovid. in
Epistol.

Arist. H.
A. l. 9.
cap. 7.

Locus.



Fringilla



Turtur



Montifringilla



Chalandre



Alauda non cristata




Fucula



Ficedula Canabia

PLATE



Varro de
de Re
rust. l. 3.
cap. 5.

bus Hyeme vel latent, vel tepidiora loca petunt. Vnde Trinitates, quod totidem membris nobiscum agant, Plinio. Cum ad Italiam veniunt, in Pontiis insulis, prima volatura requiescendi causa paucos dies morantur. Redeunt ad nos adventantis veris nunciæ, cum jam prolem fecerunt.

Nutri-
mentum.
Arist.H.
A. l. 8.
cap. 3.
Columella de
R. R.
Scaliger
in Theo-
phra. l. 5.
cap. 20.
Generatio.

Vescuntur frugibus, glandibus & olivis. Milio vehementer delectantur. Æstate sua sponte dummodo sit facultas cibi; hyeme offa panis vino madefacta pinguescunt, & si novella sunt ætate, in tantum, ut pinguedine suffocati intereant, tanquam nimio infartu elisis faucibus.

De Generatione eadem fere quæ in Palumbis occurrunt. Bis anno pariunt & trinitates fœtificant. Mas & fœmina vicissim incubant. Nidus inter densos arborum ramos ex duris & nodosis lignis construitur. Indicæ quotiescunque ova rumpentur, nova pariebant; forte non facturæ, si illa exclusissent. Proprium omnibus crepitus ventris; & cum vocem edunt, novissima pars alvi vehementer citatur.

Ætas.
Barthol.
l. 3. de
propr.
Anim.
cap. 34.
Vox.

Octonis annis vivere, reliquit Aristoteles; quindecim iisdem cubare Bartholomæus Anglicus.

Gemere Latinis dicuntur; Græcis πρῶτον, quibusdam σίειν. Tum volatu, tum pedibus plurimum valent.

Amici-
tia.
Scaliger
in Theo-
phr. l. 3.
cap. 16.
Inimici-
tia.
Æl.H.A.
l. 6. c. 45.
Ingenium.
Man-
tuan. lib.
2. Part.
Mar.
Ambr. 6.
Hexam. 4

Amicitiam colunt cum Psittaco, Merula, Pavonibus.

Inimicitiam cum corvo, & chloreo exercent. Helleboro, quo columbæ intereunt, propter peculiare temperamentum impune vescuntur; malo punico trito perimuntur.

Ad Ingenium pertinet, quod si mori alterutrum contingat, à secundis nuptiis abstinere, soli volare, nec ramis frondentibus insidere, nec limpida aquam bibere, nido suo contra lupi incursus, squillæ folia, quæ isti fugere consueverunt, superjacere, & gladiolum, seu tanquam fascinationis amuletum comedere, seu nido imponere; qua fide non addo, prodatur.

Usus.

Usus quod spectat, Ægypti iis, quod Accipitris sacri sibi alicis unguis aliquando evaderent, abstinebant. Martialis, cujus ævo capita Turturibus amputabantur, clunes laudat. Vulgus pinguiora commendat. In Medicina idem quod Palumbes præstant; Fimus albugines extenuat. Facilitatur partus, si tribus juniperi septem lauribaccis, cum cinnamoni drachma & corticis cassiæ drachma una & semis farta affata & pinguedine Gallinæ ad ignem inuncta, vesperi bis in hebdomade sumatur. Non tangi venereis, qui in corio lupi cor Turturis delatum gustavit, falso à Mizaldo proditum est.

Porphy.
l. 4. de
Absti-
nent. l. 7.
Epigr.

ARTICULUS IV.

De Passeribus in genere.

Passeres, Græcis σπυδαί δίπυρες, δίπυρες, δίπυρες, Macedonibus δρῆες, Eleis, δειράται, aliis ἄλλοπαδες & ἄλλοι, ut apud Hefychium extat, dicuntur. Eidem σπυδαίου passer-culus est.

Nomen.
Athæ-
næus
Dipn. l. 3.

Aristoteles vix alios præter domesticos novit: ideo omnino quæ de illis scripsit, hisce conveniunt. Athenæo ex Alexandro Myndio, alii sunt sylvestres, quorum fœminæ corpore sunt debiliores, rostri colore magis testaceo, facie id est anteriore parte, nec nigra, nec valde alba; Hollandorum forte lignipetæ: alii Domestici, qui Galeno, ἀσπυρίτας modernis Græcis Alberto sunt quidam in vertice rubei, in cavis arboribus nidulantes. Visuntur & alibi, & semper, si Pseudo-Aristoteli credimus, tempestatem nunciant conspecti. Sunt in insula S. Thomæ virides, canori. Meminit Avicenna cujusdam, qui quindecim diebus continuis in principio veris suavissime cantillet, post colorem immutet, mutescat, & sese abscondat. Est in India Passer Nocturnus, qui noctu volat, interdiu quiescit. Hirundinibus est alis & volatu similis, ex cinereo niger, nisi quod in mediis alis albam habeat fasciam. Noctuam odio ingente prosequitur. Forte Aristotelis Colares, quem ab ulula capi affirmat, vel Actuarii Passer sylvestris magnus, in summis fruticum furculis desidens, colore & magitudine Alaudæ, voce garrula, hyeme latens, quique à Noctua capitur. Sunt ibidem & Turdo minores, velocissimi volatu, qui aquas sequuntur, & natant. Sunt & alii de quibus inferius dicetur.

Differen-
tia.

Galen. l.
3. de A-
ment.

Pseudo.
Arist. in
secreat.
Scaliger
in Exerc.
236.
hist. 2.
Avicenna
l. 8. de A-
nimal.
cap. 7.

Arist. H.
A. l. 9.
cap. 1.

Descriptionem non est, quod quis à nobis postulet. Pennæ quoties acriora urgent frigora abeunt in albas. Non est ipsis gula, nec ingluvies, sed ventriculus longior. Ad imum intestinum paucæ appendices visuntur. Fel aliis ventri, aliis intestinis jungitur. Nullibi non inveniuntur. In Media tanta aliquando eorum copia, ut incolæ, quia femina terris concredita absument, alio commigrare coacti fuerint. Delphis in Hollandia, sæpe una diè in uno cerevisiariorum granario aliquot centuriæ capiuntur. Migratorios esse vel sese occultare, Hieronimus innuere videtur. Athenæus mares hyeme latere, fœminas permanere, ex eo quod color in ipsis mutetur, collegit. Aldrovandus inter migratorias vel latentes poni credit; quod, mares vere, calore tam interno quam externo accrescente, quando iterum calor accrescit, conjuges suas ad sobolis propagationem adhortari incipiunt.

Descri-
ptio.

Arist. H.
A. l. 2. c.
ult.

Diodo-
rus Sicul.
l. 4. c. 3.

Visitant granis jactis in terram seminibus

Nutri-
mentum.

bus milio, muscis, formicis, grillis, scarabæis, vespis, apibus delectatur & hordeo, cujus corticem celeriter à grano separant. Sed nec grana sambuci rejiciunt. Et hyosciami semina absque ullo detrimento, seu propter venarum exilitatem seu causam de Coturnice redditam, devorant.

Generatio.
Scaliger
Exercit.
269.
Aldrov.
Ornithol.
l. 15. c. 10.

Generationem quod attinet, salacissimi esse comperiuntur. Vidit unum Scaliger in cavum quoddam plus decies ad fœcellam quam iniret, ex adverso muro, pusillis interpositis momentis advolasse. Vidit Aldrovandus alterum, qui longe minori quam hore spacio, vigesies fœcellam inivit, pluries initurus, nisi ista locum mutasset. *Nidulantur* vel subtegulis tectorum, vel in foraminibus parietum, & ut pulli mollius cubent in fœno & plumis. Occupant & hirundinum aliquando nidos. Unde apud Ægyptum ob limum, quem invehit Nilus, cum hirundinibus artem parietum è luto construendorum invenisse, creduntur. Pariunt cecos & imperfectos pullos: bis terve quotannis, octo ad summum, quatuor ad minimum, ut plurimum septem.

Arist. l. 4.
de Gene.
cap. 4.

Æt. ab.

Ætas passerum diversimode definitur. Mares negantur anno diutius vivere, argumento, quia nulla veris initio appareat nigrigudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Fœminas longiusculum spacium, ait, Plinius. Albertus id à tempore coitus computat. Scaliger nullum excedere bimatium verisimile esse credit. Ex illis, inquit, parum captatur, minimum capitur; fœcundissimi sunt, frequentia non magna. Aldrovandus eam ad quadriennium extendit, quod columbæ etiam salacissimæ, decimum sextum imo plures attingant. Cognoscitur ætas ex rostro, cinereum hoc, & circa fauces croceum juvenibus, nigrum ac durum proventis. *Vox* eorum apud Græcos est *σπασίγγειν*, quod stridere vertitur. Apud Homerum *πικίγγειν* apud authorem Philomeli pipære. Rhadivus cantillare dixit. Cum gradiuntur, saliant.

Ingenium.
Æl. H. A.
l. 7. c. 19.

Idem
Var. Hist.
l. 13. c. 31.
Acosta.
lib. 1.
Hist. Ind.

Ingenium si attendas, ita sunt timidi ut sæpe à somno excitentur, ad domorum fastigia concurrunt, ut à suspectis casibus reddantur alieni, qui multis periculis probantur obnoxii. Visus qui ab Accipitre impetus in Xenocratis sinum confugit. Taprobanenses in alto mari emissos, terram peturi, sequuntur. Evadunt interdum ita domestici, ut ad puerorum manus vocati advolent. Ad Noctuam confugere, dum aucupis artes effugere conantur, quod Orus Apollo prodidit, falsum. Quid iis nocturnis avibus?

Inimicitia.
Burtholu.
Angl. l.
12. c. 33.
Æl. H. A.
l. 6. c. 46.

Gerunt & *Inimicitias* cum Vulture, Mustela & aliis. Calamodyles, qui ex Passerum genere esse videtur, folio cedri perit. Pestem à milio atque panico, Sturnorum, Passerumve agmina, scio abigi herba, cujus

nomen est ignotum, in quatuor angulis segetis defossa: mirum dictu, ut omnino nulla avis intret, inquit Plinius: Eodem referente multi ad remedia ejusdem segetis rubetam noctu arvo circumferri jubent, priusquam ferriatur, defodique in medio inclusam vase fictili: ita nec Passerem, nec vermem nocere; sed eruendam priusquam metatur, alas amarum fieri.

Plin. H.
N. l. 18.
cap. 17.

Ufus Passerum in cibis rarus. Galenus tamen eos alibi cum columbis, Perdibus, & Phasianis inter cibos attenuantes numerat. Alibi autumno maxime laudabilem carnem habere testatur; & Suidasin deliciis habitas prodit. At Platina ob nimiam caliditatem male alere, difficulter concoqui, & libidinem excitare ponit. Invenere & in *Remediis* locum. Caro venerum excitat; & rite Epilepticis, Tympaniticis, renum calculo, vel articulorum vitio laborantibus præscribitur. Idem de cerebellis & ovis prodidere scriptores. Adeps Nicolai ad tophos Emplastro inferitur. Fimus, faciem purgat; quæ facultas ex maribus agnoscitur, quod guttatim albis, & nigris punctulis distinguantur. Idem cum vino potus virgam erigit. Cum sputo hominis illitus, varices extirpat, cum adipe porcino inunctus alopeciam sanat. Stomachum exsolutum & nauseabundum inspersus corrigit. Cum oleo calefacto proximæ auriculæ infusus, dolorem dentium pellit. Cinis denique pullorum utiliter ad eundem infricatur.

Ufus.

Platina
lib. 5.

Plin. H.
N. l. 30.
cap. 15.
Galen. l.
6. de sanitate
tuenda
cap. 2.

Portal. 5.
Phytogn.
cap. 16.

Arcehi-
gen.
apud Galen.
lib. 8.
sec. loca
cap. 4.
Plin. H.
N. l. 30.
cap. 3.

De Passeribus in Specie.

PUNCTUM I.

De Passere albo, Flavo, Maculato, Albicilla, & Montano.

Passer *Albus* totus est candidus, rostrum, pedesque, quæ partes flavæ sunt, si excipias. Oculorum etiam nigram pupillam lutea iris ambit.

Flavus ad Aldrovandum delatus, totus erat flavus, præter oculos, qui nigri. Supra per dorsum, caput, alas, & caudam ad castaneum vergebat colorem. Quali etiam femora, tibiæ, & pedes tegebantur.

Maculatus qui dicitur, albo, nigro, & subflavo constabat colore. Caput totum, ac collum alba, intercurrentibus maculis subluteis. Rostrum erat flavescens in superiori parte, in inferiore omnino flavum. Alæ tribus prædictis coloribus ornantur. Oculorum iris candida. Cauda tota pene flava erat.

Albicilla rostrum & cauda ex cinereo candidat. Caput & omnes inferiores partes ex alba lutescunt. Dorsum maculæ coloris ferruginei amplæ, lineolis admodum candi-

Paßer

Paßer



Paßer stultus

Paßer montanus



Paßer domesticus

Paßer Canarius
Canarin vogel



Paßer Sylvestris
ringelspatz

Paßer Solimemus
tarius steinams



Paßer domesticus alius



Paßer falius

Paßer maculatus



Paßer montanus alius



Pa. Albicilla


Paßer albus




Paßeris species

Paßerculus

Brachyurus





candidis, exiguis decorata, percurrunt. Pennæ alarum castaneæ sunt, circumcirca luteæ, tibiæ pedesque fuscæ.

Montanus est omnium Passerum nostratum pulcherrimus. Vertex capitis est coloris fere punicei, vel potius castanei. Mentum, ut vulgaribus atrum; inter quod & verticem color albus est, qui descendens totum ventrem occupat. Ad oculorum latera maculæ sunt binæ, una altera major, utraque nigra. Dorsum atque alæ partim flavæ, partim nigræ. Alæ, qua ventrem contingunt, modo ferruginæ, modo atræ, modo albæ. Cauda tota ex luteo fuscescit. In fœmina sunt omnia pallidiora, & mentum eam maculam non habet.

P U N C T U M II.

De Passere Sylvestri, Torquato, Pusillo in juglandibus degente, Stulto Bononiensium, & Illyrico.

Passer Sylvestris verticem capitis habet ferrugineum ad cinnabarinum vergentem. Oculorum ambitum album, iridem flavam. A mento ad podicem cinereus est, sed plumarum extremitates ad subruffum inclinant. Mentum & collum inferius lineæ admodum continuæ, transversales. Nigriusculæ percurrunt; cum aliâs in omnibus Passeribus maribus totum atrum statuendum sit. Dorsum, cauda, & pedes ex ferrugineo fuscescunt, nisi quod pennæ in extremitatibus suis omnino sint luteæ. Alæ eundem colorem exhibent, sed pennæ primæ costas obtegentes, in notabilem desinunt candorem.

Torquatum Bellonius ab albo torque oculos sub supercilio ambiente vocat. Macula ei lutea est. Dorsum & alæ cinerea. Habitat in sylvis, in cavis arborum nidulatur, vocem edit magnam, & aliter se & pullos, quam is, qui in urbe degit, alit.

Passer in juglandibus degens omnium est minimus. Rostrum admodum brevi, nigro, crasso; pedibus, cruribus, capite, alis, Passeri murali similis.

Passer stultus Bononiensium, est avicula habitu Passeribus similis, sed colore diversissima. Totus namque flavescit, maculis ubique ferrugineis, aut potius ruffis, oblongis, sed per dorsum multo longioribus & crassioribus, ubique deorsum descendentibus conspersis. Rostrum ipsi est ruffum, crassum, curtum. Oculi majusculi, quorum pupillam lutea iris ambit. Cauda & alæ ad nigrum vergunt; extremitates tamen penarum minorum in alis candidæ sunt, pedes toti ex luteo ruffescunt.

Illyricus nostratibus majori est, colore fere similis. Pronus enim plane candicat. Supinus pallide ruffescit, nullo intercurrente alio colore. Oculi & rostrum, quod candi-

cat, pro corporis proportione sunt magni. Cauda bifurcata, pedes lutei, lineis transversalibus coloris pene carnei ornati.

His adde *Passerculum Brachyurum nostratem*, cui cauda admodum brevis. Totum corpus flavescit. Pectus & venter magis albicant, Rostrum intensius luteum est.

Sed & avicula *Passeribus congener* huc referatur, cui rostrum, ut in domesticis, candicat, totum corpus maculis subruffis, oblongis, deorsum descendentibus tingitur. Venter ac femora albescunt. Tibiæ, pedesque sub flavi sunt.

P U N C T U M III.

De Passeribus Indicis.

Passeres Indici sunt varii, sed præcipua ipsorum genera sunt quatuor. *Unus est macrourus, & hic duplex.* Alius rostrum miniaceo magnitudine domesticis, caudam si excipias, par, rostrum brevi, crasso, & prædicti coloris. Capite plano prope cervicem elevato, intercurrente subviridi ad cæruleum vergente colore, subnigrum. Guttore, collo inferiore, pectore & ventre candicantibus. Alis subviridi ad cæruleum vergente, albo, nigro, & lutescente colore tinctis. Cauda duplici minore nempe, alba, quæ majoris fulcrum; & majore quatuor pennis longitudine dodrantale angustissimis constante aterrima. Tibiis & pedibus ex nigro & albo maculatis, unguibus nigris & acutissimo hamo armatis.

Alius rostrum cæruleo, cui caput ut in illo planum, sed in cervice magis elevatum totum nigrum. Oculi nigri, circulo albo circumdante, & inde lutescente. Collum & pectus coloris coccinei; venter & coxæ candicant. Alæ, tergus, & caudæ nigricant. Caudæ longiores pennas, quæ sunt binæ longissimæ quinque nimirum palmorum, & latissimæ, tertia primum etiam lata, sed in exilia admodum filamenta desinens, minores alæ sustinent.

Alter est *Brachyurus* superioribus omnino dissimilis, minor nempe, & præter pedes & rostrum, quæ carnei coloris, totus niger. Cauda brevior. Oculis nigris, albo circulo cinctis.

Tertius est *sine Uropygio*, & hic vel *Erythromelanus*, in quo totum corpus prone & supine, item alarum principia coccineo colore splendent. Reliquum alarum atrum est. Rostrum pro corporis proportione exiguum, & domesticorum rostrum minus, colore qua capiti jungitur albo, cætera nigro, acutum & exile. Uropygium nullum. Inde ex ejus pennis opera plumaria conficiunt: vel *Cyanerii thromelanus* superiori longior, rubri, cyanei, & nigri coloris; quique habet caput, collum, pectus & inferiora omnia coloris rubri faturati: ad colli latera macu-

Aldrov.
Ornith.
l. 15. c.
15.

Aldrov.
Ornith.
l. 15. c.
16.

Idem lib.
c. 18.
Bellon. l.
7. de Avibus c.
20.

Idem c.
20.

Idem c.
2.

Idem c.
17.

Aldrov.
Ornith. l.
15. c. 22.

Idem c.
27.

Idem c.
26.

Idem c.
27.

maculas binas, contiguas, simillunares, magnas cæruleas, rostrum parvum, recurvum, nigrum, prope frontem album; alas admodum longas, nigras, ad latera cæruleas; pedes breves & nigras.

Idem c.
28.

Quartus Porphyromelanus, cui caput, dorsum, Uropygium coloris sunt purpurei futurati. Rostrum collurionis æmulum, superius nigrum, qua capiti adhæret album. Remiges alarum nigræ. Cauda quinque digitos longa, decem pennis nigerrimis constans.

PUNCTUM IV.

De Embriza Alba & Pratensi.

Gesner.
in Ornithol.

HÆ Passerini etiam generis esse videntur. *Albam* ita Gesnerus describit. *Emberiza alba*, quæ mihi demonstrata est media hyeme apud nos capta. major est flava, *rostro* brevi, latiusculo, flavi nihil habet. *Colore* similis *Alaudæ*, alioqui dissimilis, ventre albicante, à quo etiam *Albam* cognominavimus. In superiore rostri parte retro mucronem, tuberculum intus conspicitur. Digniti fuscii sunt; crura album & puniceum colorem præ se ferunt.

De *Pratensi* sic idem: *Emberizam pratensem* voco quam aucupes nostri *Wise Emberitz* è pratis in quibus versari solet appellant. Hæc, ut pictura indicat, colore est testaceo, seu figlino, cruribus, pectore, ventre, alis & cauda media. Utrinque enim in ea nigræ sunt pennæ. *Dorsum* quoque nigricat, & in alis superius maculæ nigræ sunt subrotundæ: inferius vero margines *pennarum* secundum longitudinem nigricant. *Rostrum* fuscum, *vertex* niger, infra quem utrinque macula albicans retrorsum tendit: tum rursus alæ duæ nigræ & albicantes per intervalla sequuntur. Hanc avem circa lacum *Verbanum Ceppa* vocant.

TITULUS II.

De Avibus Granivoris Canoris.

CAPUT I.

De Carduele, Spino & Passere Canario.

Nomen.

CARDUELIS, *Carduelus*, & *Cardelus* *Gazæ*, *Hermolao* & *Gesnero* *Thraupis*; *Aldrovando* ab aurea in alis vitta, *Chrysomitres*. *Aurivittes*, *Kirandi Jena*, & *Avis Jovis*; aliis *Corydalis*, *Græcis* *καρδίας*, *αεραυαλίης*, *παρασθής*, *ποικιλίς*, *ζακρίδα*: etiam dicitur.

Descriptio.
Schwëkfeld. in Aviar. Silesiæ.

Avis est parva, cui *dorsum* cinereum & fuscum, *Alæ* croceo colore, nigroque mixtim & alternatim variatæ, albisque notatæ maculis; *vertex* nigricans; *rostrum* acutum

rubens apice fusco. *Oculi* ambitus exterior niger, hunc miniatus, miniatum cæsius circumdat. Nec tamen hæc colorum pictura in omnibus apparet. *Fæmina* alas habet cinereas, guttur album. *Visa* nondum adulta ubique unicolor, ex cinereo ad rufum tendens. *Visæ* & alæ, quarum quædam in anteriori capitis parte & in mento aliquid rubri obtinent, dorso, pectore, ventre, & reliquis capitis partibus albescunt: quædam totæ prorsus albæ sunt, capitis partem rubram si demas, & aliquat lutescentes in alis pennas.

Aldrov.
Ornithol.
l. 18. c. 3.

Sexus facile cognoscitur, si coloris, ut supra attingi, vocis & plumarum habeatur ratio. *Vox* fœminis exilior, nec diuturnus cantus. *Plumæ* costas obvestientes cinereæ aut fuscæ, maribus aterrimæ.

Sexus.

Vicitat feminibus lapparum, papaveris, rutæ, dipfaci. *Cannabino* adeo pinguescit, ut cantandi alacritatem amittat. *Quæcunque* vero edit, *rostro* decorticat, ut puta *medulla vescatur*.

Nurri-
mentum,
Portal,
I de Vil-
la.

Nidum in truncis arborum & spinis construit, ter in anno, Majo nempe, Junio & Augusto. Aliquando & in hypocaustis pullitiam educit. Septem sæpe ova, octo interdum, quinque aliquando ponit. Præstant cæteris, qui mense Augusto excluduntur. In dumetis nascuntur, atriores sunt, & prunis aut malis aurantiis potius quam aliis arboribus insident.

Genera-
tio.

Canunt omni tempore, sed maxime, cum alias è suo genere adventare cognoscunt.

Vox.

Volant gregatim, & ad duo millia quatuordecim.

Volatus.

Etatem ad XX. annos producant. *Visa* *Moguntia* viginti tres egressa, cui singulis annis *rostrum* ac unguis præcidebantur, ut cibum potumque capere posset. *Depositis* geminis pennis canæ, quo locabatur vel prona vel supina jacebat. Plus voce quam patina hominem delectant. Haud mali tamen sunt alimenti, si pingues, & non nidificant. *Assas* *iliacis* & *colicis* prodesse *Kiramides* author est.

Etas.

SPINUS seu *Ligurinus* *avicula* est, pectore luteo, *rostro* mediocri, tenui & acuto. *Duas* habet maculas nigras. *Alteram* in fronte, *alteram* sub mento. *Mari* capitis macula multo nigrior; idem toto corpore magis quam fœmina lutescit.

Descri-
ptio.

In frigidioribus regionibus vel nunquam vel raro apparet, nec in Italia quotannis cernitur.

Locus.

Iisdem quibus *Carduelis* vescitur, nasci inprimis & comizæ femine.

Vitus.

Nidulatur in montium sylvis. *Ova* secundum nonnullos duodecim, secundum alios quatuor aut quinque ponit. *Amænissime* cantat; & non tantum *Carduelis*, sed & aliarum avium aliquando vocem imitatur.

Genera-
tio.

Vox.
Aldrov.
Ornithol.
l. 18. c. 4.

Volant

Passeres Indici
Indiansche Sperlinge



Eritra melana Indica

Passer Indicq

Passer Indicq alus

Embriza alba


Embriza pratensis Fœmina

Emberza pratensis mas

Emberza Embritz Wilbling
Gorlgorsft







Carduelis Distel Finck

Emberiza pratensis
Wismertz

Prunella

Linaria Rubra
Stockheuschling

Fringilla Finck

Linaria

Henfling
Flachs Finck

Acantur quem Gaza
Spinum et Ligurinum
weat Zeyfel

Fringilla Montana

Citrinella
Citrinle

Carduelis mas

Chloris
Gran Finck

Serinus Girliz
Fedemlein

Ligurinus alius

Pringilla alia

Carduelis ciliis albis

Canaria

Zucker Vogel Canari Vogel

Fringilla
sublutea



Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.


Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Faint handwritten text, possibly a species name or number.

Canothraustes Indica



Canothraustes



Linaria limbling flax finck



Alda Cristata lerehe



Linaria



Alda lerehe

Carduelis distel Vinck



Ligurinus

Ligurinus Spinus



Chloris seu fringilla Viridies grim finck




Turdus Krames vogel



Hortuianus Brach ansel Trostel







[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

[Faint, illegible label]

Montifringilla Congener



Montifringilla mas



Linaria alia



Linaria rubra



Linaria marina



Cuntel



Alauda Cristata



Alauda



Lerche

Alauda Cristata Senz



Alauda Cristata



Alauda pratorum



Chloris sylvestris



*Calandra
alaceta maxima
Calanderi*



*Alauda Congener
Cum loto-Aethiopica*



Lutea mas



*Lutea sen Cirulus
famina*



Citrinella



Volans. Volant gregatim, & toto agmine facillime autumno capiuntur. Sanguis ejus cum sali sanguine non coit. Afino vero, quod spinas tempore verno depascens, nidum deiciat, infensus est.

Descriptio. P A S S E R C A N A R I U S ab insulis Canariis, unde adfertur, ita dictus, avis est vulgaris Pari magnitudine; rostro albo, parvo & in acutum tendente; alarum & caudæ pennis totis viridi colore. Mari pectus, venter, & pars superior capitis, quæ rostro adjacet magis lutea sunt, quàm fœminæ.

Vitus. Pascitur Phalaridis femine, saccharo, & auricula muris, qua ad cantum excitatur.

Vox. Concentu est valde amœno & acuto, quem spiritu diu non interrupto nunc in longum, nunc in altum varia vocis inflexione extendit.

Præferendi quibus cauda longior, corporis magnitudo minor.

C A P U T II.

De Fringilla, Montifringilla, & Linaria.

Descriptio. F R I N G I L I A, seu quod frigus prænunciet, seu quod plures in frigore convolent, ita dicta, Spiza est Aristoteli, modernis Græcis Fringillaro. In ea capitis & colli pars prona ad subcæruleum vergit; quod hinc ad Uropygium subvirescit. Pectus & venter inter rubrum & spadiceum ambigunt. Fœmina minus vegetis ornatur coloribus; pectus & venter ex ruffo albescunt. Vifa toto corpore candida. Vifa & ex albido flavescens.

Locus. Arist. H. A. l. 9. cap. 7. Locis gaudent hyeme moderate frigidis, æstate tepidis. Nam in Helvetia fœminæ per hyemem recedunt, & valido frigore ita offenduntur, ut volare nequeant; & manibus capiantur.

Generatio. In infimis arborum, & summis fruticum ramis nidulantur. Nidus intus ex lana & araneorum telis, extus ex musco construitur. Quinque aut sex ponere ova aucupes referunt.

Vox. Non uno eodemque modo canunt. Quædam concisè quasi quæulantur, quædam in longum trahunt. Maribus vox alta est & plena. Fœminis exilis & submissior. Fringutire vel frigere authores dicunt, si suavius ut canat volueris, locustam mandendam appone.

Ingenium. Difficulter ob astutiam capiuntur; facilius vel zephyro flante, vel fudo. Nam & demissius tum volant, & melius alleetricum voces audiunt. Quædam nunquam mansuescunt, & inedia consumptæ commoriuntur. Omnes primis captivitatis mensibus præ mœstitia obmutescunt; nec nisi blanditiis exhilarantur. Mane si canant, tempestatem præfagiunt.

Descriptio. M O N T I F R I N G I L L A magnitudi-

ne fringillam excedit. Color in capite, dorso & cauda nigrior quam Fringillæ. Supina pars albicat. Pectus cum gutture nonnihil ruboris habet. Alæ duabus transversis lineis ex ruffo flavescens distinguuntur, media linea interjecta. In fœmina, vertex, cervix & dorsum plus habent ferruginei; alarum linea superior adeo est angusta & brevis, ut ferè delitescat. Non adeo suave canunt, & caveis inclusæ aliarum alitum Passerum imprimis voces imitantur.

Descriptio. L I N A R I A Passeris est magnitudine, specie admodum similis, colore testaceo seu ferrugineo ad cinereum vergente, eoque in mare intensiore. Idem in pectore maculis respergitur ruffis, fœmina fuscis & majoribus. Alarum rectrices pennæ nigricant, sed ad latera & in extremitatibus suis candicant.

Nutritum. Cibus ipsi Phalaridis, lini, cannabis, raparum, & caulium semen, panicum, avena fracta, &c.

Laborat interdum morbo, quem subtilem dicunt, in quo mœsta filet, pennæ obrigent; venter solito tumidior venis rubris conspergitur, pectus ex carne apparet.

Vox. Ex oriente canicula obmutescit, ac plumas vellicando circa medium excutit, sic certum canicularis syderis exortum indicat. Celebris est apud Italos ejus astutia. Unde proverbium eglie un Fanello.

Huc pertinet Linaria Rubra Gesnero à coccineo verticis colore dicta, sive illa Aster Oppiani, sive aliud quid. Advolant aliquando turmatim, & fere pestilentiam brevi futuram circa Norimbergam indicare putantur.

Aldrov. l. 18. c. 9. Nec non Linaria marina Aldrovandi, quæ rostro lutea, vertice miniaceæ, pectore & ventre candicans. Collo & dorso ex luteo fusca est. Alteri quam exhibet per tergus & superiora prorsus leucophææ, percurrentibus strijs deorsum vergentibus, color miniaceus magis splendet, alæ sunt longe pallidiores; Gula & pectus leviter lutescunt; retro oculos macula fusca, rotunda data est.

Quæ circa Argentinam Gyntel nominatur, per caput, dorsum & caudam fusca est, pectore ruffo, fuscis distincto maculis, cruribus rubicundis, ventre inferiore alquicante; seminibus papaveri & aliis vescitur; & gregatim volat.

C A P U T III.

De Alauda in genere, & in specie.

Nomen. A L A U D A, seu Cassita & Galerita, quæ tamen cristatis vocabula proprie conveniunt, Græcis veteribus κότες, κορυθαλός, κότες, κότες, ut apud Hesychium lego; modernis Cuzula, κρυθίτις, & in Creta, teste

Scaliger
Exerc.
233.

teste Bellonio, Chamæchilados nuncupatur. Cirim non esse, tum cirri seu innulæ oblongæ pulcherrimæ, tum pedes rubri, qui in alauda non sunt, Scaligero agente, evincunt. *Formam* non describam, obvia omnibus est avicula. In posteriore digito pedis longissimum habet unguem.

Locus.

In Andalusia non reperiri, Averroës tradit; nunquam arboribus insidere Aristoteles. Visæ tamen in illis cristatæ, si rugosum nec levem habuere corticem. In angustiis montium hyeme alicubi conduntur: in Italia & Gallia omni eas videbus tempore.

Arist. H.
A. l. 9.
cap. 8.
Agricola. l. de
Animal. subter.
Nutrimentum.
Plur. l. de
Iside.

Vescuntur granis, sed & vermes deglutiunt, attelaborumque ex genere locustarum ova diligenter perquirunt: ideo à Lemniis coluntur.

Generatio.

Nidum ex siccarum herbarum radicibus humi ter in anno, nempe circiter Calend. Maji, Junii, & paulo post Idus Julias construunt, eundemque auræ obversum ita in segetibus & gramine recondunt, ut prætereuntium & accipitrum minime obvius sit oculis. *Ova* quinque pariunt, quæ à bufonibus foveri falsum; quia auræ exponuntur. Superincidentes solis radiis parentum defectum supplere videntur. Pulli exclusi implumes adhuc deducuntur ad pastum, ut prædantium eripiantur injuriis.

Arist. H.
A. l. 6. c. 1.

Vox.

Quantum ad *Cantum* mira alacritate pennis exertis in aëre vocis modulatione, lætæ serenitati temporis, quasi applaudit. Nam nubilo pluviove cælo, vix aut unquam canit, ut neque humi, sed inter ascendendum. Ascendit autem paulatim, subito vero & instar lapidis descendens cantillat. Matutino vero potissimum audiuntur, meridiano silent.

Inimicitia.

Arist. l. 9.
H. A. c. 1.

Inimicitias exercent cum Pella ex ardearum genere, cujus ova diripiunt, ut Aristoteles vult; cum Acanthyllide, ut Philo & Ælianus; cum corvis, quod ab iis devorentur; cum Accipitribus Alaudariis, à quibus adeo expavescent, ut in hominum sinus confugiant; cum Arcturo sydere, quia in ipsius cum sole exortu, obmutescere incipiunt, ægrotant, & plumas vellicando excipiunt. Denique cum sinapis semine, quod nulli non innoxium, alaudas conficit.

Anton.
Myzald.
cit. Al.
drov.
Ælian.
H. A. l.
6. c. 46.

Morbi.

Laborant *morbo* comitali, & alterius oculi cæcitate, idque nono accidere anno Albertus experientia propria nixus testatur.

Usus.

De *usu* in cibis taceo. Juniores & pinguiusculas nemo non appetit.

Species.

Species Alaudarum sunt, **CHRISTATA** & **NON CHRISTATA**. Illa est vel *Major* vel *Minor*; quarum hæc Aristoteli incognita, Schwenckfeldio *Arborea*, *Fera*, *αἰάνουριος*, apicem pro corporis magnitudine longiusculum, & pedes rubros habet.

Cum frigus intensum est, & nix agros tegit in sterquiliniis & prope horrea *versatur*, per æquinoctium avolat, si Longolio credendum; nidum in fossis senticosis sternit; nullam particularem cantiunculam habet; sed inepte aliarum quibus cum victitat vocem refert: Congener est ipsi Alauda *Sylvatica*, quam Germani **Waldlerche** vocant, parte inprimis prona albicantior.

Major rostrum habet cavum; cristam, cujus radices inter utrumque oculum situantur, aliquantulum nigricantem. Dorsum cinereum albo maculatum. Ventrem albicantem, pectus cinereum albis maculis conspersum. Caudæ plumas nigras. *Linguam* exiguam fere furcatam, quia ramis raro insidet; ungues longiusculos. *Habitat* in agris, circa flumina, & lacus; hyemis tempore ad vias. Non volat aliarum more, sed vento cogente, nunc ima nunc summa petit.

Non cristata suavius canit.

Laudatur ad colicos dolores, seu cocta seu assa. Quidam cor alligari femori jubent: alii recens tepensque devorant. Consularis Asprenatum domus est, inquit Plinius, in qua alter è fratribus colo liberatus est ave hac in cibo sumpta, & corde ejus armilla aurea incluso; alter sacrificio quodam crudis laterculis incluso corde, ad formam camini, atque ut sacrum peractum erat, obstructo facello. Thraces vivente adhuc Alauda cor exemptum sinistro femori pellendæ colicæ ergo circumdabant, ut Alexander Trallianus scribit. Porta causam in loquacitatem conjicit. Nimia enim garrulitate, flatus, ex quo morbus sæpe exoritur, eximitur.

NON CRISTATA, Hermolao, Sipontino, & Grapaldo Terraneola, Nipho falsò Aristotelis Tetrax, colore similis est cristatæ, sed magnitudine minor. *Caput* habet nigrius fulvo colore intermixtum. *Dorsum* spadiceum, cinereum, & subnigrum. *Pectus* pluribus maculis distinctum. *Ventrem* subalbidum. Posticos digitos & ungues ejusdem magnitudinis cujus & posteriores. *Degit* in planis locis, erica & Junipero confitis. Hyeme gregatim volant, æstate binæ. Alta petunt volatu, diutius in aëre hærent, & majora spacia conficiunt. Amœnitate *vo-*
cis inter omnes excellunt. Galli ex uno temperamento in alterum facile transire, & proventorum diversitate; diversimode etiam immutari, tradunt. Flante Austro marescunt, Aquilone pinguescunt. Captura hyeme largissima, nisi nives diutinæ sedeant, & maxima sit frigoris inclementia.

Ad hanc *Colandra*, *Alauda pratorum*, & *Alauda congener* spectat.

Calandra Græcis *χαλάνδρα* & *χαλάνδρος* forte *ὑπὸ τῷ καλῶς εἶδεν*, seu suavitate cantus; aliis, sed falso *Acredula*, *Charadrios*, *Gur-*

Bellon. l.
5. de A-
vibus c.
22.

Usus.
Galen. de
simpl.
Medic.
facult.
l. II.
Diosco-
rid. lib. 2.
c. 48.

Arist. H.
A. l. 9. c.
25.

Bellon.
H. A-
vibus l.
5. c. 23.

Gurgulio , ad Sturni magnitudinem accedit. Alaudæ de cætero in omnibus similis. Collum qua jubæ Capite connectuntur gracile habet, & rostrum crassius. Vicinat duriusculis granis. Vocis modulatione audientes mirifice oblectat, ac omnes avium voces expressissime imitatur. Capta , vix unam diei horam sine cantu præterit.

Bellon.H.
Avium.
l.5.c.24.

Alauda Pratorum Alaudis est minor. Rostrum habet tenue, & longiusculum. Plumas cutem contegentes omnino nigras. Caudæ, in extremo albicantes. Humi dormit. In pratis nidificat. Difficulter educatur, sed educata suavissime canit. Cum Accipitrem supervenientem adspicit, in arborum ramis latitat.

Alauda Congener illa Aldrovando dicitur, quæ Bononiæ Petrone, Genuæ Petronella & Chiapparone dicitur. Cristatæ majoris magnitudinem æquat, vel superat. Eademque colore fere similis est. Pectoris & totius ventris color magis ad subflavum vergit. Ungues in tantam longitudinem non excrescunt. Tibiæ & pedes albicantiora sunt. Humi sæpe quiescit vel cursitat; in arboribus vero & fruticibus summa semper cacumina petit, quibus diu immobilis insidens, suavissimas cantilenas modulatur.

C A P U T I V .

De Chloride, Citrinella & Serino Gesneri, & Luteis earumque congenerere.

Descriptio.

CH L O R I S Germanis *Sunfinck* / seu *Fringilla viridis*, magnitudine est alaudæ, aliquando tota viridis, aliquando valde lutea. *Mas* à fœmina in hoc differt, quod hæc spadiceo partim, partim, cinereo ubique coloratur, minusque multo lutei coloris, imo modicum admodum habet. Pedes ei & crura mollicula, carnea fere substantia & colore. Gula, venter, pectus, uropygium, & alarum suprema ora, pulcherrimo ochræ colore flavescit.

Videtur.
Arist. H.
A. l. 8.
cap. 3.

Aristoteles vermiculis *vicitare* scribit. Verum pascitur quoque feminibus, Carduorum majorum, Lapparum, raporum, & phalaridis. Adeo aliquoties cicuratur, ut una manu detenta, cibum altera porrectum, capere non recuset. *Nidum* ex hymphito stirpitus evulso facit. Sed stragulum ex lana & villo subjicit. Quatuor aut quinque ova parit.

Arist. H.
A. l. 9. c.
13.
Generatio.
Æl. H. A.
l. 4. c. 47.
Aldrovandus
Ornithol.
l. 18.
cap. 18.

Congener est huic illa, quam Aldrovandus *Chloridam Indicam* vocat, quæque prono, ventre nimirum & pectore est candidissima, rostro subviridi ad fuscum vergente, capite toto dorso & Vropygio viridibus; pennis, alarum remigibus & tota cauda cæruleis, scapis albis, pedibus nigris.

CITRINELLAM Gesneri, quam Gal-

li Tarin vocant, Thracipedem Aristotelis Bellonius esse opinatur. Color capitis dorfi caudæ intensior est quam in Ligurino, ideo ob flavedinem magis fusca videtur. *Mas* plus flavi coloris in toto corpore & præsertim in pectore circa nates habet, quam fœmina. *Vesctur* iisdem feminibus, quibus aliæ canoræ. Raro plures quam septem, aut octo uno incubitu excludit, & in cantu omnibus hujus generis excellit.

SERINUS Gesneri Ligurinum magnitudine & colore refert, pectore & ventre ex viridi flavescens; parte superiore, partim ejusdem coloris, partim fusca. *Congener* est illa, quam Germani Hirngrylle vocant, magnitudine Ligurini, sed magis lutea. Capitur in Helvetiæ montibus. Aupeps cum sexum utrumque domi aleret, ita ut aliqua volandi libertas esset, pullos etiam ex eis habuit. Sed cum aliquando pro mare Gryllo marem Ligurinum adhibuisset, ova quidem nata sunt, sed ex quibus foris nihil provenit. Suavissime cantillat.

Gesner.
in Ornith.

LUTEARUM duo sunt genera; *Unum*, quod Ciam simpliciter Itali vocant; *Alterum*, quod à colore paleari, Ciam Pagliariam, seu Pagliariccam, Angli Gelgostam dicunt. Capiuntur facillime omni aucupii genere. *Vesuntur* granis hordei, triticeï, pane; hyeme alimentum in equinis stercorebus quærunt. Captæ per duos vel tres menses merum Cici ingeminant; servitutis oblitæ ad suos modulos revertuntur. In caveis sæpe cum morbo comitiali conflictantur. Media hyeme magno numero in Italia apparent, & in pratis ingentes earum catervæ conspiciuntur. Quæ de harum *congenerere* addit Aldrovandus vide si libet capite vigesimo primo, libri decimi octavi.

T I T U L U S I I I .

De Avibus Baccivoris.

C A P U T I .

De Turdis in genere.

A Vis Latinis, seu per Onomatopœiam, seu à colore, Turdus dicta, à Græcis veteribus *κίχλη, κίχλα, ίχλα*; à modernis Schynopoullus, ac si lentiscinas aves diceret, vocatur. *Genera* ipsorum tria prodidit Aristoteles. *Viscivorum* seu *ίξοβροί* picæ magnitudine. *Τριχίδα* à stridore dictum, quantitate Merulæ; & *Ilias*, omnibus minus, minusque maculis distinctum, quod gregatim volat, & nidos à luto hirundinum more construit, & apud Gallos non extare putatur. Recentiores plura enumeratis annumerant. Nam & *Turdela* Hermolao est genus Turdi alterum, quod in Veneta provincia Drexanos vulgo vocant, major Turdo, penna subfusca, varia; &

Bellonius
Obser. l. 1.
cap. 10.

Athenæus
Dipn. l. 2.
Scaliger
i. H. A.
Arist. l. 9.
cap. 26.

Tur-

Turnero illa, quæ Saxonice *Brachvogel* / (commune hoc fere illis nomen, quæ in novalibus & quiscentibus agris immorantur) color fusco, terreo, obscuro, ut humi sedens agnosci vix possit, ex Turdorum est genere. Idem Germanorum *Trostel* / Turdum pilarem esse putabat. Scaliger secundi apud Aristotelem generis, duas species facit; quarum una *Trida* à Vasconibus, altera *Turdus* dicitur, figura & facie adeo dissimiles, ut nonnunquam in agnoscendo fallantur. Saxonum *Ziepdruschel* colore Iliaco similis, quæque circa rubos versatur, & fructibus eorum victitat, minimum Turdi genus, & *Paris* Aristotelis quibusdam, Germanorum vere *Wlein Ziemer* / Merula minor, rostro acuto, brevibus pedibus, ejusdem nonnullis Cyanus. Helvetii habent Turdum sylvestrem. Carinthiorum avis dicta *Leimtrostel* / pedibus albis, Turdis minoribus annumeratur. De *Albis*, qui in Septentrione, non est quod aliquid dicam.

Genera.
Scaliger
Com-
mentar.
citato. l.

Forma.

Forma si spectetur, cinereus color eis fere peculiaris est, huic quam illi remissior vel intensior. Omnes per collum inferius, pectus & ventrem maculis ætate consperguntur, quas per hyemem deponunt. Unde Plinius, *Turdus color ætate circa collum varius, hyeme concolor*. Visus tamen viscivorus; nescio quo anni tempore captus, qui ita plumbei coloris evaserat, ut quodammodo ad amethystinum accederet. Visus & Turdus vulgo dictus, tribus diversis coloribus diversis nimirum temporibus captus. *Rostrum* omnibus est longiusculum, crassiusculum, rectum. *Lingua* lata, & ad imitandum humanum sermonem parata. *Pedes* figura similes, & colore non in omnibus eodem. *Intestinum* appendices non habet, nec gula versus stomachum dilatatur, nec superius ingluviem habet. Nullibi non sunt obviæ. *Daphnios*, seu à Laureto illo Alexandrino, ubi baccis vesci poterant; seu à Daphne delitioso quodam Syriæ suburbano ita dictos, Clemens Alexandrinus celebrat. Advenas esse, & quotannis in Italiam circiter æquinoctium autumnale transmare, verno revolare, Author est Varro. Unde trimestres Plinius dirit; per hyemen latere scripsit Aristoteles: nec tamen omnes, vel ex eo evidens, quod in Helvetia circa Tigurum per hyemen abundant, hyeme in Italia loca maritima juniperis & myrtis consita, frequentent. Ab Ambrosio inter eas quæ sub hyemis initium ad nos accedunt, numerentur; Bononiæ denique Martio etiam mensē copiose habeantur.

de Re
Rust. l. 3.
H. A. l. 8.
cap. 3.
Gefn. in
Ornithol.

Hexam.
l. 5. c. 14.
Aldrov.
Ornithol.
l. 16. c. 1.
Vicus.

Quantum ab *Vicum*, delectantur baccis myrti, juniperi, sambuci, hederæ; nec non olivis, ut est apud Calphurnium Poëtam. Unde Olivariorum nomen; fagi glandibus, insectis, lumbricis & culicibus. Ex

semine ab ipsis excreto provenire viscum Theophrastus & Plinius prodidere, tam falso quam Saturia & Orchides ex eorum genitura nasci, falsum est. Quot enim in arboribus Turdus sterco excernit, & tamen viscum non generatur? Quot in regionibus Turdi non sunt, ubi viscum nascitur? Concoquitur in Turdi ventriculo granum cum labruscarum longe duriora & majora concoquantur gigarta: & exhibitis uni visci baccis, nulla in excrementis reperia est species. De faginatione videantur *Oeconomica*.

Theophr.
de Caus.
Plant. l. 2.
cap. 23.
Plin. H.
N. l. 16.
cap. 49.

Scaliger
in Exerc.
168.

In cacuminibus arborum *nidificantes*, pene contextim in successu, generant. Ova, decem à conceptu diebus pariunt & fovent. Increbuit alicubi mos, ut vasa ibidem collocentur.

Genera-
tio.

Vox eorum trutillare, ut Philomelæ author inquit. Sermoni assueti, tanquam è modulis fermocinantur. Habuit Agrippina, qui omnium sermones imitatur. Et mirum est adeo furdos dici, ut vitium in proverbium cesserit. Invenere & in

Vox.
Scaliger
in Exerc.
237.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 42.

Medicina Usus. Myrtorum baccis farti & assi ventris profluvio laborantibus exhibentur. Tempore pestis in cibo, macerati, laudantur.

Usus.
Plin. H.
A. l. 30.
c. 7.

Quid de usu in cibis dicam? Duriores quidem concoctu, Perdicibus, Attagenis, Phasianis & Gallinis, Galenus facit: sed quia idem Phasianos Gallinis concoctione & nutriendi pares, edendi suavitate superiores alibi scribit; alibi laudatis cibariis, quæ neque tenuem neque crassum succum gignunt annumerat, vel locus prior mendosus est, vel sibi ipsi contradicens, fallitur. Græci sane ova cum Turdis, leporinis carnibus, ac mellitis placentis secundæ mensæ frequentius inferebant. Iisdem Turdorum turmæ in propomatibus seu primis cœnæ ferculis in usu. Eorundem pectora in patinam Apicianam conjiciebantur. Et quantus circa eos Romanorum luxus, sive copiam, sive pretia spectes. Tanta Turdorum aliquando fuerit aviara, ut ex iis stercorearentur agri. Lucullus alios videbat Turdos in mazomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos. Ex uno Ornithone quinque millia scio vennisse Turdorum denariis ternis (id est computante Budæo denis solidis Turonicis & semisse) ut H. S. saxaginta millia ea pars villæ reddiderit eo anno, inquit Varro. At nunc ætatis nostræ luxuries quotidiana fecit hæc pretia, &c. Nostra ætate quoquo modo capti eduntur. Quibusdam jecur ovis integrum cum medulla panis contunditur, & per linteam transmittitur. Hinc aromatibus ad saporem colorumque commendandum inspersis fervescit. Turdi in jure carniū elixi, & modice frixi imponuntur.

Bellon. l.
9. de A-
vib. c. 31.
Galenus
Method.
lib. 7.
lib. deci-
bis boni
& mali
succo.
Alex. ab
Alex. l. 5.
Genial.
dier. c. 26.

Athen. in
Dipn. l. 2.

Plin. H.
N. l. 17.
cap. 9.
Varro de
R. R. l. 3.

Varrol.
3. de R.
R. c. 2.

Turdus simpliciter
Kramet vogel



Turdus Visciornis
Trostel



Merula Stein.
Amsel.



Turdus leucocephalus



Merula femina



Merula mas



Passer solitarius
femina



Passer solitarius
mas merulus



Merula alba et nigra



Merulae Congener





Merula torquata
femina



Merula torquata mas





C A P U T II.

De Turdis in Specie.

A R T I C U L U S I.

De Turdo Viscivoro & Trichade.

Gesner. in Ornithol.

Aldrovandus 1. 16. c. 2.

Turdus Viscivorus, Aristoteli *ἰσοβόρος*. Athenæo *ἰσοβόρος* dicitur. Major est cæteris Turdis, & paulo infra columbam. Capite, alis, & ventre fuscus; plumis tamen juxta caudam aliquid flavi admixtum apparet. Cutum intra rostrum pallidum & subrubum colores mixti tingunt. Collum parte prona, venterque totus nigris punctis in albicantibus plumis, & alicubi flavis variant. Pedes digitique, posteriore præsertim tibiæ nervo, flavescunt. Aldrovandus semel unum adeo, in cauda maxime, & alarum remigibus albescentem observavit, ut pene albesceret; capite vero, tergo, & supernis alis omnino cinereus esset. Nullo non tempore apud nos visuntur. *Cibus* ipsis albicetis viscum & resina; æstate inprimis; hyeme fructiferarum arborum semina. Sed & baccis arborum, Juniperi præsertim & Ligustri, inhiant. Dum singuli singulas visciferas arbores occupant, & prope eas morantes, alios persequuntur, facilius capi, prodidere nonnulli. Observata in iis à rusticis & præfagia. Diu nempe duraturæ hyemis, si circa hujus finem in cacumine arboris cantillent. Futuræ æstatis, si in ejus medio considerant.

Gesner. in Ornithol.

Arist. H. A. 1. 9. c. 20.

TRICHAS, qui Pilaris perperam dicitur, & à fridore nomen sortitus est, totus fere magnitudine & figura est Merulæ. Rostrum habet subflavum in extremo nigricans. Os & linguam flavo colore tincta. Collum proæ cinereum maculis nigris aspersum. Dorsum charopum, & per medias pennulas nigricans. Pars circa Vropygium cinereis plumis obtegitur. Caudam nigræ pennæ constituunt. Collum supinum & pectus varia sunt. Pennæ alarum partim nigricant, partim ruffo colore tinguntur, &c. Nunquam aut raro in æstate in Anglia visuntur, hyeme tanta illorum multitudo, ut nullius avis major. Vescitur baccis juniperi, Aquifoliæ, & sorbi minimæ. Apud Helvetios postremo advenit. Acute sonat, & quamvis colorem mutet: vocem tamen non variat. Volat gregatim, & inter volandum obstreperus est.

A R T I C U L U S II.

De Turdo Illade, & simpliciter dicto.

Turdus Illas, Tyllas Alexandro, Myndio dicitur. Fuscus est per totum dorsum. Pectus est varii coloris, medius venter albicat; utrinque rubet. Eodem

colore pars sub alis tingitur. Interiora oris penitus flavescunt. *Nidificant* in Bohemia vel Hungaria. Gregatim plarumque in dumetis degunt. Initio hyemis per quatuordecim fere dies ante Pilares in Helvetiam advolant, circa Pascha recedunt. Racemis *visitant*, vineisque multum damni inferunt. Ideo tempore vindemiarum capiuntur. Gesnerus in dissecti ventriculo mense Novembri baccas spinæ albæ quam Oxyacantham dicemus, repetit.

Quem Aldrovandus *Terdum simpliciter dictum* vocat, is Bellonio *Turdus primus Aristotelis*, & *Turdus viscivorus minor* dicitur. Crura in eo ex descriptione Gesneri albicant. Pectus, ventrem, & latera puncta nigra insigniunt; illud subflavo & ruffo colore in unum commixtis insignitur. Idem sub alis color merus. Tota fere pars prona fuscescit. Alæ fusco ruffum miscuerunt, & maculas subflavas habent. Venter candidus est. Crura albicant. Proprium illis esse apparet, ut circum oculos maculentur. Sexum solo cantu discerni posse dicunt.

NB. Genus Turdorum exoticum vide in Mantissa. Num. 9.

C A P U T III.

De Merulis.

Merula, Græcis *κίρκος*, *κίρκα* & *κίρκα*, quibusdam à nigro colore Nigretta; Latinis quod solivaga sit & sola pascatur, *Merula* dicitur. Duo ipsarum Genera Aristoteles ponit. *Vulgare* seu nigrum, & *candidum*, quod tantum circa Cyllenam Arcadiæ nasci scribit: nos & in Norvegia, & in novo orbe inveniri scimus. Varro inter res inusitates reponit. Addit & *tertium* fusco colore, & minoris magnitudinis, quod Passerem solitarium vel Merulam montanam quidam esse judicant. Vidit Aldrovandus totam ex flavo ad castaneum vergentem, mutato forte priore colore. Magnitudinem ei Turdi Trichadis Aristoteles tribuit citante Athenæo, colorem nigrum, rostrum puniceum vere an falso nescio. Albertus rostrum & pedes crocea. Sed ut plumarum colorem pro temporis diversitate mutant: ita & rostrum idem non servat. Nam id anniculis, teste Plinio, in ebur transfiguratur, at maribus duntaxat. Scaliger pullos nigrum habere, anniculos buxum affirmat. *Sexus* optime discernitur. Fœmina namque fusca est, rostro inferius tantum lutescente, supra plane fuscido. Gula pectusque totum ex albicante & fuscescente coloribus maculantur. Nominat Aldrovandus quandam *Leucophalum*, cujus caput præter tres maculas oblongas nigras, quæ retro oculos conspiciebantur, prorsus candidum erat, rostrum & oculorum

Genera. Arist. H. A. 1. c. 9. c. 19. Var. de R. R. 1. 3. c. 9.

In Aristotelis H. A. 1. 9. c. 5.

Ornith. 1. 16. c. 6.

iris lutea, pedes fuscescebant. Cauda & venter aterrimicoloris. Alæ albo maculabantur. Apponit & candidam totam, rostro duntaxat rutilo, & pedibus lutescentibus. Alæ ex albo & nigro sunt maculatæ, minus quam fœmina, cauda nigra, rostro & pedibus intense in mare rutilis, pallide in fœmina flavescentibus.

Locus. Quantum ad *Locum*, versantur in locis densis confitis arboribus, spinetis, angustis montium angulis, & lapidum fissuris.

Arist. H. A. l. 9. cap. 16. Mutant ut Turdi locum, & hyeme in vicina demigrant aprica. Parasitus tamen apud Athênæum, si algor sub dio perpetiendus sit, se Merulam esse profitetur.

Vitus. *Vesuntur* iisdem quibus Turdi. Sed & promissis forborum, omni sambucique acinis. Caveis inclusæ etiam carnibus. Plantæ ex quibus præcipue cibum decerpunt, sunt Oxycedrus Dalechampii, Ilex Aquifolia ejusdem, Myrtacanta, philyrea angustifolia, myrtus laurea maxima, myrtus exotica Plinii, & area Theophrasti effigie alni.

Generatio. *Nidos* figura hæmisphærica oblongiuscula, admodum scutellæcavos, ex turculis ramulisque exilibus, & fibrosis radiculis luto inter se contextis, substrata molliore materia construunt. Bis anno, omnium avium primæ, ante exactam hyemem, in Helvetia mense Martio vel Aprili *pariunt*. Numerum pullorum nemo exponit. Nido Aldrovando allato quinque inerant. Perfarum Magos ex salvia sub ficu putrefacta, dum sol & Luna secundam solis faciem occupant, avem Merulæ similem procreasse, cujus adustæ cinere lampadi insperse domus serpentibus repleta videbatur, author est Langius.

Epist. Medic. 38. Vox. De earum *Voce* fringulicire quidam usurpat. Veteres ejus non exprimunt proprium, sed inter canoras ponunt. Quandam adeo in novem vocum modis exprimendis excelluisse, ut nullus hominum perfecte eam imitari potuerit, Albertus author est. Incipiunt autem vere canere, continuant per æstatem. Hyeme cohibendo vocem, strepunt & tumultuose vocalantur Plinius hyeme balbutire, circa solstitium mutas esse ait.

Arist. H. A. l. 9. cap. 49. Plin. H. N. l. 10. Amicitia. *Amicitiam* cum ea Rubecula colit. Sequitur enim eam, & noctu, vel juxta ipsam, vel in proxima arbore conquiescit. Ipsas Noctuæ ita infensas quidam volunt, ut quotiescunque clamantem audiverint, tanquam injuriam vindicaturæ, advolent. Mali Punici grano perire Ælianus author est.

Æl. H. A. l. 6. c. 46. Ingenium. Philostr. l. 7. in vita Apollon. *Ingenium* resipit, quod humanum sermonem, quamvis linguam strictam, rostrum rectum, & angustum habeant, imitantur: & quod Laurifolio annuum fastidium purgant.

De *Uso in cibis*, hæc pauca dixisse sufficiat. In pectore ipsarum adusto haud parvam collocasse voluptatem Romanos. Inter popinæ vero professores clunesne tergoribus sint præferendæ, disceptatum. Tarde tamen concoquuntur, parumque alunt, si Platinæ credimus; interlaudatas censerent debent, si Salernitanis. Nonnulli à Noctua captas præferunt. Alii pingues & retibus vel laqueis captas eligunt.

Quantum ad *Medicinam*, bene illis qui laxa sunt alvo præscribuntur. Plinius inasatas cum myrti bacci dysentericis mederi scribit, Porta Melancholiæ. Fimus ex aceto mistus, si orizam avis comederit, extirpat lentigines. Caput ad brachium sinistrum, cum leporis pedibus portatum, audaces facere, mendacium est.

CAPUT IV.

De Merulis in specie.

ARTICULUS I.

De Passere solitario & ejus congenero.

Passer *Solitarius*, quod cum nullo sui generis unquam, nisi tempore generationis versetur vulgo dictus, quem tertiam Aristotelis Merulam esse Gesnerus, Niphus, & Aldrovandus asserunt, Merulus Solitarius circa Tridentum, Merulus stercoreosus, quod in latrinis habitare credatur Romanis, si Alberto credendum, Merula saxatilis Placentiæ dicitur. Avis est Merula paulo minor, tota nigra, rostro longiusculo, parumper arcuato, capite pro corporis proportionem parvo, superius plano, nigroque ad latera, nempe circum oculos, aures, & in collo inferiore cæruleo. Fœmina tota fusca est, & pectore maculis lutescentibus variegatur, mari plane dissimilis. In saxis & testis (non tectis, *καταμύσος*, namque textus habet) diversorium habere Aristoteles dixit. In parietibus aliis Passeribus conjungi, & cum eis ad pastum volare Albertus. In dumosis rupibus circa Larium lacum nidulari, neque cum aliis avibus degere, Gesnerus affirmat. Canorus est, & Mediolani ac Genevæ magno propter cantum precio venditur. Quem Bellonius descripsit, & Charadrium esse primo aspectu putabat, Turdi Iliaci est crassitie, Luscinia moribus præditus *Rostrum* habet rotundum, acutum, subalbum, in extremo nigrum. *Pennas* sub pectore & duabus costis colore dactylorum, maculis interstincto. *Dorsum* cinereum, fulvo maculatum. *Pedes* Turdo similes, *Caudam* ut in Luscinia ruffam, quam mox ut è nido eximitur, immutat. *Mas* quia pulchrior, coloris elegantia à fœmina distinguitur.

In rupibus solitariis nidificat, & raro in plano

Ufus.
Horat. l. 2. sermon.
Plin. H. N. l. 10. cap. 50.

Platin. l. 5. de tuenda sanie.

Porta l. 3. Phytogn. cap. 11.


Gesner. in Ornithol.

Arist. l. 9. c. 19.

Forme.

Generatio.

Merula ansel



*Merula Rosea mas seu
Sturnus marinus*



Merula apus Indica



Merula Brasilia



Cariyocatacte nusbicker



Sturnus iulgaris



Sturnus Capite albo.



*Sturnus
Staer*



Sturnus Cuereus



Sturnus pullus





plano aut per valles cernitur. Certo anni tempore sub tegulis seu imbris *degit*. Canit noctu æque ac interdiu ad lumen candelæ maxime : Franciscus Gallorum Rex tanti ejus cantum fecit, ut nullam præter hanc audire dignaretur.

PASSERI SOLITARIO *congener* est illa avis, quam quidam Petrocos icyphum, Germani *Steinrotele* & *Blaubogel* vocant, Bellonius Cyaneum Aristotelis, sed falso (Ex Picorum enim genere est, rostro etiam ad saxa durissimo; & quis Merulam totam cæruleam vidit) dixit. Magnitudine est Sturni, pectore, cervice, & lumbis Cyanca: dorso & alis nonnihil nigricans. Rostrum ei sesquidigiti longitudine subter nares fuscum, imo aculeatum superiore parte adunca, inferiorem ut plurimum contegente.

Bellonius
Observ.
l. 1. c. 11.
& de A-
vib. l. 6.
c. 6.
Seiler. ad
Gesne-
rum.

Locus.

Degit in altissimis, præruptis, & nivosis scopulis, in Creta, Citharea, Corcyra, Zacyntho, Eubæa, & circa fluvium Athe-sin.

Genera-
tio.

Nidificat in deviis solitudinibus, pullosque, quos ternos aut quaternos excludit, ut à rupicapris etiam tuti sint, in cavernas deorsum condit.

Vox.

Vox ipsi articulata, amœna & varia. Media & intempesta nocte expergefata, ad astantis provocationem claro spiritu canit. Ante tempus autumnii cum colore etiam vocem mutat, ac alis expansis novos, secum continuo murmurans, excogitat cantus, nec veteris obliviscitur.

Color sub hyemem niger è cæruleo evadit. Circa veris initium, in pristinum commutatur. Adulta vel è nido semel egressa & volatui adsueta, nullis astutiis capitur. Moris denique ei, oculos hominum aliorum alitum more adpetere. Tamque diligenter res observare, ut plæraque, vocis aliquo articulo indicet.

ARTICULUS II.

De Merula Montana, Germanorum Torquata, Bicolore, & Saxatili.

MERULA Germanorum MONTANA, avis est paulo infra Turdum majorem. *Caput*, dorsum & alæ, ruffo quodam modice admisto nigricant. *Pectus* est, ex plumis partim subfulvis, partim nigricantibus obscure maculosum. *Os* interius & lingua lutei seu melini coloris. Ventris color ex nigro & cinereo mistis; crura ex glauco nigricante, & ruffo, constant. Cauda est atra.

TORQUATA, quæ & Montana, Saxatilis, & Equina, quod in sylvis vermiculos in fimo equino quærat, avis est barbatula, magnitudine fere & colore Turdi. Parte pro-na inter collum habet albas duorum digi-

torum latitudine plumas, reliqua maculosas, nigris in medio pennis, ambitu albis, superiore fuscas, alarum pennis, margine extrinseco albicantibus. *Fœmina*, quam Aldrovandus descripsit, erat corpore toto subnigro; rostro circa nares, & in apice nigro, ad latera flavescente, pennis remigibus alarum nec non ventris, extimis oris, nonnihil albicantibus, cætera candicantibus. In ultimo gutture seu pectoris principio macula albissima pollicem lata ad humeros pertingente, vel torque candido, ornabatur.

Merula BICOLOR quod duobus potissimum coloribus fusco aut subnigro, & luteo rubescente variet, dicta, est avis Merula paulo minor, capite fusco, lineolis candicantibus variegato, rostro in luteo rubescente, qui etiam color in tergore & cauda intensior; in pectore & ventre remissior, videtur. Alarum remigibus fuscis, in extremis oris albis, pedibus breviusculis, digitis pro proportione longis luteis, unguibus rubicundis.

SAXATILIS, quam Turnerus ex Graculorum genere facit, quidam Cyanon Aristotelis credunt, nonnulli Rubiculam Saxatilem, Nucifragam, Merulam Alpinam vocant, avis est cum *Caryocatactæ* Gesneri eadem, merula major. Sturni ferè instar maculata, supra nigricans, minus tamen in capite & dorso, quàm in alis, maculis ubique distincta semilunaribus, quæ pariter per tergus & alas majores sunt quam per caput. Prone à rostro ad anumusque lutea maculis ferrugineis albisque, quæ & ipsæ magnitudine variant, percurrentibus. Alarum pennas majores habet nigras, & in extremis oris candicantes. Caudam supine nigram, prone ferrugineam, pedes fuscas. Vaga est, nec invenusta.

ARTICULUS III.

De Merula Rosea, Exoticis, & Merula congenera.

MERULA ROSEA, ab aucupibus, Italus Sturnus marinus vocatur. Est merula paulo minor; tergore, pectore, & alis supernis roseis seu carneis, capite cirrhato, rostro qua capite jungitur nigro, cætera carneo, alis & cauda nigris, remigibus fere subcastaneis. In *fœmina*, color est dilutior, caput si excipias. Reliqua enim pars colli, alæ & cauda minus quàm in mare nigrescunt. Plurimum adipis corpori adjiciunt, & in cibo maxime commendantur.

Aldrov.
Ornith.
l. 16. c.
15.

EXOTICA est duplex, *Brasilica*, & *Indica* Apos. BRASILICA ut à Bellonio describitur, differt magnitudine à Merula. Rostrum illi breve. Color totius corporis, si

Bellon.
de Avi-
bus l. 6.
c. 27.

Aldrov.
Ornith. l.
16. c. 16.

caudam & alas, quæ atræ sunt, adeo intense rubet, ut nullus intensior rubor possit excogitari. Cauda oblonga est, crura nigra. Illius, quam Aldrovandus exhibet, pennæ superius omnes ad scapulas rubent, dein nigrae succedunt, has rufus rubrae excipiunt. Rostrum est insigniter recurvum, intus luteum. Pedes, qui pro tibiaram proportionem majusculi ex cinereo leviter fufcescunt. *APDS* monstrafo forte est. Rostrum habet Merulae in extremitate nigrum & recurvum, infra qua capiti jungitur candicans. Caput, venter, dorsum, colore coccineo intenso & vegeto, alæ & cauda nigro, unde Porphyromelanos dici posset, tinguntur.

CONGENER Merulae est duplex. Una rostro, prope quod linea rubra conspicitur, nigro; capite, dorso, & cauda, ad subcastaneum vergentibus, extremis oris albicanibus. Prone pectore, ventreque toto & cauda, lineis quibusdam cinereis per transversum ductis albicat. *Altera* Merulis erat minor, Passeribus major, capite cinereo, oculis nigris aureo circulo circumductis, rostro pro corporis proportionem robusto, luteo, crassiusculo, in extremitate nigro & acuto. Dorso ad caudam castaneo obscuro, pennis alarum quæ dorso junguntur albis. Qua ventri nigris. Remigibus in extremis oris cinereis. Simelis Collurioni cinereo videbatur.

CAPUT V.

De Sturno.

Genera.

STURNUS, Græcis *σῆρ σῆρ* βύττα, βύττο, & *σῆρ*, quod apud Hesychium & Phavorinum leges, dicitur. Avis est ob colorum varietatem, & conspersas per corpus maculas, elegans, & bene, picturate à Poëtis dicitur. Non tantum autem albis maculis tingitur; sed rubescit quoque, lutea aliquando; in alis, prope oculos, & in infimo tergore viridescit. Rostrum habet Picorum non ab simile, in fine fuscum. Caudam brevem & nigram. Pedes fere croceos. Aristoteles solum vulgare genus, quod super tecta cantu suo aures fatigat, agnovisse videtur. Aldrovandus tres exhibet, *Unum* totum album, rostro quod ex luteo rubescit, & pedibus, qui leviter carnei, exceptis. *Alteri* caput, collum, & rostrum erant alba; Maculae supra oculos binæ nigrae: venter candidus, alarum principia maculis subcæruleis varia. Remiges alarum & cauda ut in Sturno vulgari. Pedes lutei. *Tertii* totum corpus ex cinereo lutescebat. Pectus punctulis conspergebatur. Rostrum & pedes nigri coloris erant.

Locus. & Vicius.

Locum si attendas, nullibi non inveniuntur. Avenis, pratis aquosis, ubi armenta pascuntur, & agris gaudent. Turribus in-

primis & tectis hyeme latent. Si *victum*, pamphagi sunt. Nam præter baccas & uvas, quibus impense delectantur, & pinguescunt; milium quoque, panicum, cicutam, stercora, & lumbricos, imo suspensorum cadavera, ideo ab eorum esu Belgæ abstinent, depascuntur.

Nidulantur iisdem fere locis, eodemque pene modo, ut Passeres. Ter anno parere dicuntur; & uno tempore septem vel octo ova ponunt. Græcis dicuntur *κικλίζου*; authori Philomelæ pifitare. Summo mane maxime sunt obstreperi, nocte silent. Vifi qui omnium avium voces imitabantur. Et in Gallia urbibus habentur, qui sermonem explanate, longiori etiam contextu, exprimunt. Habebant & Cæsares juvenes ejusdem peritiæ unum.

Proprium ipsis catervatim *volare*; & quodam pilæ orbe circumagi omnibus in medium agmen tendentibus. Vespere potissimum aggregantur, & tanta multitudine atque impetu quandoque volant, ut nubem facere, & tempestatis modo sonare videantur. Dicuntur sibi ipsis medicinam facere. Atterebat pedi luxato ova formicarum, comminuta, & sub alis calefacta, unus. Sic integer intra paucos dies evasit. *Metuunt* Accipitrem, eundemque superne vel à latere accedentem, alis eventant, subtus volantem stercorebus opprimunt. Semine alii intereunt; & à canibus metuuntur.

Galenus eos inter *cibos* attenuantes & boni succi refert; quod vel de juvenulis, vel de illis, qui in montibus degunt fumendum est. Vindemiæ tempore pabuli melioris copia non improbantur. Suaviores evadere, si mox captis capita amputentur, Cardanus author est. Stercus oryza pastorum ad faciem exornandam facit.

NB. *Sturni genus Indicum vide in Mantissa. Num. 6.*

CAPUT VI.

De Coccothraustis.

Duplicem Coccothrausten Aldrovandus exhibet, *vulgarem* Gesneri, & *Indicam cristatam*. Illa ita dicta, quod rostro suo coccos & interiora ceraforum granum confringere soleat. Circa Verbanum Lacum Fringilla Montana, Bellonio, à rostri magnitudine Grosbec dicitur. Putabat hanc esse Aristotelis Pardalum quiddam. Falso, ex collatione utriusque patebit. Pardalus enim colore toto cinereus est, magnitudine par Sturno. Coccothraustes autem est, si Bellonii descriptionem sequemur, sturno paulo minor, rostro duro, & magnitudine pro corporis proportionem insignis. Capite superiore mali aurantii colore,

Generatio

Brujer. l.
15. de re
cibar. c.
42.
Plin. H.
N. l. 10.
c. 42.
Volant.

Gesner.
in Ornith.

Ufus.
Galen. l.
6. defanitat. tuenda.
Alex. l.
13. salub.
c. 8.
Æginera
l. 28. c. 8.
Cardan. l.
3. defanitat.
c. 21.

Descriptio.

Arist. H.
A. l. 9.
c. 23.
Bellon. de
Avibus l.
7. c. 30.

re, cum macula sub gutture nigra, collo cinereo, dorso fulvo, alarum extremitatibus ex viridi lutescentibus sicuti torques Palumbis, caudæ extremitate alba subtus fulva. Ventre, pectore & gutture ejusdem coloris. Gesnerus ei tribuit, Alaudæ aut Loxiæ magnitudinem. *Rostrum* durum, validum, breve, latum, quod inferius à pennis nigris ambitur. Colorem capitis, in foemina, charopum, vel ex flavo ruffum; in pectore & ventre ex cinereo rubicundum. Pennas alarum superius nigricantes, in medio albentes, in imo colore fere cærulei seu Indici. Collum pronum, & utrinque ad latera plumis cinereis vestitum. Dorsum ex fulco nigricans.

Locus.

Æstate in sylvis capitur, & tum in Italia in montibus agit. Sub Octobrem ad plana descendit. In Germanis ætato rarius, hyeme frequentius cernitur. *Nidificat* in arborum cavis. *Vicitat* nucleis ceraforum, quæ rostro confringit; nec non olivis, & aliis baccis. Non servat accrescente atate

Vitus.

colorem. Caveæ inclusa, non solum raro cantillat, sed ne institutionem quidem admittit.

Indica incolis capitis viridis apud quos reperitur, dicitur Fruso, Lusitanis Cardinalitius, quod galerum purpureum gestare videatur. Habet cirros in capite figura trigona coccineos, quo colore pariter collum, pectus & venter refulgent. Alarum extremitates dilute purpurascens. Caudam pro corporis proportione, longiusculam, digitum auricularem latam, aliquantulum surrectam. Tibias breves & albicantes, ungues robustos & nonnihil recurvos. *Vicitat* panico, amygdalis, & alfine herba, & cibum è manibus accipit. *Voces* avium, luscinia maxime imitatur. Sæpe se aquæ immergit, unde temperiei calidissime esse putatur. Visa icone sua in speculo, mirabilibus modis sibilos edendo, cristam deponendo, caudam more Pavonum erigendo, alas motitando, gesticulatur, & speculum impetit.



De Avibus Insectivoris.

T I T U L U S I .

De Insectivoris non Canoris.

C A P U T I .

De Picis Martiis.

Descri-
ptio.A. ist. H.
A. l. 9. c.
9.

Picus Martius quod Marti sacer sit dictus, δρυόκοραψ Hesy-
chio, δρυόκοραψ Hesy-
chio, δρυόκοραψ & δρυόκοραψ Ari-
stoteli, δρυόκοραψ Ari-
stophani, καλέαψ Mi-
letio, recentioribus Græcis καρκαυγίς voca-
tur. Genera ipsorum tria Aristoteles recen-
set; nos de pluribus inferius dicemus. An
vero vel illa quæ occidentalibus Indis Alca-
tran teste Cardano dicitur, rostri & corporis
magnitudine celebris, cinerea croceave plu-
ma distincta, rostro duorum palmorum, in
acutum tendente; vel Picutus dicta, cui ro-
strum toto corpore majus, ubi capiti jungitur
tribus digitis latum, aduncum, quo & ar-
bores terebrat, & à parvis simiis se defen-
dit, quæque linguam loco pennæ habere
dicitur, ad Picos pertineat, penes eruditos
sit judicium. *Formam* ipsorum si attenda-
mus, habent omnes *rostrum* rectum, du-
rum, rotundum, & ad pertundendas arbo-
res pereommodum. *Linguam* iis Aristoteles
tribuit πλατύνει καὶ μεγάλην. Aldrovandus longam
quidem in omnibus & ad occiput us-
que extendi, & super totum capitis verti-
cem ceu in glomum convolvi, adeo ut
cum exoritur, tanquam è multis involu-
cris in longum admodum extendatur, ob-
servavit; latam minime; quin est acutissi-
ma, & in extremitate quodammodo carti-
laginea. Anatomen vide apud Aldrovand-
um. *Crura* quoque omnibus sunt brevius-
cula, at admodum robusta. Digiti pedum

ante bini, totidem retro, iique valde
conjuncti, ut arborem quam scandunt fir-
mius apprehendant. Cauda rigida, & du-
riuscula, cujus pennæ in extremitatibus
ferme nudæ, quibus haud aliter quam pe-
dibus inter rependum innituntur.

Locum si spectes, in quibusvis reperiun-
tur regionibus, raro in Belgio, in Taren-
tino agro negari scribit Plinius; sed Aldro-
vandus omnia genera in Italia ali, maximum
si excipias, affirmat.

Vicitant vermibus, culicibus nempe for-
micis, quas exprorecta lingua velut in veru
infigunt, & latitantibus sub lignorum cor-
ticibus, & medulla cossis. Ideò arbores tun-
dunt, quarum percussi corticis sono pabu-
lum subesse intelligunt, & tam vehemen-
ter eas interdum excavant, ut ipsas ster-
nant. Quidam apud Aristotelem amygdalum
tertio ictu pertudit, & nucleum com-
edit.

Nidificant in cavis arborum, olearum
inprimis. Tanto artificio nidum exstruunt,
& excavant, ut admoto circino rotundius
reddi foramen à perfectissimo Geometra
non posset; & ligna quibus inter se con-
fertis constat, facilius manibus separen-
tur, quam ferro dissecantur. *Pullos* septem
vel octo educant, quos exire ex ovo à cau-
da Hylas, referente Plinio, tradidit. Quo-
niam pondere capitum perversa ova poste-
riorem partem corporum fovendam matri
applicant. Nunquam humi consistunt, vel
in faxis confident, ne aciem unguium ob-
tundant. Scandunt vero per arbores om-
nibus annis κατὰ τὴν ὁ ἀσκαλαβῶται tanquam stel-
liones, seu ut Plinius vertit, feles, non
modo sursum per arborem reptando, sed
deorsum etiã & sub ipsis ramis, pedibus
& ventre sursum, tergore deorsum terram
ver-

Locum.

Plin. H.
N. l. 10.

c. 29.

Aldrov.

Ornich.

l. 12. c.

20.

Victus.

Plin. l. c.

Arist. H.

A. l. 9. c.

9.

Genera-

tio.



Picus Varius Minor



Picus Maximus niger
Grosser Schwarzer Specht



Picus Viridis Grijn Specht



Picus Maior Bunder Specht



Picus Viridis Maior



Picus Murarius Maur Specht



Grosser Grijn Specht

Picus nidum Suspindit
Widwal Bijnolt Goldmerle

Picus Luteus
Gyanopus

Picus Cinerens



Blau Specht
Maj Specht

Picus Varius Elster Specht
Gras Specht



Picus Chlorio Indicus



versus converso; quod Aristoteli est *ὑπὸ τῆς ἀντιθέσεως*

ternis insigni macula albicat. In alis & cauda nigri aliquid conspicitur.

Vox.
Scaliger
in Exerc.
citat.
237.
Albertus
lib. 23. de
Animal.

Humano ipfos *sermoni* assuescere Scaliger author est: sed minus apte, & rariora & pauciora quam Picam reddere, addit. Albertus perfecte aliquando loqui scribit. Validius quam solet stridens pluviam præfagire credebatur. Hinc ei pluviae avis apud veteres nomen.

PICUS VARIUS MINOR majori per omnia similimus est, & prorsus videtur idem. Nisi rubra illa maculae in vertice & Uropygio deessent. *Dorsum* ejus versus lumbos magis quam superioris varium. Et ex albo nigroque promiscue maculatum, lineis interim obscuris transversalibus quæ alarum notis respondere videntur, conspersum est.

Ufus.

Ufus ipforum & in *cibo*; ideo tota fere hyeme & autumno Bononiae in foro venduntur; & in *Medicina*. Nam cum sale torrefactum quidam ad internas ani eminentias applicant. Assatum vel elixum incantatione ligatos solvere; oculos, gestantibus visum acere; rostrum è collo suspensum, dentium, uvulae & tonsillarum dolorem curare; Kiranidis sunt deliramenta. Idem ferentes ab apibus etiam si mella earum eximant, non feriri, Plinii. Clavum & cuneum arbori, in qua nidificant infixum, diu non hære. Foramen vero nidi lapide vel ligno obstructum; herba apposita, seu illa linaria major, seu æthiopis, eundem aperire, pari fide affirmatur.

PICUS VIRIDIS *ἡλικὸς* est Aristotelis, inter Picos quidem eidem non recensitus, inter Picos tamen vel ob solam pedum & Caudæ dispositionem (duobus digitis ante & totidem retro insignitur, & caudam rigidam habet) numerandus. Turturem magnitudine equat. *Rostrum* habet nigrum, durum, robustum, acutum duos digitos longum. *Caput* crassiusculum in superiori parte ex maculis partim miniacis, partim nigricantibus variegatum. *Oculos* alia quædam macula nigra ambit, sub qua rubra illa macula superioribus correspondentes pallidiores sunt. *Dorsum* & *ale* virides cum luteo tamen intermixto. *Mentum*, pectus, venter, crura pallide virescunt, adeo ut ex albo & viridi permisceri videantur. *Æstate* eum silere ajunt. Ideo cum mense Aprili quidam clamitantem audivisset, hyemen adhuc metuentem prædixit. Altissimas arbores volatu trajicit.


Plin. H.
N. l. 10.
cap. 18.
ÆL. H. A.
l. i. c. 45.

CAPUT II.

De Picis in specie.

ARTICULUS I.

De Pico Maximo, Majore, Vario minore Viridi nostrate, Pico luteo Cyanopide, Viridi majore, & Murario.



PICUS MAXIMUS, est omnium longe maximus, cornicis interdum magnitudine, infra gallinam aliquid, & excepto capitis vertice *totus niger*. Plumæ tamen in vertice coccineo vel flammeo colore egregie micant, & velut cirrhum efficiunt. *Rostrum* habet longum, robustum, digitum parvum, longum, cujus superior pars, quæ juxta caput lata eminent, & duas strias, ut folium Cyperi, obtinet. *Linguam* oblongam duram & in extremitate asperam. *Digitos* binos ante & totidem retro. Ungues recurvos.

Ossa ipsius tosta in pollinem redacta, & in vino epota validum sunt contra calculum remedium.

PICUS LUTEUS CYANOPUS ex Persia adfertur. Magnitudine à superiore nihil differt; caput tamen & collum crassius, & rostrum prolixius obtinet. Pennæ à medio vertice ad extremum *caudæ* usque aliquid ferruginei habent, *rostrum* vero omnino ferrugineum. *Pedes* subcærulei, *ungues* nigri, cætera lutea, nisi quod *alarum penna* omnes in extremo quodammodo ferrugineæ sint.

PICUM MAJOREM *ἡλικὸς* Aristoteles vocat. Magnitudine merulam vincit, scribente Aristotele. Is quem Aldrovandus depingit, *rostrum* habet canaliculatum, *linguam* longissimam, musculosam, extremo apice duro nervo aculeatam. *Caudam* robustam, & ob superiores reliquas cooperientes plenas duro calamo donatas & inflexu difficillimas, renitentem. In tota ave triplex color conspicitur. *Plumæ* medio vertice rubicundæ, & saturo cocci colore conspicuæ sunt, quæ in femella mari alioquin per omnia simili desiderantur. In oculorum ambitu, ventre toto, & alis in-

PICO VIRIDI MAJORI seu Maximo, *Rostrum*, quod in omni Picorum genere rectum est, incurvum, pedes ad similitudinem aliorum, varias maculas in alis, tribuit Bellonius.

Aldrovandus
Orn. t. 101.
lib. 12.
cap. 35.

PICUS MURARIUS muris turrium maxime adhæret, & vermiculos in eorum rimis inquit. Passere domestico paulo major est, sturni fere crassitie. *Rostrum* habet oblongum, tenue, nigrum. *Caput*, collum, *dorsum* cinerea. *Pectus* albicans. *Alas* partim cineras, partim rubeas. *Caudam* brevem. *Digitos* pedum longos, tres ante, unum pro calce. *Alas* in volatu semper motitat, nec uno loco insidere novit. In foraminibus parietum *nidulatur*. *Suavem vocem* edit.

Bellon. l.
6. de Avibus c.
15.

ARTICULUS II.

De Pico Cinereo seu Sitta, Pico nidum suspendente, Chlorione Indico & Pici congenere.

PICUS CINEREUS Aristoteli *οικων* seu *οικων* aliis *δνοτορπυσα* quasi materiem contundens, nomine omnibus communi; quibusdam *οικωνορπυσι* & *κιναιδος*, quod Vropygium motitet; modernis Græcis *κιναιδος* dicitur. Annumeratur Pici, quia eorum more super arbores repit. Caput ei parvum; Oculi exigui; Rostrum longiusculum, nigrum, rotundum Collum, dorsum, alæ, nec non & cauda superius è plumbeo ad cinereum vergunt: sub collo verò & ventre è castaneo ad ruffum. Cervix ad latera lutescit. Qua parte inter rostri principium & retro oculos macula oblonga nigerrima insignitur. *Vivit* materiem contundens. In foraminibus arborum, quas terra & limo artificiosissime claudit, angusto aditu sibi relicto, *nidulatur*, & prolem numerosam progignit. Frangit Aquilæ ova. Res malefica ei tribuitur, quasi rerum cognitione calleat.

PICUS NIDUM SUSPENDENS cum Oriolo Alberti, Aristotelis Chloreo, & Plinii Chlorione, Galbula seu Galgulo, Ictero, & Bononiensium Regalbula idem esse ab Aldrovando creditur. Modernis Græcis *οικωνορπυσι* dicitur. Chloreum & Chlorionem Aristoteles & Plinius appellaverunt, ut luteum & viridem in ea reperiri colorem innuerent. Junior virescit; adultior aut saltem annua facta alitantum modo exceptis tota evadit lutea. Magnitudine est par Turturi; colore pro ratione ætatis variat. In juniore rostrum est subfusculum. Adulta inter rostrum & oculos maculam habet nigram. Junior minimè. Illa alas habet nigerrimas, quarum pennæ & remiges maxime in extremitatibus suis albescunt: junior superiores pallidas, inferiores nigricantes.

Locus. *Locum* si attendas Germaniæ esse peregrinam Gesnerus reliquit. Migratoria vero est. Plinius & Ælianus hyeme eam videri negant; æstivo tempore in conspectum venire, exortu arcturi syderis discedere, & pullis editis Italiam relinquere, adjiciunt. In Helvetia mense Majo apparere incipit, in quibusdam Galliæ locis Martio. Dependens pedibus somnum capit; quia se tutiorem sperat, si Plinio credimus.

Vermibus more picorum *vescitur*, sed & ficibus. Unde ipsi *οικωνορπυσι* nomen.

Generatio. Proprium ipsi *nidum* in arboribus suspendere. Constat ille ex musco & lanugine quandoque, ex fœno & culmis nonnunquam, ex cannabe & festucis interdum.

Forma ipsi corbis vel calathi ficarii è juncis intexti; vincula de quibus pendet sunt, culmi, junci, fila è lino, serico, setæ equinæ & cætera. Iconem in Aldrovando vide.

Cum *cantillat* orio vel loriot sonat, imminente pluvia fistulæ instar canit.

Ufus ipsius in cibo est & *Medicina*. Pinguescit mirum in modum. Emoritur si ab icterico conspicitur æger, ipsa evadit. Ad Germanos accedens, non amplius nascituras pruinas promittit.

CHLORIO INDICUS maxima sui parte, quin toto corpore luteus est; si coronam verticis & caudæ alarumque maculas cæruleas, & rostrum pedesque quæ insigniter rubent excipias.

PICIS CONGENEREM Aldrovandus Marchioni Fachineto debet. Erat, quantum ex pictura conjicere licebat, Coccothraustis magnitudine; rostro luteo, acuto, Picorum haud absimili; vertice, cervice & toto dorso viridi, Vropygio albo; pennis alarum vestitricibus viridibus, remigum superioribus albis, inferioribus, & cauda cæruleis. Prona pars à rostri initio ad anum usque coloris cinnaberis erat.

NB. *Picarum genera exotica vide in Mantissa. N. 5.*

CAPUT III.

De Iynge seu Torquilla, Iynge congenere, & Certhia.

Propter rostri & linguæ constitutionem, Pici Jynx subjungitur, quam Galenus & Suidas *κιναιδος*, Tzetzes *οικωνορπυσι* & Cinclida, Athi montis incolæ, teste Bellonio, Alcionem, Theocriti interpretis *οικωνορπυσι*, alii Turbinem, Gaza Torquillam vocat. Vincit magnitudine fringillam, Rostrum habet firmum ex plumbeo & nigro permixtum. *Lingua* aculeum tam acutum & validum, ut humanam cutim haud aliter ac acicula penetret. Ea infra arteriæ summum subit, & supra cranium reflexa, prope nares inseritur. Est autem gemina ubi ab occipitio reflecti incipit, & in syncephite rursus utræque partes conveniunt. *Digitos* pedum utrinque duos habet. *Digitorum* utrobique longior alter, cum altero brevior conjungitur. Conspicitur in quavis regione circa arbores.

Vescitur formicis, easque exerta lingua velocissime aculeo transfixas venari & devorare solet; nec unquam rostro attingit. Dicitur *οικωνορπυσι*, id est stridere. Sed Ælianus obliquam tibiam voce sua æmulari ait.

Nidulatur in arborum foraminibus, villis & domibus. Octo vel novem ova uno partu excludit. Ægerrime cicuratur. Si manu

Arist. H. A. l. 9. cap. 17. Idem lib. 9. cap.

Plin. H. N. l. 37. c. 10. Aldrov. Ornithol. l. 12. c. 39.

Plin. H. N. l. 10. c. 25. Æl. de Animal. l. 4. c. 47.

Plin. H. N. l. 10. cap. 33. *Vicius.*

Generatio.

Vox.

Ufus. Plin. H. N. l. 30. cap. 11.

Vicius.

Generatio.

manu teneatur, caput in utramque partem circumagit. Apud Gesnerum enutrita, accessum hominis æger ferebat, collum in sublime erigebat, rostrum sine morfu modo extendebat, modo retrahebat. Plumæ capitis rigeant. Caudam erigebat & dilatabat. Usus ipsius est in cibis.

Aldrov. lib. 12. Ornith. cap. 43.

JYNGI CONGENER, quem Aldrovandus describit, magnitudine erat par Jyngis; colore capitis, dorsi, alarum, & totius caudæ ferrugineo; maculis luteis transversalibus distincto, pectore & ventre albicantibus, & lineis luteis per longitudinem exornatis. Tibiis luteis; digitis picorum more oblongis.

CERTHIA, Aristoteli *κέρθια*, vel ut Robertus Constantinus opinatur, ab astu *κέρθιον* dicta, avicula est exigua, Regulo paulo minor. Rostrum habet arcuatum, in superiori parte longius & crassius. Guttur & pectus candicans; dorsum & alas fulvescentia, nigris maculis ubique distincta. Caudam brevem, rigidam, & in extremitate acutam. Ungues valde aduncos. *Vicitat* insectis minoribus. In cavis arborum *nidificat*, & viginti quandoque *ovæ* ponit. *Vocem* ipsi claram tribuit Aristoteles. Perpetuo fere nunc in hanc nunc in illam partem volitat. Toto anno eandem patriam incolit. Arborum ramis fringillaginis instar sese annectit, & Picorum more arbores perrepat. Sagax ipsi in vitæ officii *ingenium* Aristoteles adscripsit.

Arist. H. A. lib. 9. cap. 17.

C A P U T I V .

De *Merope*.

Meropis nomen Albertus Pico viridi, Niphus Grallo suo, alii Paro majori, sed male imposuere. Convenit illi aviculæ, cujus vox multiplicem partitionem capit, ideo à *μερομῶπις* dicta est; quæque Cretensis *μεροκόρα*, seu *Apiaster*, *Rasi Alkenius*, vel *Alkerius*; Alberto *Muscipula*, aliis *Riparia*, *Parra*, & *Gangrena* teste *Kiranidis* interprete dicitur. Magnitudine sturnum superat, Merulis par est. Aristoteles hoc tantum de illa habet. Pennas ejus inferiores pallidas esse, superiores cæruleas, ut *Halcyonis*, postremas pinnulas rubras. *Plinius* Aristotelem secutus, pallido intus colore pennarum, superne *Cyaneo*, priori subrutilo esse dixit. *Aldrovandus* & maris & feminae descriptionem tradit. Mari rostrum est longum, durum, ad instar falcis messoriae arcuatum, & quasi triangulum. Iris ita rubescit, ut aliam omnem rubedinem superet. *Feminae* color ubicunque minus intensus. Tergus quodammodo virens. Linguam habet sublongam & gracilem: oris rictum tam amplum, referente Alberto, ut multas muscas in ore ejus humoris insiden-

Prob. in lib. 4. Georg. Bellon. lib. de Avibus c. 27. Arist. H. A. l. 9. cap. 13. Descriptio. Plin. H. N. lib. c.

tes capiat. *Vesiculam* fellis amplam humore viridi smaragdi instar refertam.

In *Creta* insula tam vulgaris est, ut nusquam non in ea conspiciatur: reperitur & in Italia. Græcis per continentem, incognitam scribit *Bellonius*.

Locus.

Vicitat apibus; ideo *Virgilius* *Meropis* nidum prope alvearia prohibet, & cicadis. Sed nec *lansanæ caucalidis*, & *raparum* feminibus, vel *tritico* abstinet. *Nidificat* in cavernis, interdum ad sex pedem altitudinem, interdum ad quatuor cubitos, defossis. Et sex aut septem pullos parit.

Vitus. Arist. H. A. l. 9. c. 40. Georg. lib. 8. Arist. H. A. l. 8. cap. 1. Plin. H. N. l. 10. cap. 33. Arist. H. A. l. 9. c. 13. Volatus.

Volat gregatim, circa montes qui thymum ferunt frequenter; & cum reliquæ aves quasi sursum ad oculos versus volitent, illi retrorsum caudam versum eum exercet.

Vocem instar hominis quodammodo edit, qui ore in rotundum clauso sonet grulgruru, urubul, & longe auditur. *Ingenium* & *Mores* si spectes, migratoria est. Pullos ne facile capiantur de loco ad locum transfert, & author est *Aristoteles* esse qui confirmant, *Meropes* parentibus senescentibus vicem reddere; imo eosdem quam primum facultas datur, liberorum opera ali.

Vox.

Usus ejus in *Medicina* aliquis. Fel si cum gallis & oleo omphacino misceatur, firmam capillis nigredinem inducit. Frixæ in oleo manus ab apum punctationibus immunes reddit, si credere fas est. Est & alius *Merops* quem Germani *Hirundinem* marinam vocant. Et superiore paulo longior, & crassior. Rostrum habet nigrum, longum, acutum, & proprius ad falcem messoriam, quam in illa accedens. A rostro maculam nigram, quæ per oculos retro ad colli initium usque defertur. Alarum pennæ, variis coloribus insigniuntur. Primæ cæruleæ sunt. Secundæ ex cæruleo & flavo mixtæ. Tertiæ omnino flavæ, remiges nigrae & in extremitatibus rubrae.

Usus.

C A P U T V .

De *Regulo*.

Regulus, Græcis *Trochilus*, *Orchilus*, *Tyrannus*, *καρπυγίτης βασιλικός, ὀβελιδος, ἑλικός, κάρπυγος βασιλικός*, & *Tetrigon*, in *Creta* imprimis, aliis *Rex Senator*, *Parra*, *Bitricus*, & *Acalanthis* dicitur, quæ omnia nomina *Passeri Troglodyti* communiter tribuuntur. *Aristoteles* ipsi corpus non amplius tribuit quam *Locustæ*, & *cristam* è pluma clatiuscula rutilam. Quem *Aldrovandus* describit, à capite ad extremitatem caudæ mensuratus, vix palmum ex superabat. *Cristam* in fronte erectam colore fere aureo gerebat, quæ in mortuis non conspicitur. Caput, collum, dorsum, &

Arist. H. A. l. 8. c. 3.

mediæ alæ ex viridi lutescebant. Remiges nigricabant, & ad latera flavescebant. Prope earum exortum notabilis viscebatur macula. Guttur & pectus ex albo flavescebant, venter candidabat. *Femelle* pallidioribus capitis sunt conspicuæ. Minores etiam ipsis crista pennulæ, quarum caput linea crassa satis velut corona eleganter ambit. In alis duashabent albas maculas, parvam unam, longam alteram, cum mas hanc solam habeat.

Locus. Hyeme degunt in urbibus & foraminibus, reliquo tempore in sylvis, inter fruteta & juniperos.

Vitus. *Vescuntur* vermiculis, quorum nomine muscæ, formicæ, cossi, & similia insecta intelliguntur. Muscis adeo ingurgitari quidam dicunt, ut aliquando de vita periclitentur.

Generatio. Bis anno pariunt & ova septem aut sex pisorum ponunt magnitudine. Volant solitaria; & aliqui post migratices recedunt.

Vox. Vox ipsorum zinzulare, ut Authori Philomelæ placet. Magni & sicci in hyeme frigoris tempore, præcipue cantant. Parvitatē corporis ingenii solertiam in ipsis natura pensavit. Ausu enim magno contra

Arist. H. A. lib. 8. cap. 3. Aquilam pugnare conantur. Cum se proxime quasi manu capiendas obtulerint, casto hominis conatu profugiunt. Multi uno specu in hyeme conduntur, ut parvus in tam minimis corporibus calor, societate augeatur. Cum in veruculo igni apponuntur, tametsi nemo vertat, tamen per se convertuntur: scilicet, ubi ea pars, quæ igni obversa fuit, assata est; altera, quæ non est assata, quia gravior, descendit. Motu insolito & cantu quamvis suavigestientes, quia ariduli vaporosum aërem plausibilter excipiunt, & adventantem humiditatem, qua refocillentur implorant, pluvias affuturas denotant. Eadem ingruunt, Arato teste, si cava terræ subierint. Unde floricomis hymenæis infestos dixit Avienus, quia isti sereno cœlo gaudent.

Aratus in Phænom.

Datur & alius REGULUS NON CRISTATUS, qui quandoque in agro Bononiensi capitur. Similis hic, cristam si excipias, superiori Regulo. Rostrum ei gracile, oblongiusculum, saturrimo atro colore resplendens, interna capacitate, & utraque mandibula, unâ cum linguis rubicundis. Vertex, collum, Dorsum colore bætico ad flavum nonnihil vergente. Oculi nigrescentes, quos plumæ cineræ ambiunt. Alæ & cauda exteriori superna superficie ex fusco ad spadiceum vergunt. Pectus, alæ internæ ac supremæ, caudæque inferioris initium sunt flava. Postici digiti unguiculus omnium est maximus; digitus à medio anticorum magnitudine secundus, duo cæteri antici minores & æquales inter

se sunt. Mascula alba, quam cristatus habet, in hoc non conspicitur.

CAPUT VI.

De Passere Troglodyte, & Asilo ave.

Passer Troglodytes, quem Ætius *στρουθία* vocat, etsi multo minor Regulo, quod hic pluribus pennis vestiatur, appareat: duplo tamen plus carnis possidet. *Rostrum* habet longiusculum, acutum, superne fuscum, inferne albidum; *lingulam* admodum exilem, bifidam, continens. Ventrem, collum, ac dorsum ex fusco ad spadiceum inclinante vestitum. Pectus cinereum; Caudam semper subrectam & albo colore interpunctam. *Vicitat* vermiculis. *Nidum* sæpius in sylvis, aliquando in posticis ædibus, & stabulis stramine tectis, juxta parietes domuum, & sepes, ex musco foris, ex plumis intus construit. Ovi is erecti, & in altero suo sine consistentis formam habet; in medio latere ostiolum. Per hoc ingreditur, & egreditur. Bis anno parit, & ova novem, uno tempore deponit. *Volat* solus, nonnunquam gregatim, semper breviter; & quoties aliam sui generis offendit, eam aggreditur. Mira ipsi *Cantus* imprimis si cicuratur, (cicuratur difficulter) suavitas; quem Majo præsertim, sæpe hyeme exercet. In festo trium Regum; cum omnibus, quos eo anno educavit pullis cantillare Galli fabulantur. Cinis in pulverem exusti, & ex vino bibiti, calculosis opitulatur. Cerebellum in Diasatyrion recipitur.

Quem Bellonius pro *Passere Troglodyte* quemque Galli Favette ronse à colore fulvo vocant, ponit; *Ruticillæ* admodum est similis, paulo vero minor, corpore oblongiusculo, rostro gracili & oblongiusculo. *Mas* magis quam femina rubet. Vix plus carnis obtinet, quam digiti extremum. Vnus tantum in eo color, qualis in Luscinia cauda. Hyeme non videtur. *Nidulatur*, sæpe inter dumos hortorum, & in ramis cicutæ; aliquando retro parietis in urbibus & pagis. *Nidum* ingeniose intus ex setis equinis construit. Quinque plærumque ova edit, eaque cinerei coloris, nigro maculati.

ASILUS seu *ασίλος* inter aviculas vermivoras ab Aristotele numeratur; quanquam hoc nomen & insecto volatili, quod squos infestat, tribuatur. Si ea est, quam Bellonius ob parvitatem Philosopho ita vocari scribit, & depingit; habet cristam capitis flavam, rostrum nigrescens, sed in his extremitatibus aliquando luteum, longiusculum, & debile: Caudam, tergus, alarum plicas & extremitates, lutea: crura, pedes, & ungues nigra. *Degit* in umbrosis nemorum locis. *Vicitat* bestiolis vivis, & grana averfatur. Semper canit.

Bellonius l. 7. de Avibus cap. 4.

Iynx Congener



Iynx seu Troguilla
Windhals Krinix



Regulus Zun Konig

Certhia
Barchengel



Passerculus Troglodytes
Zun Schlupfle



Merops Congener

Merops
Imben Eras

Paßer Troglodytes
Armeniacus



Asylus

Hyrundo Riparia
Waßer Schwalb Spjrr



Hyrundo Agrestis
Spjrr Schwalb



Paßer Troglodytes Bellonij



Hyrundo Haus Schwalb

Vpupa

Widhopyf



Apus Gejrr Schwalb Kirchen Schwalb





C A P U T VII.

De Hirundinibus in genere.

Hirundo, seu à voce sua, ut Varro credit; seu ab hærendo, quod tectis ædium, vel trabibus, ubi nidificat, adhæreat, dicta, à Græcis *χελιδών, χελιδώ, κοτίλλη, κερόπις, κοτίλλω, ἀπτερόρα, ἀδανίς, κρίς, & ἰσορυγία* vocatur. Vagam volucrem Ovidius, Daulidem avem Plutarchus, Bistonis alitem Seneca, Pandione natam alii dixerunt. De Generibus Hirundinum non conveniunt auctores. Aristoteles, *Domesticas, Apodes, & Falcuas* agnoscit. Plinius, *Domesticas, Rusticas, Apodes, & Riparias*. Gesnerus, *Dostimeccas, Sylvestres & Riparias*. Scaliger, *vulgares nigras, Subfulvas*, simili forma in ripis nidificantes. Quater illis grandiores, toto corpore atras, fœdissima facie, cruribus brevissimis, crassissimis, hirtis; & *Buteonis* magnitudine, sed facie nullo modo ab his dissimili. Dantur & albæ, seu quod præ nimio frigore albescant; seu quod canescant ante tempus, ut alia quædam animalia, seu quod artificio tales evadant. Si quis albas, inquit Aldrovandus, desideret, ova earum dum cubant, oliva illinat.

Descriptione longa opus non est. Formæ est gratæ, nigredinis decentissimæ, modicæ carnis, plumarum multarum. Albedo totum cingit ventrem; hinc *κοτίλλη* Aristophani. Color cæruleus, ad latera per caput alasque refulget, unde Cyanea. Simonidi. Rubedo sub gutture potissimum & pectore emicat. Unde Ovidius.

— *Neque adhuc de pectore cadis
Excessere nota, signataque sanguine pluma est.*

Oculi eruti renascuntur, seu quod pulorum acu puncti visum recipiant, quod Ælianus de alba in Samo nascente ab Aristotele proditum ait; seu quod laceratis eorum oculis, alii subnascantur, ut nonnulli prodidere. *Cauda* est bifurcata, & longa. *Pedes* breves nigri & debiles. *Interna* si spectentur, *fel* alii ventri, aliis intestino adhæret. *Ventriculus* ipsis longior. In dissectis pullorum qui primo partu exclusi sunt, ventriculis luna crescente, lapilli, chelidonii dicti, magicis narrati artibus reperiuntur. De colore non constat. Nigrum & album Trallianus, candidum & rubenti colore Plinius, varium & parvum Dioscorides, prodidere. Aldrovandus, unum intus albicantem, extra melinum, alterum subrubentem habuit.

In nulla non regione inveniuntur. A Thebarum duntaxat, quod urbs illa sæpius capta sit, & Bizix in Thracia, propter Therei scelera, abhorrent. In Ægypto perennant, nostræ hyeme mense Septem-

bre seu Octobre vel conduntur, vel in vicina tepidiora loca abeunt. Inventæ multæ in apricis montium recessibus nudæ atque deplumes. In quadam Germaniæ superioris sylva, incisa quercus putrida, plena Hirundinibus inventa est. In Septentrionalibus locis inter canas descensuræ, sese colligunt, & sæpissime in modum conglomeratæ massæ, à piscatoribus extrahuntur, & in æstuaria deportatæ, caloris accessu resolutæ, volare incipiunt, sed exiguo tempore durant. Redeunt sub veris initium: ideo à Rhodiis sub hyemis finem invitantur. Et Calpurnius illis visis oves ab hibernis stabulis educi jubet. Easdem redire indicio observatum. Migraturæ cum rubro filo pedi alligato dimissæ sunt, idem retulere reduces.

Visitant insectis, ut cicadis, ideo eas in ædibus haberi vetabat Pythagoras; apibus, unde nidos earum alveis propinquos tolli, Aristoteles jubet; muscis, culicibus, papilionibus, & aliis. Carne vesci, credit Aristoteles, an granis dubitatur.

De artificiosa *Nidorum* structura, in sequentibus dicemus. Quantum ad *coitum* cum cæteræ aves in eo à maribus conscendantur, Hirundines, contrario quam aliarum modo miscentur, averis nempe. Bis anno, quinque, semel ova, magnitudine olivæ, ferrugineis maculis conspersa pariunt, nec plura utero gerunt. Primi partus, injuria frigoris (prima namque parit) corumpuntur; posteriore pullos, sed cæcos proferunt. *Fætus educatio* summa peragitur à mare & foemina æquitate. Alterant cibum, & à primo natu, finitur in ultimo. Nil amplius, qui accepto cibo locum mutavit, accipit, donec in pristinum redierit. Hesiodus citante Æliano, dimidium tantummodo somnum perficere ait.

Vox ipsarum perfritinnire, thrinsare vel drinzare, zinzilulare, minurizare, à latinis; per *ἰετρούριζεν, τινυβίζεν, & τινύζεν* à Græcis, exprimitur. Canunt stantes; aliquando in volatu clamant breve & abruptum quiddam. Mane & tempore coitus magis strepunt.

Rarissime propter pedum debilitatem & breviter *incedunt*. Volucrum vero solis, flexuosi volatus, velox celeritas, quibus ex causis neque rapinæ cæterarum avium obnoxia sunt.

Ingenium & in eo qui quidem quod cicurari nequeant pullis Chelidonia amplicata, visum restituant, blattas ovis infestas apio fugent, & postquam pullos à serpente laniatos animadverterint, circa ejus maxillas se tamdiu, donec conficiantur, volvant; testantur; sed in Nidorum structura maxime. Hos luto construunt, stramento

Arist. H. A. l. 8. c. 16.

Vossius de Idolol. l. 3. c. 82.

Vissus. Plut. l. 8. Sap. q. 7.

Arist. H. A. l. 9. c. 40. Arist. H. A. l. 8. c. 3.

Generatio. Æl. H. A. l. 2. c. 3.

Arist. H. A. lib. 6. cap. 5.

Plin. H. N. l. 10. c. 33. Æl. H. A. l. 3. c. 25. Oppian. in Cyneg.

Vox.

Plin. H. N. l. 10. c. 33.

Ingenium.

Oppian. Halicut. l. 5. Plin. H. N. l. 10. c. 33.

Plin. H. A. l. 10. c. 33. Gesner. in Ornith. Scalig. Ex. 228.

Arist. H. A. l. 3. c. 12. Arist. l. de coloribus. Aldrov. Ornith. l. 17. c. 6. Descriptio.

Plin. H. N. l. 12. c. 37. Ælian. H. A. l. 2. c. 3. Ælian. H. A. l. 17. c. 2.

Arist. H. A. l. 2. c. ult.

Trallianus l. 1. c. 15. Plin. H. N. l. 11. c. 17. Dioscor. l. 2. c. 49.

Locus. Plin. H. N. l. 10. c. 24.

mento roborant. Si quando inopia est luti, madefactis multa aqua pennis, pulverem spargunt. Ipsum vero nidum mollibus plumis floccisque consternunt, tepe faciendis ovis, simul ne durus sit infantibus pullis.

*Præsa-
gium.*

Putantur pluvais *præfagire*, cum circalacus ita proxime volitant, ut etiam ventre contingant; vel hac & illac volantes parietibus subinde hærent; vel usque adeo humiles feruntur, ut pedibus humum vertere videantur; seu quod tum muscas & alia animalia venentur; seu quod commotam sursum auram perhorrescentes deorsum pavitent.

Affectus.

Quantum ad *Sympathiam* vel *Antipathiam*, vix aliquos videntur, vel amicos vel hostes habere. Cum passeribus tamen, qui initio veris earum præoccupare nidos conantur, pugnant, & observatum Coloniae, Hirundinem cum Passerem ejicere non posset, stridore suo multas convocasse. Hæc cum impetu advolantes, luto, quod ore singulæ gerebant, nidi foramen obstruxere. Passer inclusus suffocatus est.

Usus.

Usus ipsarum pullorum imprimis sylvestrium in *Medicina* maximus. Cor cum melle devoratum, quartanas pellit. Lapilli, croceo linteo involuti, linoque ad collum suspensi, easdem tollunt. Caput matutino pascenti præcisum, & luna plena lineo panno adalligatum; capitis medetur doloribus. Idem lapilli si manu singuli teneantur, faciunt, si Marcello credimus. Aqua hirundinum destillata Epilepticos sublevat. Lapilli ad brachia alligati, si Sexto credimus, eosdem sanant. Nec male fimus cum aceto & castoreo à quibusdam iisdem exhibetur. Stercus cum felle taurino inunctum capillos denigrat. Fel & sanguis mire caliginibus profunt. Idem, si tepidò applicetur, oculum ictu læsum restituit. Celebris nidorum in angina usus, sed & crematarum cinis eandem discutit.

C A P U T VIII.

De Hirundinibus in specie.

A R T I C U L U S I.

De Hirundine Agrestis, & Riparia.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 33.

Hirundo *agrestis*, quam Plinius *Rusticam* vocat, in capite, collo & dorso, hirundinis domesticæ est colore. Sub rostro, gutture, & toto ventre ad caudam usque candicat. Pedes habet pennis obsitos. Sed & maculam prope caudam albam tantæ magnitudinis, ut dum volat, nihil in ea nigredinis, caudæ extremitates, caput, alas, & dorsum si excipias, appareat. His notis à domestica distinguitur. Caudam quidem etiam bifurcatam habet; sed longissimis

illis, quæ in domestica visuntur, distituitur. Raræ sunt in domibus. Diverfos figura, sed eadem materia confingunt nidos. Totos supinos, faucibus porrectis in angustum, utero capaci; mirum qua peritia, & occultandis habiles pullis, & substernendis molles. In Ægypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt; stadii fere unius spacio; quod humano opere perfici non posset. In eadem juxta oppidum Coptom insula est sacra Isidi, quam ne laceret annis idem, muniunt opere, incipientibus diebus vernis palea & stramento, rostrum ejus firmantes, continuatis per triduum noctibus, tanto labore, ut multas in opere emori constet. Ea militia illis cum anno redit semper.

Idem
ibid.

RIPARIA Marcello Empirico *Ripariola*, *Gazæ Falcula*, Græcis *Drepanis* dicitur. Fœmina prone præter pectus candicat, supine fusca est: mas vero magis nigricat, collo toto, præterquam sub rostro, ubi macula est, lutescens. Hoc tantum cum *Hirundinibus* omnibus commune habet, quod pedibus sit curtis, multum volat, & insecta in volatu capiat. *Nidos* non faciunt. *Ripas* excavant, atque ita internidificant. *Aldrovandus* illatis tantum plumis & stramentis nidulari audivit. Æstate tantum apparent, mense Augusto cum Sol est in Leone, & cum imber incessit. Eo tempore pariunt, cumque pulli convaluerint, moriuntur. *Plinius*, migrare multis diebus antequam futurum est, ut annis auctus attingat ejus nidum; author est. Huc refer *Hirundinem* *MARINAM* aucupibus *Italidis* dictam, quæ corpore est major, pedibus longioribus, ventre toto ad pectus usque candicante, capite, alis, & dorso fuscescentibus. Rostro robusto, nigro; Rictu maximo eoque coccineo. Cauda bifurcata, pedibus aterrimis. A rostro per oculos ad pectus fere usque notabilis linea atra defertur, & velut torquem prope pectus constituit.

NB. *De Hirundine exocica vide Mantissam. Num. II.*

A R T I C U L U S II.

De Apode.

APos, aliis *υψηνος*, nonnullis *Hirundo marina* vocatur. Est toto corpore plumis egregie munita, unius coloris, qualis in murium pilis, conspicitur. Caput habet supra admodum latum; collum brevissimum, rictum adeo amplum, ut integros scarabeos deglutiat, rostrum exiguum, nigrum, alas longas, caudam bifurcatam, crura brevifcula, ad digitos usque pennis obsita, ad rependum potius quam insistendum facta. Digitos utrinque binos,

binos, ut in Picis Martiis, unguibus acutis armatos, quibus quod rapuit adeo constringit, ut id perfodiat.

Vicitat insectis per aëra volantibus, eaque nisi volans capit & edit. *Oculorum* vero acie ita valet, ut permille passus muscam observet, & subito insequatur. *Volant* plurimum, & gregatim, arcus tenfi figura, sæpe alas non movendo. Hæ sunt quæ toto mari cernuntur, nec unquam tam longo naves tamque continuo cursu recedunt à terra, ut non circumvolitent eas Apodes. Cætera genera resident, & insistent: his quies nisi in nido nulla, aut pendent aut jacent. Nidificant in foraminibus turrium. Visæ & in speculis & abruptis fluminum littoribus. Fœtus earum Bononiæ magno vaneunt.

C A P U T IX.

De Urypa.

UPupam avem, quæ Græcis communiter *υρυπα*, Orus Cucupham, alii *συιπην*, *αλευπεύονα*, *γέλασον*, *κυκώφαν*, *Phylincopterum*, *Agripetionem*, & *αγριπετιον* appellant. Magnitudine paululum Coturnicem excedit. Color in ea cinereus albus & nigricans, quem mutat autumnino inprimis. Unde apud *Æschylum* *δύο μορφῆς φάνειν* dicitur. *Rostrum* ei nigrum, rotundiusculum, falcatum, parumper à lateribus depressum. *Capiti* plicatilem cristam, *πριλοφιαν* Græci dicunt, ex viginti sex plumis constantem, dedit natura, quæ per medium caput à rostro residet, & per capitis longitudinem proavis arbitrio, furrigitur & contrahitur. Hinc *μακροσίκρατον*, & *κορυθαίολον* poëtis cognominatur. Fit id beneficio muscoli, qui inter vericem capitis & rostri initium in quodam cavo locatus, totus continuus, à verticis extremo, & frontis carnosiore initio nascitur, & utrinque supra nares, infima parte carnosior, & rubicundus, extima & suprema, cui cristæ plumulæ profunde implantantur, membranofus magis, ac cutaneus, desinit. *Lingua* ipsi parva, trigona, initio lata, extremo, instar æqualium laterum trianguli acuta, in profundo latitat. *Aspera arteria* initio divaricationum, quibus in pulmones utrosque finitur, duo velut oscula, extrinsecus laryngis vicem suppletia exhibet, quibus pellicula tenuissima prætenditur. Annuli semicirculares in utrumque latus terminati, nequaquam interna parte coeunt, sed tota interior facies hiat, subtilissima membrana obtenta tantummodo cooperata, quæ aëre & spiritu & copioso, vocis efformandæ edendæ gratia, concepto, in amplum distendi potest.

Montes & sylvas incolere Aristoteles testatur. In sepulchris, & humano stercore

commorari Isidorus. Rarius arboribus insidere, sæpius in terra, maxime ubi immundities est, experientia. Plurimo anni tempore, in montium angustis, & arborum cavis locis latitat. Ideo verno tempore de plumis solet conspici.

Vescitur myrti baccis, vermibus, formicis, muscis. *Vvis* sæpe tam immodice, ut ebria evadat. De *Nido* non convenit inter Authores, nec sibi constat Aristoteles. Gesnerus sub stipitibus arborum. *Olaus M.* in paludum tuberibus nidificari tradit. Hic modo nidum luti vice stercore humano, seu ut intolerabili odoris foeditate homines ab eodem fuget; seu ne venenata ad eundem animalia accedunt, circumlinire; modo, stipites arborum subire, & sine ullo instrumento in cavis parere, scribit. *Terna ova* Perdicum similia, sed minora, duriora, aspectu deformiora, & odoratu graviora, parit.

Lente admodum *volat*. *Vox* ipsi per æstatem alia, alia per hyemem, si Alberto credendum; si Polluci *ποπιζα* semper, si poëtis, *πῆ πῆ* semper clamat. Si gemit, pluviam indicat. Si clamat, vulpem in vepretis hæerere innuit. Si ante vitium tempus canit, insignem vini copiam prænunciat.

Ingenio non destitui certum, si ex uvarum esu ebria adiantum herbam ori inferere; & circumambulando sibi mederi, gramen adversus *βακακθίαν* edere; clausum nidum, herba quadam, prodente *Æliano* aperire, verum est. Senescentes, inter pullos jam adultos plumas deponunt, & visum amittunt. Ab iisdem, donec vires recuperent, pascuntur. *Visus* admota herba, restituitur.

Invenit & in *Medicina* usum. Cor in lateris doloribus laudatur. Mira in somniis videbis, si sanguine tempora illeveris. *Lingua* oblivioso suspensa prodest. Pennarum suffitus vermes expellit. Corium capiti impositum dolorem sedat. Ala dextra cum dente hominis ad caput dormientis suspensa, non expergisci, donec auferatur, fabulam esse credo.

C A P U T X.

De Paris in genere, & in specie.

PARUS, *Ægithalus*, *Parix*, & *Parula* dicitur. Tria ejus *Genera* agnoscit Aristoteles; plura adjiciunt alii. Omnibus juxta oculos maculæ albæ sunt. Unguibus etiam omnes reptare, & facile, ubi volant, adhærere possunt, ita ut nucem è filo illis suspensam adhærescentes comedant.

Semper fere in arboribus *degunt*; raro terram petunt. Ad Belgas & Anglos quotannis sub initium Octobris accedunt.

Vescuntur muribus, cute tantum detracta.

Plin. H. N. l. 10. cap. 39.

Pausan. V. G.

Plin. H. N. l. 10. cap. 24.

Aldrov. Ornith. lib. 17. cap. 11.

Locus. Arilt. H. A. l. 9. cap. 11.

Vicius.
Generatio.

Olaus M. l. 29. c. 21. H. A. l. 9. c. 15. *Ælian.* l. 6. de Animal. cap. x.

Anglicus lib. 119. cap. 116.

Volatus.
Vox.
Pollux. l. 5. c. 13.

Ingenium.

Ælian. de Animal. lib. 1. 3. c. 26.

Ufus.

Locus.

Vicius & Vox.

Objectis, vermibus, apibus, nucibus, canabino semine, quod dum rostro perforant, sonum fabri malleum in asserem adigentis excitant. Sebum eis exhibetur, ut lentore fauces demulceantur, & suavius canant.

Generatio. *Nidificant* in cavis arborum quidam, nonnullæ nidos de arborum ramis miro artificio suspendunt. *Ova* plurima edere scripsit Aristoteles. Gregatim & impetuose volant. Tinnire per noctem author Philomelæ scribit. Veniunt apud Helvetios in cibum, & regium morbum, patientis aspectu in se, si nonnullis credimus, recipiunt.

Species Parorum sunt, *Major*, *Palustris*, *Sylvaticus*, *Ater*, *Cæruleus*, *Caudatus*, & *Cristatus*.

PARUS major Aristoteli *αἰγιδάκος ἀπιζήτης*, Turnero & Longolio Parus Carbonarius, Gazæ Fringillago vocatur. Coloribus quinque viridi, luteo, albo, nigro, & cæruleo elegantissime variat. *Caput* integit vitta, præ intenso nigrore instar corvi resplendens. Tempora & oculorum ambitus albi. *Lingua* extrema in duas partes fissa est, quarum utraque denuo in exigua quasi capillamenta subdividitur. *Cauda* est bifida, partim cinerea, partim nigra, cujus extremitate utrinque pennæ duæ, exteriori parte candent. Propter cantus suavitatem alitur, eumque per totum continuat. Pulverizatus colicos & nephriticos cruciatus tollit.

PARUS INDICUS tribus potissimum coloribus, oculos si excipias, cæruleo, albo, & nigro, constabat. Guttur, pectus, & totus venter candibat. Vertex capitis & collum coloris erant cærulei diluti; Pedes nigerrimi.

PARUS PALUSTRIS in agro Bononiensi Paronzino, Bellonio, quartum Pari genus, Turnero Schaniclos Aristotelis dicitur. Capite est prorsus nigro, ut à Gesnero describitur; pectore & ventre albicat. Dorso & cauda frigescit, crura sunt rosea.

SYLVATICUS macula per medium verticem rubente est conspicuus, partibus utrinque nigris, crusculis fuscis, alis nigricantibus, reliquo corpore viridis, ventre dilutius.

ATER qui & *Carbonarius*, albam maculam infra oculos habet, aliam in occipitio, caput nigrum, ventrem luteum, crura fusca.

CÆRULEUS ab Aristoteles tertio loco, & absque nomine peculiari positus, quod solus cæruleo capite sit insignis, ita dicitur.

CAUDATUS Aristoteli *ἰστὸς*, Bellonio Monticola, aliis, sed male *ἀδανυμῶ* vocatur. Niger est, parte prona, albus supina, in mediis alis rubet, circa imum ventrem dilutius. Vertex ei albus, rostrum fuscum, cauda bifurcata, & tantæ longi-

tudinis, ut retro per tergus super caput posita, hoc longitudine sua vincat. In fœmina omnia sunt pallidiora, & color tergoris in mare castaneus, in hac ferme fuscescit. *Incolit* montes & sylvas, & raro, nisi frigido tempore invenitur. *Vescitur* vermibus, araneis, & similibus animalculis. Sed & arborum germina principio veris amputat. Nidum fruit inter frutices, duos fere palmos cum dimidio longum, ex musco & araneorum filis compositum, aditu semper angusto.

Species quæ *Mourier* Gallis audit, rotundum aditu gemino ad arboris alicujus truncum suspendit, & multa ova parit. Viscus ex lanugine illa, quæ in salice vetusta & populo, extra ex lino aut cannabe extractus. Quem Aldrovandus à Presbytero quodam Colonienfi descriptum exhibet, avicula est Wyntepfker, quasi vini promum Colonienfes dicunt.

Volant Pari caudati invicem, & modo hanc, modo illam petunt arborem. *Vox* ipsis non ita incondita; altum vero veris imprimis tempore clamant. *CRISTATO* magnitudo est Paro majore minor, montano par. Caput cum paucis punctis albis nigrum, crista retro extensa, corpus pronum fuscum, pectus album, crura cinerea. Degit circa abietes & Juniperos.

CAPUT XI.

De Motacillis, & Muscicapis.

Motacilla, Hefychio *κίτταρος* & *σεισπορική*, à motitatione caudæ dicta, à quibusdam cauda tremula vocatur. Comune omnibus muscis vesci, & circa aquas & pecora, ideo versari: combustarum pulverem contra lapidem vesicæ vehementer laudari Faventinus & Massa reliquere. Species ipsarum sunt *Alba* & *Flava*, ad quas *Spipole*, *Spardæ*, & aliæ *Muscicapæ* referri possunt.

ALBA, quæ & communis Gazæ Albicula; Bellonio Aristotelis Cnipologus, sed forte male, avicula est oblonga, vertice, collo superiore & pectore nigris, dorso cinereo, rostro longiusculo, tenui, nigro, gula candida, ventre toto candido. Fœmella vertice est cinereo, gula lutescente, cætera mari similis. Versatur circa equas: sæpe & aratrum vermium causa sequitur.

FLAVA duplex est. *Alteri* caput proportionem parvum, fuscum: rostrum longiusculum, nigricans. Cranium mollissimum, alæ breves, venter cum paucissimo luteo albicans, qui color initio caudæ inferius intensior est. Pennæ in alis nigricantes, in medio per transversum albidæ, extremitate totæ nigræ, cauda bifurcata, reliquo corpore longior. Ab Accipitre persequente si evaserit, egregie cantare dicitur.

Alteri

Arist. H.
A. 1. 7.
c. 23.
Bellon. l.
7. c. 25.

Arist. H.
A. 1. 9.
c. 15.

Aldrov.
l. 17. Or-
nithol. c.
13.

Aldrov.
Ornithol.
18. c. 22.



Picus Cinereus



Pica Glandarice
Genus



Acanthis

Pica Glandaria
Haber



Parus
Sylvaticus



Rubecula
Roth Kalihen
Roth Bruffle



Auripittis
Carduelis species
Gold Finck



Ruticilla
Rothwenzle



Rubicilla
Pirrluula Blut finck



Collurio seu Laniarius



Motacilla
Bachstelz



Pica Glandaria alia Heer



Parus Major
Grose Meÿse



Pl. 43



PHOENICURI seu Rusicillæ, quam Aristoteles & Plinius cum Erithaco confundunt, plura fortassis sunt *genera*. Turnerus enim caput scribit ei esse nigrum, Gesnerus macula alba insigne. Aldrovandus quatuor diversas observavit, binas iisdem ex Gesnero adjecit. Tota æstate nobiscum degit, hyeme advolat, aut se abscondit. *Vescitur* mulcis, nucleis juglandium concisis, ovis formicarum & araneis. *Nidulatur* in arborum, murorum, & posticarum ædium, ubi hominum minor frequentia, cavis. Bina aut terna *ova* parit. Cuculi pullum, qui aliquando in ejus repertus fuit nido, alit. In sublimi aliquo ædificio, primo inprimis diluculo, idque veris tempore, *canit*. Hyeme & pullis exclusis silet. Inter incubandum prætereunte aliquo clamitat.

CAPUT XIII.

De Antho, Cannevarola Boniensium, Oenante, & Luscinia.

ANTHI avis, quem Florum Gaza vertit, facit mentionem Aristoteles, eidemque fringillæ magnitudinem, pedes fissos, pulchrum colorem, domicilium circa aquas & pecudes; victum ex herbis & vermiculis facilem, oculorum imbecillitatem, hinnitum equorum, quem herbæ pabulo, adventu ipsorum pulla imitatur, ad hunc modum se ulciscens, odium cum Spino & Ægitho tantum, ut sanguinem eorum credant non coire, multisque ob id beneficiis infament, tribuit. Quænam illa hodie sit avis, non convenit inter scriptores. Bellonius illamquæ Gallis Bruant dicitur, esse credit, illamque fringilla esse majorem, mares fere lutescere, cauda flavescere, cruribus & pedibus nonnihil rubescere, circa altas & proceras arbores procul à pratis dissitas versari, plerumque canabino semine vesci, ad minimum quinque pullos excludere, dum volat strepitum edere, scribit. Aldrovandus, qui modo descriptam avem Chloridem esse putat, spipolam esse judicat, cum & pulchra sit, & omnia fere ea, quæ Antho Aristoteles adscribit, admittat. Circa amnes, inquit, & prata uliginosa degit, & si ab equis ibi pascentibus pellatur, aufugit quodam cum garritu, quo, hinnitum equi quodammodo imitari videtur. Gesnerus denique illam Aviculam quam circa Argentoratum **Gaulammer** vocant, Aristotelis Anthum esse conjicit.

CANNEVAROLA Bononiensium, quod in viridi crescenteque cannabe & niduletur, & degat sic dicta, Germanorum Crasmscho, & Anglorum Tillingæ, si Aldrovando credimus, per omnia similis est. Lusciniam tam exacte corporis figura exprimit, ut nisi pau-

lo esset minor, nec tam ruffesceret, prorsus eadem videretur. Tota parte prona, gula nempe, pectore, & ventre ex albo flavescit, supinè capite, collo, dorso, & alis ex luteo fuscescit. Rostrum habet lutescens longiusculum. Caput planum. Caudam breviusculam infra lutescentem, supra ad ferrugineum vergentem.

OENANTHE Aristoteli & Plinio memorata, Gazæ vitiflora seu vitifera, vel à colore simili uvis germinantibus; vel quod vini tempore appareat, vel quod uvis delectetur, ita dicitur. Abdit se sub caniculæ exortum, eadem occidente conspicitur. Vitat interdum frigus interdum æstum. Quænam sit avicula ambigitur. Bellonius illam esse credit, quæ Gallis, Cul blanc, Italis Culo blanco dicitur. Avis est Sittæ magnitudine; rostro, alis, cruribus, & caudæ extremitate nigris; dorso cinereo; lingua oblonga ac plana, pedibus parvis: cruribus oblongiusculis. Quia quicquid sub ventre, infra, & supra Uropygium, & anteriorem partem caudæ album est, Cul blanc vulgo vocatur. *Versatur* in parvis dumetis, neque in *volatu* perseverat. *Nidulatur* in foraminibus veteris maceriæ, quandoque etiam in lapidicinis, quin & in terra, ubi bos aut aliquod jumentum vestigium impressit. *Vescitur* erucis & vermibus terræ. Plures Couli bianci descriptiones apud Aldrovandum vide.

Quam Bellonius **LUSCINIOLAM** appellat, avis non est obvia. Pectore, capite, dorso, & collo coloris est cinerei. Pennæ alarum, & caudæ fuscæ; rostrum acutum, subnigrum, gracile, in extremo & intus aureum, celeriter per terram cursitat. Numerose quando æstus ingravescit, & potandi gratia in palustria sese conferunt, capiuntur. Huc refer illam, quam aucupes Itali *Giarolam* vocant, magnitudine alaudæ. Rostrum habet fragile, intus rubicundum. *Rictum* admodum amplum. Verticem, colulum, dorsum, & alas coloris varii. *Linguam* bifidam, *Caudam* adeo brevem, ut vix ulla appareat, illamque bifidam, variam, angustissimis plumulis compositam. In pedibus posticus digitus admodum longus, parvis longitudinis unguem annexum habet, ita ut ambo pollicem expleant, isque primum rectus fere totus, extremo tantum, admodum exiguo unco modice inflexo, armatur.

TITULUS II.

De Insectivoris Canoris.

CAPUT I.

De Luscinia.

INter Insectivoras Canoras primum *Luscinia*, alterum *Hypolaidi*, tertium *Atricapilla*

Plin. H. A. lib. 9. cap. 42. & 74.

Aldrov. lib. 17. cap. 33.

Arist. H. A. lib. 9. cap. 49. Plin. H. N. lib. 10. cap. 29.

Aldrov. Ornith. lib. 17. cap. 38.

Nomen.



Parus ater Kolmeiß

Parus sylvaticus Waldmeiß

Parus Patustris Kolmeiß Aeschmeiß



Parus Cristatus

Parus Caudatus
fene Montuolt

Motacilla alba Weißer Wasser
Steltz



Kobel meiß

Motacilla flava
Gießer Wasser
Steltz

Sipolla



Motacilla mas

Borin Genua

Stuparola


Sipolla alba



Boarina

Stuparola





T. 11

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Phoenicurus phoeniceus

Muscipeta



Rubecula Lijrrhola
Phenicurus
Rothschwenzle



Rubetra Bellonij

Rubetra seu Batos



Pyrhulas
Rotschwenzlein



Anthus



Cannuarola
Kaufrotelein




Rubecula seu
Phenicurus Rotzagel
Rotschwenzlein



Phoenicurus alter



Hipolais seu Carruca



Luscinia
Nachtgall



Oenanthe
Burstuer



Luscinia
Nachtigal




alia
Ficedula sine Atricapilla



Atricapilla s. ficedula
Grasmuch Schwartz
Kopff





capilla locum tradimus. *Causa* in voce patet. Illa Græcis *Andæ* & *Andæ*: Latinis, seu quod in lucis canat, seu quod ante lucem, seu quod lugens Luscinia; sed & *Acredula*, volucris Attica, *Ales Daulia*, *Pandionia* &c. dicitur.

Descriptio.
Arist. H. A. l. 9. c. 15.
Plin. H. N. l. 10. c. 29.

Formam non est quod describam, cum ubique sint obviæ. *Linguae* summo acumine caret, nec tenuitatem illam primam habet, quam cæteræ aves, atque hoc illi cum *Atricapilla* commune intercedit. *Mari* fœmina corporis habitu similis, aliquando tamen ad cinereum vergens, quod & junioribus competit. Illa quam *Schwenkfeldius* majorem vocat, tota fere cinerea est, & parum rubedinis obtinet. *Sexum* male ex corporis colore, mole, oculo dextro, qui mari major dicitur, collegeris: *Mares* adulti vere capti, quod tum in venerem ruentibus genitalia turgeant sese produnt; extra id tempus, quæ frequentes, & modulatos edit cantus, qui continuo spiritu in longum trahuntur; quæ unico sæpe insistit pedi, & diu immobilis permanet, mas est, *Cursitat* per caveam fœmina, & cantum brevem concisum ac intermissum promit.

Locus.

Locus ipsis diversus. In sylvis quædam vitam agunt, quæ majores sunt forte, quia se in histutiores à serpentibus credunt, in sepibus quædam, nonnullæ montana loca amant, palustria nonnullæ; plana aliæ. *Hybernia* iis caret si *Botero* credendum; *Batavia* si aliis; imo mori illatæ dicuntur. *Athenis* tanta ipsarum copia, ut *Philomelam Atticam* Poëtæ finxerint. Sunt & prope *Arduennam* sylvam plurimæ. *Æstate* adulta non diu apparent, & sub autumno usque ad dies vernos conduntur. *Maximi* vaneunt, quæ in caveis hyemem pertulere. *Cibus* eis vermiculi, sed inprimis formicæ, & illarum ova. In caveis duris ovis & mica panis vescuntur.

Partus.
Arist. H. A. l. 5. c. 9.

Nidum vere mense Majo, vel etiam prima æstate, quandoque humi sub sepibus, & arborum truncis, aliquando in ipsis fruticibus viridibus, & densis, ex foliis arborum, paleis, & musco oblongiusculum construunt. Cum plurimum sena ova pariunt; & dum incubant, à cantu, si *Aristotelem* sequimur, cessant; si *Albertum* & alios, *Luscinia* pervigil custos, cum ova quodam sinu corporis & gremio fovet, in somnem longæ noctis laborem (solam ex omnibus somnum negligere, & *δὲ ἀπὸ τοῦ ἀγρυπτεῖν* *Hesiodus* apud *Ælianum* author est) cantilenæ suavitate solatur, quo possit non minus dulcibus modulis quam fotu corporis, ova animare.

Ælianus var. l. 12. c. 20.

Vox.
Sidon. Epist. l. 2.
Plin. H. N. l. 10. c. 29.

Cantum & vocem earum, quam *ἰνσμεν* *Pollux* vocat, *Sidonius* sibilare dicit, *Plinii* verbis explico. *Lusciniis* inquit ille diebus ac noctibus continuis xv. garrulus sine

intermissu cantus. *Densante* se frondium germine, non in novissimum digna miratu ave. Primum tanta vox tanto in corpufculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta *Musicæ* scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto; promittitur revocato, infuscatur ex inopinato. Interdum & secum ipse murmurat: plenus, gravis, acutus, creber, extentus, ubi visum est vibrans, summus, medius, imus, breviterque omnia tam parvulis in faucibus, qui tot exquisitis tiliarum tormentis ars hominum excogitavit: ut non sit dubium hanc suavitatem præmonstratam efficaci auspicio, cum in ore *Stesichori* eccinit infantis. Variant tamen. Nam in palustribus, relaxante instrumenta vocis humiditate nimia, tam sonoræ non sunt. In *Hispaniola* & *Insula S. Johannis*, *Martyre* teste, nunquam à cantu cessant. In *Scotia* non tam suaviter ac in *Italia* canunt; & circa *Orphei* sepulchrum, vocaliores à *Thracibus* credebantur.

Mattyr. in Histor. Occiden. Ind. Pausan. in Boetic.

Amicitiam & cum *Phænicuris* colunt, cum quibus etiam coire creduntur, & cum aviculis mollioris rostri, ad quas caveis inclusas advolitant. *Inimicitiam*, cum collusione qui visco implicatas capit; *Accipitre* qui eisdem insidiatur; & *vipera*, à cuius suppositæ oculorum fulgore in certissimam perniciem trahuntur, descendentes enim paulatim ex arbore in prædam ipsi cedunt, ut *Merula* scribit; quod tamen *Cardanus* negare videtur, exercent *Interfectus* corporis præcipua pinguedo. Sæpe adipis mole obrutæ extinguuntur. Si aliquo alio liberos corripere contingat, formicarum ovis sibi ipsis medentur.

Affectus.

Merula in Mirabil. Carvan. l. de bar. rer.

Ingenium singularis in herum cicuratarum fides; sæpe emissæ, (tale *Alcon Donaci* se dono dedisse canit)

Ingenium. Apud Nemeas. in Ecloga. 2.

Scit rursum remeare domum tectumque subire viminis, & caveam totis præponere sylvis;

imo multæ venditæ vel dono datæ aliis prioris domini desiderio contabescentes commoriuntur; & obstinatus libertatis amor, (si adultæ caveæ includantur, cantus & cibi abstinentia, pro servitute venatorem teste *Æliano*, silentio ulciscuntur) testantur: Cantus maxime, & *Docilitas*. Simplex ille, si in solitudinibus degunt; varius & multo apparatu compositus, si in auditores inciderint. Non *φιλομάου* duntaxat, sed & *φιλοθέου* cum *Charmide* Atheniensi agnoscas *τὸ κερὰς ἐλάττει τὸ μέλι*. Nec minor posteritatis cura. Meditantur aliæ juniores: versusque quos incitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna & reddit, vicibusque reticent. *Intelligitur* emendatæ correctio, & in do-

Ælian. in variis.

cente quædam reprehensio. *Docilitas* mira. Cæsares juvenes habuere Luscinias Græco atque Latino sermone dociles; præterea meditantés in diem & assidue nova loquentes, longiore etiam contentu. Visum jam sæpe iussas canere cœpisse, & cum Symphonia alternasse: sicut homines repertos, qui sonum earum, addita in transversas harundines aqua foramen inspirantes, linguæ parva aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. Fuere tres Ratisbonæ, Anno M.D.XLVI. quæ, intra noctis silentium, quicquid interdiu ab hospitibus colloquentibus inaudierant, Germanico sermone ita promere solebant, ut ab audientibus optime intelligerentur.

Gesner.
in Ornithol.

Ufus.

De ipsarum in *cibou* usu non est quod multum dicam. Plumis nudata vox est prætereaque nihil, ut Lacon ille apud Plutarchum dixit. Appositam fuisse in centenaria illa Æsopi Tragici, cui quendam civem Romanum donatione unica xM. aureorum dedisse legimus. Patina, vel exinde colligas, quod centum aviculis, quæ cantu aliquo excelleret, constaret. Arrii etiam filios magno cœmptas esitasse Horatius testes est. *Medicinam* si spectes. Cancrorum oculi cum Luscinia carnibus in cervina pelle alligati vigiliam præstant fugato somno. Fel cum melle illitum visum perfecte acuit, ut vult Kiranides.

Plutarch.
in Apophth.
Lacon.

Horat. l.
2. Serm.
Satyra. 3.
Plin. H.
N. l. 32.
c. 10.
Æl. H. A.
l. i. c. 43.

CAPUT II.

De Hypolaide & Atricapilla.

ARISTOTELI debemus; qui quidem Cuculum in ejus nido parere scripsit; sed cum corporis formam non addiderit, par fere de ea ac Antho inter scriptores concertatio. Niphus cantu & magnitudine Philomelam imitari, & quod in oculi Equi mortui concavitate nidificet, Hypolaide vocari scribit. Bellonius Luscinia in cantu similem, Gallis Fanette brune, facit. Turnerus, Titlingam seu Lingettam Anglorum, quæ Luscinia minor est, colore subviride. Culices & vermiculos in ramis arborum sectatur; raro humi consistit; hyeme non cernitur, cuculi pullum profuo educat, & sequitur, esse; & Germanis Passerem gramineum *Grasmusche* seu *Grasemucke* vocari lirequit. Gesnerus dictionem Germanicam *Grasmusche* per metatesin à Latinorum curruca factam esse conjicit, & quatuor ejus genera facit. *Majores* vel colore sunt fusco præ cæteris canoræ. Circa lacum Verbanum Piccasigas, id est, Ficedulas, vocant, vel pectore albo, capite cinereo. Ex Lino nidum struunt.

Arist. H.
A. l. 8. c.
3.

Atricapillis, maribus caput prima ætate rubet, deinde nigrescit, fœminis semper rubet. *Minores* ventrem album, oculos albicantes habent, inter sepes fere degunt, & hyeme discedunt. Eliota Anglus Passerem sepium esse putat, quem Turnerus Passerem Troglodytem interpretatur, Germanis *Zaunschlippe*. Aldrovandus nullam observavit, cui proprie illud nomen convenire existimaret. Schwenkfeldius, *ιπυλαϊδα*, Græcis, Andothiam Alberto dici opinatur, & supina parte totam cineream, prona albidam, partim dilute cinereo colore respersam, vertice punctulis nigris maculato, describit. Secundum eundem; *nidum* inter gramina rotundum suspendit. *Ova* Majo plerumque quinque, aliquando septem, subviridia, punctis minutissimis varia, parit; eaque si digitis tangantur, non amplius fovet, sed relinquit.

ATRICAPILLA *μελαγκέρυφος* & *μιλανικήφαλος* Græcis, falso Gallinago ab Alberto Magno, ab aliis Guger Germanorum, qui capite quidem atro est, sed pectore rubet; à nonnullis avis Phœnicuro adeo similis, ut nisi cauda differrent, quæ illi rubea, huic cinerea est, vix dignosci possent, esse putatur. Quam vere Aristoteli & Plinio cum Sycalide, seu Ficedula, vel ut Scaligero placet Ficula & Ficilla eadem sit, & ineunte quidem autumno Ficedula, ab autumno protinus Atricapilla evadat, putetur; cum Schwenkfeldius Atripapillam vere & Autumno deprehenderit, judicandum relinquo. Aliquot earum exhibet Aldrovandus icones. *Una* capite, dorso, cauda, & remigibus alarum pennis tota nigra erat. *Alterius* vertex colorem castaneum gerebat. *Tertia* notabili macula supra rostrum in fronte notabatur. *Quarta* tota ex albo & nigro variabat. Schwenkfeldius Passere paulo minorem, vertice nigerrimo, collo dilute cæruleo, ventre albicante, podice subflavo, pedibus glaucis, unguiculis fuscis, esse scribit, & summæ linguæ acumine carere addit. In Anglia non habentur, si Turnero credimus. *Nidificant* in caveis arborum, & plura quam viginti ova ponunt, sed numero semper impari. Non tantum vermiculis, sed & forbi Alpinæ bacculis, *vescuntur*; imo & uvis inhiant. Unde Ampelides vocantur. *Pullos* tanta sedulitate alunt, ut in nido etiam pinguisissimi existant. Optima sunt in cibo autumno, propter alimentum tum in iis abundans. Phavorini tempore negabant ullam avem præter ficedulam totam comedi oportere. Dioscorides frequenter in cibo sumptas, visum acueretatur.

Arist. H.
A. l. 9. c.
49.
Plin. H.
N. l. 10.
c. 29.
Scaliger
ad Arist.
H. A. l. 9.
Schwenk-
feld. in
Aviar.
Silef.

Gel.
Noct.
Attic. l.
15. c. 8.

DE

AVIBUS:

LIBER IV.

De Avibus Aquaticis, Palmipedibus.

TITULUS I.

De Palmipedibus Piscivoris.

CAPUT I.

De Onocrotalo seu Pelicano, & Ave
Diomedea.

Onocrotalus, qui nonnullis falso Avis Diomedea, Catharacta Jubæ, Butaurus seu Ardea stellaris, Porphyrio dicitur, quemque diversum à Pellicano Aristotelis Gesnerus facit. Alberto

Osina, Kiranidi Ramphius. Verrio Flacco Truo, Isidoro Canopus Ægyptius, Aldrovando Pelecanus Aristotelis, & Oppiani Pelicinus vocatur; & nomen hoc quod collum mergens & spirans quasi ruditum asini edat, sortitus est. Duo ipsius Genera Albertus facit, *sylvestre* nempe & *Aquaticum*; ex quibus hoc duntaxat doctissimi agnoscunt. Videntur tamen & in provincia Manzi in India Orientali esse toti albi, cum osse supra caput, colore sanguineo, nisi nos Odoricus de Foro Julii fallit; imo & avis, quam Ælianus Indis Celam appellari scribit, quæ est magnitudine triplo major Otide, ore permagno, ingluvie maxima, longis cruribus, summis alis pallidis, cæteris pennis cinericis, Onocrotalus Indicus dici potest.

Quantum ad *Magnitudinem* visus Rhodi paulo minor cygno, multo anse; visus, cujus longitudo ab initio rostri ad pedes ultimos extensa, hominis proceritatem æquabat; ab Aldrovando emptus hominem justæ staturæ non adæquabat tantum, sed vincebat etiam: ideo quorundam pondus ad XXIV. libras duodecim unciarum accedit. *Corpus* habet album. *Rostrum* coloris fusci, rubrum interdum, ut in Machli-

nienfi Onocrotalo visebatur, validissimum ac plane osseum; cujus superior mandibula, ut Aldrovandus in Ferrara allato observavit, tres digitos lata, duas Spithamas longa. Inferior palmi longitudine superiorem excedit, cum ab interiori parte capitis ortum ducat; superior in curvum quandam hamum crocei fere coloris desinit; & intus plantaginis angustæ foliæ pentapleuri figuram exacte exprimit, extuberantibus per ejus longitudinem quinque lineis asperis, & ob longa tubercula referentibus. Sub hac insigne quoddam capacissimum membranofum, rugosum, & omni fibrarum genere præditum, coloris fere crocei percurrentibus ubique maculis nigris, & facile dilatatu, dependet ceu uter quidam, receptaculum. Ingentis staturæ hominem ocreatum pedem usque ad genu immittere in fauces & educere potuisse vidit Perottus; parvulum Æthiopem in eodem inventum scribit Sanctus. Crura ipsi Anferina, præ tanti corporis proportionem breviuscula. Capitis plumæ albæ, mollesque, in radicibus suis nigræ, in occipitio longiores. *Interiora*, si spectes, in eo, quem Aldrovandus describit, quam sceminam esse ova ciceris magnitudine ad septem conspecta ostendere; *lien* erat rotundus, nucis avellanæ magnitudine, aliquanto crassior. *Ventriculus* ex membranis crassioribus constabat, digitos decem longus, duos latus, materia chylosa lutea cum quibusdam quisquiliis & capillis, refertus (Gesnerus succum quandam viridem vermiculis scattentem in suo invenit.) *Vesicula fellis* in concavo jecoris hærebat, & ab ea meatus velut canalis ad intestinum duodenum porrigebatur. *Intestina* sex ulnas longa appendices duorum digitorum longitudinis habebant. *Gula* erat longa, crassiuscula, carnosa, quæ subinde lator evadens, ubi ad ventriculum

Aldrov.
Ornithol.
l. 19. c. 2.Æl. H. A.
l. 16. c. 4.Descri-
ptio.

pervenisset, comprimebatur. *Cor* maximum, *ossa* levia, alba, pellucida & sine medulla. *Ulnæ* alarum membrana quadam integebantur insigni, ex qua tendones viginti quatuor oriebantur, tam tenuiter in eas inserti, ut nullo pacto separari possent.

Locus.

Versatur in aquis piscosis & diffusioribus. *Visus* in Ægypto à Septentrione versus meridiem tendere. Observata & circa Gazanum Ægypti civitatem greges, quæ versus mare volitabant. Mittitur & à Gallia Septentrionali; & Marcellus Onocrotalum Ravennatem cognominat. Reperitur etiam in Hetruriæ maritimis, circa Herodis portum, & Orbitelli stagnum. Circa Lusannam in lacu Lemano semel tantum anno apparere creditur. Gesnerus in lacu ad Tugium captum commemorat.

Vitus.
Gesner.
in Ornithol.

Vistitat inprimis piscibus, eosque dum venatur, non toto corpore mergitur, sed collum subinde demittit. Cicuri si libram (quinque librarum piscis haud magna ipsi esca est) exhibueris, ita invertit, ut rostro præmissis deglutiat. Devorat & cum testis conchas, easque calore interno intra ingluviem apertas, revomit, & hiantibus jam testis carnem ab ocreis seligit. Solum scilicet visceris habet ductum; qui ab introitu oris ad naturæ secreta pertingit. *Vitus* dimidiam endromedem, qua miles unus tegebatur, in se projectam absorpsisse integram, quæ ex gutturæ interfectæ sine jactura educta est.

Bellon.
de Avibus.

Petrus
Martyr.
in Decad.

Generatio.

Nidum ex ramulis ad ripam fluminis alicujus vel stagni ponit; ibique tot ova Anserinis similia, quot cygnus solet, edit, foetusque enutrit.

Volatus.

Volant nonnunquam soli, nonnunquam gregatim: & cum volant sonum alarum cient.

Vox.

Vox ipsi ruditui Asini similis: sonum cum edit rostrum in aquam vel terræ lutum infigit, si Alberto credendum. Dicuntur (Bartholomæus Anglicus ex Isidoro author est) erecto ad cælum rostro, Accipitrum metu, sed forte falso, dormire; & in Lycia ad flumen Xanthum, quotannis cum corvis, cornicibus, & aliis carnivoris prælium committere. Si vicerint, abundantiam frugum sibi promittunt incolæ; si vincantur, ovium, boum, & aliarum quadrupedum foecundum proventum.

Præsa-
gium.

Usus.

Ingluvie ea parte qua capiti adhæsit colligata, ad quam ejiciendam, Ægyptii piscatores utuntur: qui humiditate corrumpi nequit, multo tempore utilis est.

A V I S D I O M E D E A ab insulis Diomedis sic dicta, de qua multa veteres fabulati sunt, Servio, Stephano Grammatico & Isidoro Ardeæ genus est: quibus Sal-

masius accedit. A Plinio & Solino cum Fulicis comparatur. Aldrovandus Arternam hodie nuncupari, & in insula Sanctæ Mariæ de Tremiti duntaxat inveniri, credit. Cui Dalechampius adstipulatur. Hoc an verum sit ex comparatione colligi poterit. *Magnitudine* ista est Gallinæ satis corpulentæ. Color ei fuscus seu cinereus obscurus. Tota fere prone candicat. *Rostrum* est luteum prædurum & aduncum. *Oculi* ignei. *Degit* in cavis ut lucem solis declinet; noctu circa scopulos non longe super aquam *volitat*. Piscibus *vistitat*, quos noctu tantum venatur. In cavernis scopulorum & terra *nidulatur*, & vocem vagitui infantium similem promit. De Diomedis vero ita Plinius: Nec Diomedes præteribo aves: Juba Catuructas vocat, eis esse dentes oculosque igneo colore, cætero candidis tradens. Duo semper iis duces: alterum ducere agmen, alterum cogere. Scrobes excavare rostro, inde crate consterneret, & operire terra, quæ ante fuerit egesta. In his foeticare. Fores binas omnium scrobibus. Orientem spectare quibus exeant in pascua. Occasum quibus redeant. Alvum exoneraturas subvolare semper, & contrario flatu. Uno hoc in loco totius orbis visuntur, in insula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo atque delubro, contra Apuliæ oram, fulicarum similes. Advenas barbaros clangore infestant, Græcis tantum adulantur. Miro discrimine, veluti generi Diomedis hoc tributentes. Ædemque eam quotidie pleno guttore madentibus pennis perlucet atque purificant. Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

Aldrov.
Ornith.
l. 19. c. 3.

Salmaf.
ad Solin.
cap. 2.

Plin. H.
N. l. 10.
c. 44.
Solin.
Polyhist.
cap. 2.

CAPUT II.

De Laris in genere & in specie de Laro albo.

Larus, quem Augustinus Fulicam, alii Mergum, Herodium, Suidas & alii apud Græcos *λίπρον*, quidam etiam Gaviam vocant; ab Aldrovando describitur, quod sit avis à rostri acie ad alarum fere finem duas spithamas longa, capite maximo & crasso, ex albo & cinereo variegato; *pectore* ejusdem fere coloris, illoque amplo; *rostro*, crasso lutescente, in extremo nigricante & insigniter acuto; in cujus superiore parte narium sunt foramina oblonga, rictu amplissimo. *Oculi* iridem auri instar splendidam niger ambit circulus, hunc albus, album cinereus. *Alæ* ex albo cinereo, & ad castanearum colorem simul commistis tendente constant, & caudam palmi longitudine excedunt. *Cauda* cinerea tota. *Pedes* lutei; posterior digitus satis conspicuus, ungue etiam armatus. *Corpore* est levissimo,

Aldrov.
Ornith.
l. 19. c. 4.

Descri-
ptio.

limo, & multis ac densis plumis induitur.

Ælian.
H. A.
l. 3. c. 20.
Frequentes in locis maritimis stagnis & fluminibus, cum ingens aliqua tempesta coorta est, *conspiciuntur*.

Locus.
Victus.
Præter pisces lumbricis etiam, cochleis, quas sursum raptas, ad saxa demissas confringunt, Locustis & Phalangiis à quibus Tarentinos agros repurgant, *vescuntur*. Delphinos etiam in littora dejectos devorant. Olivis denique in Liguria perniciem adferunt.

Generatio.
Aristot.
H. A.
l. 5. c. 9.
Nidulantur in faxis maritimis, à quibus potabilis aqua manat, & bina ternave ova æstate pariunt. *Volant* præcipites & faciles leves quippe. Hinc Laro apud Homerum Mercurius confertur. Sed & pennæ per se aliarum avium leviores putantur. Has enim pelamydum piscatores, teste *Æliano*, ad hamum lineæ alligant, ut propter earum levitatem ab occurrente aqua sensim ac leviter agitetur.

Affectus.
Amicitiam cum homine utilitatis gratia, quia piscibus vescuntur, & Monedula, ut *Ælianus* prodit, colunt. Malo puniceo interimuntur. Imminentibus ventis sublimes in aëre volitant, & vento sese obvertunt. Copiæ piscium capiendæ augurium, si ad piscatores retibus piscantes advolant, facere creduntur.

Ufus.
Cerebrum Lari siccatum & concisum infantibus Epilepticis odorandum quidam commendant. Pennæ proprietate quadam occulta, simul atque mare intumescit, in pulvinaribus etiam eriguntur, & decumbentem sublevant.

Inter species Larorum, est primus Larus ALBUS forte Gavia peralba Apuleii, quæ superfluctus marinos natat, demergit se prope ad Oceani fundum & gremium. Duo ipsius sunt genera prodente Bellonio, *Majus* & *Minus*. Ille minor est cinereo, pulchritudine corporis ad columbam accedit, quanquam male hanc vincere videatur. Nivis instar candidus est. *Rostrum* habet teres, acutum, rubicundum, cujus coloris & cauda est. Recta cruribus insit, posteriora corporis magis elevata gestans, ita ut inferiora in arcum quasi curvari videantur. *Minor* summitatem capitis nigram habet, statim atque frigora ingruere incipiunt, in mediterraneis locis supra flumina volitans apparet, & cæteris in volando diutius perseverat. Captus intrabiduum fere cicuratur; facileque nutritur, intestinis nempe, carne & piscibus. Adeo clamorosus est, ut aërem clamore suo percellat. Videtur esse Turneri & Gesneri Cephus, qui ex illius descriptione, est avis marina, magnitudine Monedulæ, sed alis acutioribus, & longioribus, colore tota albo, excepto nigro quem in capite gerit cirro: rostro etiam & pedibus puniceis. Diuti-

no clangore defatigata tandem keph profert. Schwenkfeld. Lari albi facit mentionem, cum capite rubeo.

Schwëkfeld. in *Aviario Silesiæ.*

CAPUT III.

De Laris Cinereis, Piscatore, Nigro, Sterna & Fidipedibus.

LARORUM CINEREO RUM tria ponit inprimis Aldrovandus genera.

Primum columbam magnitudine parum superat, colore undique est albo, in dorso tantum & alis cinereo. *Caput* supremum, macula nigra utrinque ad extremum oculi angulum insigne omnino candicat. *Rostrum* habet longiusculum, & aliquantulum velut armatum, introrsum ad instar thecæ ejus, in qua novacula reconditur cavum, colore corneo. Os interius totum, & linguam cujus extremitas bifida, rubentia. Ora extrema Palpebrarum rubra instar circuli oculos exornat. *Crura* interdum rubent, interdum fuscescunt. *Digiti* membranis rubris sepiuntur. Posterior *pedis* digitus aciculæ caput non excedit. Credunt quidam pennas capitis à Martio mense per trimestre quo tempore soboli dant operam nigrescere. Reliquis novem mensibus candidas esse. *Interiora* si spectentur, *Gula* amplissima, ventriculo longiusculo, crassiusculo, cujus interior tunica crassa rubra est, præponitur. *Hepar* maximum flavicans bilobium, *ventriculum* infra amplexatur, supra cor mucrone recipit. *Lien* est longiusculis sanguinei coloris; *Fel* viride. *Vesicula* in hepate continetur, & intestino ramulo jungitur. Ad intestinum rectum appendiculæ binæ graciles, & tenues antrorsum reflexæ spectantur. *Vescitur* piscibus, insectis palustribus, muscis & conchulis. *Nidulatur* in densis piscinarum & lacuum arundinetis; Majo & Junio mensibus ova quinque columbinis paulo majora parit.

Alteri quod vix spithamam excedit, dorsum & alæ sunt coloris leucophæi ad caruleum quodammodo vergentis. *Rostrum* pro proportione corporis exilius, arcuatum, nigrum, pedes, tibiæ membranaque digitos intersepiens coloris crocei.

Tertium est capite nigro, rostro recto, & in fine acuto, coloris miniacei; oculis & pedibus ejusdem coloris; costis alarum & remigibus albis, dorso & in reliqua parte cinereis.

Larus PISCATOR, circa Argentinam privatim *Fischerlein* dictus, circa Oppenheimium Fel, minor est, Laro cinereo, vertice nigro, rostro & cruribus è fusco pal-

Schwëkfeld. in *Aviario Silesiæ.*

lidis, totus albicans. *Volatus* est celerissimi, & dum pisces captat, etiam in aquam se mergit.

Larus NIGER, à colore sic dicitur. Quamvis enim sit alis cinereis ultra caudam extensis, cruribus levi rubore notatis; oculis ex fusco purpurascens, rostro tamen, capite, collo, pectore, & ventre nigrescit. Schwenkfeldius ipsi crura & pedes latiusculos rubentes, nigricantibus transversim antè maculis adscribit: & nidum in arundinibus piscinarum suspendere, ac mense Majo parere, addit.

Quam Turnerus STERNAM appellat, marinis Laris ita similem esse, ut sola magnitudine & colore ab illis differre videatur, minorem duntaxat & paulo nigriorum adjicit. Tempore quo parturit improbe clamosa est. Apud Frisios dicitur esse vertice nigro, rostro & cruribus rubidis.

Lanorum FIDIPEDUM duo sunt genera. Unum alis longis, utpote quæ trium fere digitorum longitudine caudam exuperant. Cui oculi, caput, collum, rostrum sunt nigerrima: Pedum digiti insignibus mucronibus armantur. Alterum brevibus, cui magnitudo Merulæ, caput nigrum, Alarum costæ albescentes, Pennæ sub cauda candicantes, pedes rubescentes, digiti, membranulæ quodam rudimento interjecto, quatuor.

CAPUT IV.

De Catharracta & Cæpho.

Catarracta, Aristotelis & Oppiani, ex eo quod cum impetu ad prædam capiendam decidat, ex hujus descriptione avis est instar Lari minoris, sed robustior, colore candido, & Accipitri Palumbario similis; ex Aristotele, Accipitre minor, gula ampla, & lata. Aldrovandus avem rostro acuto, crasso, supra non modice adunco, prone per alas, dorsum, betico, albo, & luteo mixtis variegatam, supine totam albam maculis beticis distinctam, tibiis, pedibus, & membrana eos interserpente cinereis, ponit. In mari victitat, sed & scopulis, littoribus, & petris, quas charades vocant, supra aquam eminentibus insidet. Pisces captat exiguos. Ubi vero nantes conspexerit (perspicacissima enim est, & vel ad fundum usque maris) altius subvolat, & contractis omnibus pennis, quovis telo celerius delapsa, ad cubiti spacium immergitur, & piscem extrahit; nec diutius manet, quam jugeri spacium transferens. Mirus *incubandi* mos ovis, si Oppiano credimus. Fucum aut algam iis super petram insternunt, si ventris exposita relinquunt. Mas illa unde marem procreandum conjicit, foemina unde foeminam in sublime per aliquot dies sublata, in pel-

agus mittit; motu concalescentis ovis, pulli excluduntur. Pullis luce aspecta, nulla in nidis mora, parentes volatu sequi conantur: à parentibus suscepti, in mare demittuntur, mox extrahuntur. Acie oculorum in senio obtusa, dum ad prædam se ferri arbitrantur, præcipitiis illusi intereunt.

CEPPHUS Aristotelis, Fulica est quibusdam, Aldrovando, avis, habens rostrum colore corneo, ad mandibularum latera ruffo, in extremo quod aduncum est, nigro, oculos exiguos ruffos. Caput, collum, pectus, ventrem, coxas, ex albis & fuscis, intercurrente etiam betico & luteo, maculis variegata. Crura & tibiis viridescentes. Pedes & membranam digitos secantem fusca. An sit Cepphus veterum, ignoratur. Nam de hoc, si foramen corporis spectas, id duntaxat habemus, Laro esse similem, cum quo descripta parum habet similitudinis, plumis abundare, sed carnis esse exiguae, ideo facile vento impelli. De cætero, apud mare victitant, cujus & spumam vorant. Thunnos, propter pisciculos, quos dentibus suis discerpunt, sequitur. Ad tonitrua adeo perhorrescit, ut sonitu exaudito ex aëre in mare decidat. Spuma inspersa alliciuntur, capiuntur allecti. Cum relicto mari gregatim in terram adverso vento revolant, imminentis venti indicium præbent. Carnem habent probe odoris, partem posteriorem, quæ sola limum olet, si excipias.

Aldrov.
Ornith.
lib. 19.
cap. 12.

Oppia-
nus.

Aratus in
Phe-
nom.

CAPUT V.

De Anserè Bassano, Phalacrocorace, Corvo Sylvatico, Nycticorace Gesneri, & Graculo palmipede.

ANSER BASSANUS seu Scoticus, Aincolis Solendguse dictus, avis est domestico Anserè longior, sed minus lata, Anserem tamen & forma & voce per omnia referens. Nullibi quam circa Castellum Bas, viribus humanis inexpugnabile, reperitur, ad quod incipiente vere appellant. Tres vel quatuor primo tanquam speculatores advolant; has aliquot post diebus reliqua multitudo insequitur, quod egregiorum virorum relationi debemus. *Nidulantur* in castri prædicti rupibus; & construendis nidis tantam lignorum copiam comportant, ut auferentibus, qui illic habitant, abunde in annum ex ea parte prospectum sit. *Ova* in rupibus deposita, superposito pede altero, unde forte nomen à solea accepere, excludunt. Pullos delicatissimis piscibus nutricant. Quod si avolantes novum videre, illo abjecto, iterum se magno impetu immergunt. Tanta autem piscium ab ipsis evomitur copia, ut & præfidiariis arcis in cibum cedant.

Gesner. in
Ornith.
Hect.
Boëtius
in de-
script.
Scotia.

Ha-

Schwenk-
feld. in A-
viario Si-
lesia.

Arist. H.
A. 1. 9. c.
12.

Habent intestinum quoddam parvum, oleo singularis virtutis refertum. Ischiadem & arthritim sanare creditur. Pulli capti & assi halecis nidorem emittunt. Caro est durior, & vinum exigens, quod aliquoties experti sumus cum Anno M.D.C. XXIII. in Scotia ageremus.

Ex adipe Uguentum fit, quod cum Comageno Plinii de bonitate certat.

PHALACROCORA, quem cum corvo Aquatico Plinii eundem esse vel exinde conjici potest, quod calveat, quænam avis sit inter Historicos Naturales non convenit. Gesnerus an sit illa, quæ in Burgundia Crottescherot seu Corvus Piscator, cui unus pes est ad natandum palmipes, alter ad rapinam uncis unguibus armatur; sic cum piscem in aqua arripuit, nec facile propter pondus volare potest, piscem altero pede retinens, altero ad ripam navigat; dubitat. Alii Corvum aquaticum Plinii, Phalacrocoracem, Corvum Sylvaticum, & Graculum palmipedem, easdem esse opinantur. Bellonius quidem simillimam avem cum ea, cujus hic pro Phalacrocorace ex Aldrovando iconem dedimus, exhibet: sed corvum aquaticum, Cornicem marinam eadem Aristoteli aves esse, & Phalacrocoracem, innuit. Gallis dicitur Cormorant, quo nomine Angli avem insigniunt, quæ anguillas integras edit, per intestina elapsas rursus devorat, & vel novies aliquando unam absorbet, priusquam retinuerit. Aldrovandus Phalacrocoracem scribit esse capi *magnitudine*, rostro longo acuto & rubescente. *Capite* fere plumis nudo & cute tecto, quæ carnem substantia & colore æmulatur. Ex collo velut jubæ dependent, quales in capis cernuntur. In pedibus plumas quasdam aureas gestat. Solus inter palmipedes Fibro excepto in arboribus sedet, in iisque nidulatur, æque in aqua marina atque dulci degit. Magnum stagnis damnum quod pisces devoret, adfert, interdum Anguillam mediocris magnitudinis ex aqua abrepta aërem defert, & antequam devoret, diu cum illa colluctatur.

CORVUM SYLVATICUM hisce adjicio, non quod sit vel palmipes, vel aquaticus, sed quod ab aliquibus cum Phalacrocorace confundatur. Magnitudo ipsi est Gallinæ; color toto corpore niger, si eminus videas; sin propius ad solem præsertim, cum viridi permixtus videtur. *Rostrum* rubicundum, oblongum, & angustis terræ vel arborum foraminibus inferi aptum. A capite crista retro tendit, haud scitur an in omnibus aut semper. *Pedes* habet, ut Gallinæ longiores; *crura* oblonga obscure rubentia. *Digitos* fissos. *Vescitur* piscibus, ranis, locustis, gryllis. In rupibus, turribus desertis & pylis, unde *Claustrapp* Germanis, *nidalatur*. Bina aut terna ova

parit. *Altissime volat*, & primis fere omnium, circa, initium Junii ni fallor, migrat. Pulli diebus aliquot antequam volare possunt, nidis exempti ita facile cicurantur, ut in agros evolent, & subinde revertantur. In Istria circa promontorium Polæ homine per funem demisso eximuntur, & inter mensarum delicias habentur. Aucupes in singulis nidis, singulos relinquere solent, ut anno sequente libentius redeant.

Huc pertinet & *NYCTICORAX* Gesneri quamvis palmipes non sit, qui juxta aquas & inter arundines versari dicitur. Vescitur pisciculis. *Nidulatur* in altis arboribus, ita vel quaterna ova parit. Inter arundineta absona voce vomiturientis instat clamitat.

Sed nec *GRACULI PALMIPEDIS* Aristotelis, seu Corvi Aquatici minoris, hic obliviscendum, quem alii Phalacrocoracem, alii Corvum Sylvaticum vel Mergum magnum nigrum esse judicant. Colore in toto corpore est subnigro, collum si excipias, ubi nonnihil ruffi admisceri videtur. *Rostrum* aduncum acutum, prope frontem subalbicans, cætero subnigrum. *Crura*, *pedes*, & *membranae*, fusca sunt.

CAPUT VI.

De Mergis in genere.

Mergum, quem Græci Poëtæ *Dypten*, *Poingam* & *Bungam* dicunt, ^{Aristoteli} veterum esse, vel ex eo colligitur, quod omnes eandem avem esse tradiderint, & pleraque de *Æthyia* à Græcis tradita, Plinius de Mergo interpretatus sit. Bellonius tamen *Æthyiam* veterum quandam *MERGI MARINI* speciem, quæ Cretensibus *Vultamaria* & *Calicatu* dicitur, esse judicat.

Bellonius
observ. 1.
I. C. 11.

Magnitudine est *Querquedula*, albo ventre, capite & dorso nigro, itemque alis & cauda. Pluma ei instar lanuginis, valide cuti inhærens. *Rostrum* marginibus acutis cavum & plane fere, lanuginosis plumis bona sui parte obducitur, nigrum superiore, album inferiore parte, vertice lato. *Frons* tuberositate quadam verrucatur, cui floccus plumarum niger innascitur. *Digito* pedum posteriore sola inter palmipedes caret. Ut sit, certe & *Salmasium* hic consentientem habemus; hoc solo dissentit, quod Mergum & *Fulicam* easdem esse contendat. *Formam* si spectes, de ea quidem *Ovidius*.

Descriptio.

Salmas. in
Solin. c.
2.
Ovid.
Metamorph.
lib. 12.

Fecit amor maciem, longa internodia crurum
Longa manet cervix. Caput est à tergore longe:

sed quis ille sit, unusquisque conjicere tentet. Nostri contra omne genus avium pedes habent in cauda, ita ut in terra stantes

tes instar hominis corpus erectum proferrant, ut Author de natura rerum scribit. Ab Anatibus dentibus & cruribus discrevit Gesnerus. Magis enim duri ac rigidi, utrinque tantum in marginibus, rostri; ceteris, quibus rostrum latum non est, sed in acutum desinit, nulli. Crura vel non æque absoluta habent, vel breviora, vel non eodem situ, vel posterius, quamobrem incommode ingrediuntur.

Locus.
Arist. H. A. l. 1. c. 1. & l. 8. c. 3.
Virgil. Æneid. l. 5.
Homerus Odyss. l. 5.
Pighius in Herc. Prodic. Victus.
Oppian. in Ixcuticis.

Versantur prærumque in mari, fluminibus, stagnis & paludibus: amant tamen & aprica loca, ut siccescant. Diutissime in aquis, dum se immergunt, morantur, & summa ac ab Homero allata natandi polent peritia. Alam namque alteram sapius ad ventum erigunt, & ejusdem tanquam veli adminiculo navigant, quod Pighius prodidit. Soli inter amphibias inter volandum *piscantur*.

Congros, Anguillas, & alios lubricos pisces deglutunt, ingestos, interdum etiam vivos, mox alvo, quod eis à ventre mox recto intestino cibi transeant, egerunt; quod Oppianus & Plinius observare. Schwenkfel ius in omnium quas secuit ventriculis, plumas avicularum copiosissimas, quasi cum pisciculis, & avena compactas invenit.

Partus.
Arist. H. A. l. 5. c. 9.
Plin. H. N. l. 10. cap. 37.

Nidificant à bruma ineunte vere. Sæpe in maritimis faxis, in arboribus interdum. Utrumque se juxta ostium Thinx fluvii, & in Nortfolia observasse Anglus quidam scribit. *Ova* ut plurimum bina ternave ponunt Pullos ab ovis exclusos si matrem perdiderint adeo validos esse ajunt, ut ipsi cibum sibi comparent.

Nullam eas *vocem* emittere, arbitrati sunt quidam. Lucretius de iis.

— *Mergique marini*
Fluctibus in falso victum, vitamque petentes
Longe alias altojaciunt in tempore voces.

Ingenium.
Scal. Exercit. 233.

Cicurari posse, tum ille qui Venetiis ab hero è cymba emissus, non sine spectatorum & voluptate & admiratione sub aquis sibi cibum capiebat, satur redibat ad herum, ostendit; tum illi in Oriente, qui ab hero, postquam eis guttur filo, ne pisces captos devorarent, ligasset, dimissi & pisces capiebant, & in cistas huic negotio destinatas injiciebant; Piscatione heri peracta, soluto gutture, sibi piscabantur, pasti ad herum redibant, testantur. Alii tempestatem prælagire, cum maria fugiunt, & clamorem ad littora ferunt, dicunt; seu quod dimisso in profundum capite auram signa sub fluctibus colligant: seu quod vapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam sursum attolli sagaciter subodorenur; seu quod pisces pleræque per eum cœli statum, è mediis aquis ad littora enatare soleant. Alii cam in mare

Odoricus
è Foro Julii in itin. Virgil. Georg. l. 1. Illos. Odoricus. l. 12 c. 7. Perfrus Satyra 6.

frequentius sese immergunt, seu propter aliam aliquam causam, seu quod tranquillo mari metu belluarum progredi non audeant; in altum sub tempestatem regressis, audacter progrediuntur. Plinius pennas rostro purgantes ventum indicare alcubi innuit. *Ælianus* gestu alarum exultantes, idem facere tradit. Huic & *Aratus* accedit, dum eas *in χερσὶν τρυφῶσιν ἀπὸ τῆς θαλάσσης*, in sicco alis plaudere ac ludere, scribit.

Æl. H. A. l. 7. c. 7. Aratus in Phag. nom.

Usus illorum in cibo nullus: quantum ad *Medicinam*. Magi contra quarianus devorari jubent cor Mergi marini sine ferro exemptum, inveteratumque conteri, & in aqua calida bibi. Ventriculum in cibo sumptum stomacho mederi falsissimum comperit Galenus. Fel cum cedria inunctum evulso palpebrarum pilos renasci non paritur. Jecur sale asservatum ex hydromelite duobus cochlearibus potum, secundinas pellere scripsit Dioscorides.

Galen. de simpl. l. II.

CAPUT VII.

De Variis Mergorum generibus.

Mergorum varia sunt genera. *Mergus Rhenanus*, quibusdam *Monialis* alba appellatus; qui omnium Mergorum Anatiformis maxime est, corpore undique albo atro colore distincto, prona colli & pectoris parte cum ventre candida, sed passim cinereis punctis aut maculis distincta. Frequens est apud Sueffiones & Bellovacos, *MJOR*, qui rostrum denticulatum angustius, è fusco ad cæruleum dilutum vergens, extremitate deorsum incurvata; pectus, collum, & ventrem tota alba: in dorso supremo egregias quasdam plumas alternatim albas nigrasque, inde etiam ad latera versus pectus tæniis similiter discoloris utrinque præcedentes habet; & gobiis inprimis atque troctis vescitur.

Gesner. in Ornith.

GLACIATIS, quod per summa frigora in aquis capiatur ita dictus, magnitudo *Quinquedulæ*, collum digitos octonos longum. Dorsum undique nigrum, alæ nigræ sed albo distinctæ, crura breviter fusca, membranæ inter digitos nigris; quique per hyemen apud Helvetios, non minus quam *Anas fera* laudatur.

LONGIROSTRUS, cui rostrum nonnihil rotundum, digiti longitudine; caput cristatum, collum subrubrum, corpus præter alas totum nigrum. Pedes crocei, membranæ luteæ.

RAUCEDULUS, cui corpus & alæ cinereæ; gula & venter alba, pedes nigri.

RUBER cui pars superior capitis & colli rubescit. *NIGER* cui rostrum nigrum, collum spadiceo colore, corpus ut in *Fuli-*

Fuligula, alæ cum transversa linea alba nigra.

A L B U S, cui rostrum ruffum, caput cum collo nigrum, viridibus aliquot punctis respersum. Crura rubicunda.

C I R R H A T U S qui habet caput ruffum vel testacei coloris cirrho retrorsum eminente. Dentes ferratos, duos, retrorsum flexos; Crura & digitos pedum, interjectis membranis ex ruffo fuscis, rubentes. Rostrum tres digitos longum, inferne rubicundum, superne nigricans. Duobus foraminibus odoratus causa pervium. Bellonius Fibrum seu Castorem vocat. Asperam arteriam ab aliis aquatilibus diversam habet. Nec enim est rotunda, sed compressa & inæqualis, modo crassior, modo angustior, & in medio duobus velut nodis extuberans. Cum ad ventriculi regionem pervenit, in cavitatem quandam ex membranis & osse grandiusculo inæquali constructam dilatatur. Semper in aquis manet, & in iis se diutissime omnium continet. Urinando ad quadraginta aut quinquaginta pedes procedit. Caput inter natandum sublime attollit; & inter arundines nidulatur.

M E R G A N S E R denique ut Gesnerus vocat, cui caput cum tertia colli parte ex viridi nigricat. Collum reliquum cum aliquo pallore album est. Inferior colli pars nigrescit. Plumæ ventris & supinæ caudæ gilvæ sunt. Crura & pedes cum membranis inter digitos minii colorem habent. *Ventriculus* est corneus id est firmissimus. Pondere interdum ad libras duodecim accedit.

Huc pertinet *Mergus* ille, quem Bellonius Gallice **H E R L E** vocat, anatem magis quam anserem referens, rostro longo, terete, & mucrone reflexo, colore subrubro.

Item **G U L O** Germanis *Seeßluder* / magnitudine Anseris, colore gilvo, gregaria, mensis lautioribus contempta.

Nec non **S C H E L D A R A C H U S** Anate major, varius rostro lato, adunco, dentibus acutissimis pleno, ex gilvo subruffo.

Albertus
H. A. 1.
5. c. 3.

M O R F E X, denique tota nigra, rostro ferrato & valido, quæ sub aqua mergitur, & anguillas capit. Easdemque si se gravari senserit, evomit. Gregatim in arboribus juxta aquas nidificat. Volatura caudam diu in aqua trahit. Saturata ad solem ut ficcetur, expandit. Fimus siccatur arborum ramos in quos inciderit.

NB. De mergis exoticis vide *Mantissam*.
Num. 11.

C A P U T V I I I.

De Colymbis in genere & in specie.

A Vis quæ Græcis Colymbus, Colymbis, & Colymbas; Latinis Vrinatrix dicitur. Unum tantum illius genus Aristoteles commemorat; alii plura; Turnerus tria vidit. *Primum* totum nigrum, si cirrum quem in capite gerit, exceperis; Mergo, quo tamen triplo minus est, quoad corporis effigiem non dissimile. Angli Doukeram vocant. *Alterum* Turdo non majus, Anati colore & corporis effigie simile. Anglis media Vrinatrix dicitur. *Tertium* adeo nuper ab ovo exclusum refert Anserculum, ut nisi Rostrum hujus paulo tenuius esset, ægre alterum ab altero discerneres. Non enim pennas, sed lanuginem quandam eorum loco obtinet.

Gesnerus, Colymbos facit *Maximos*. *Majores & Minores*. *Maximus* qui in Acronio lacu raro capitur, ab inepto per aquæ superficiem motu Fluder dictus, Anseris major est. Rostro oblongo, angusto, acuto. Neque volare potest recte, neque ingredi commode, nisi simul pedibus alisque nitatur. Tam profunde urinari dicitur, ut orgiarum viginti spacio, quandoque reti aut mucrone ferreo sub aqua capiatur. *Major* duorum est generum. *Primus* Anseris paulo minor, collo est oblongo, dorso nigro, collo inferiore & ventre albo, plumis fere niveis. Digitos pedum habet ternos, adherentibus membranis latos, sed aliquo usque divisos. Ungues latiusculos præsertim medium, teretes & in mucronem attenuatos, Crura juxta anum fere retrorsum projecta, natationi potius quam ingressui apta, femora in ventre condita, inæqualem interdum tibiaram solum. *Alter* cristatus seu cornutus est, plumis circa verticem, & collum supremum eminentibus, superius nigris, ad latera ruffis. Aliquot ejus sunt descriptiones. *Minor* Germanis *Succhelin*, ut major *Succhel*, magnitudine est columbæ, digitis latis, adherentibus membranis fuscis, non continuis tamen sed trifariam dissectis. Inferiore rostri parte tota sanguineo colore rubente. In femore multa officula tenuia, circa articulum agglutinata, dimidia ossis femoris magnitudine, ab una tantum parte habet.

Bellonius etiam *Majorem* sub nomine Vriæ veterem describit, Anatis magnitudine, rostro longo, rubicundo, ac ferrato. Cristam habere videtur. Nam cum nigro sit vertice, plumæ oblongæ ab occipite pendent, quas cum exandescit, aut exhilaratur, attollit aut demittit. Voce est horrida, sed ad sui tutelam utili. Idem nec *Minoris* obliviscitur, qui adeo aquæ familiaris est, ut ei per terram gradi posse, propter

N femo-

femora in ventre ita recondita, ut nullo modo appareant, & crura, quæ extrorsum protenduntur, ut omnino è lumbis censerì possit, natura negasse videatur. Caudam habet nullam, nullumque Uropygium. Alas pro corporis proportione exiguas. Plumæ lanuginosas. Digitos ab invicem separatos, latos tamen. Rostrum rotundum exiguum, rubicundum. Crura parte posteriore ferræ instar crenatæ. Jecur tenellum; intestina à reliquarum avium intestinis diversa, gracilia & tenuia si in pauca aqua deprehendatur, vix se in aërem attollere potest. Prope terram in cespite aliquo palustri nidificat. Addit & Aldrovandus suas descriptiones, quas hic adferre non est necesse. Addidisse sufficiat. *Colymbos* Athenæo inter omnes Aquaticas aves minimos esse, atro & sordido colore tingi, & acuto rostro instrui; Oppiano *Colymbos* semper natare, & ne somni quidem vel cibi gratia in continentem exire, nisi partus tempore; eosdem adversis ventis natare; ne illorum vi aliquando inviti in terram extrudantur. Circa medium Augustum propter pennarum mutationem volare non possunt. Et tam celerrime merguntur, ut bombardæ etiam ictum effugiant. Refertur ad *colymbos* potest, avis Anglis Coote dicta, forma & colore Fulicæ similis, paulo minor, incujus rostro parvum tuberculum rubeum eminet, quæ subinde ad fumum usque urinatur. Non piscibus tantum, sed alga, lineo, gramine, parvisque cochleis victitat. Et vulgo fertur, non posse diutius volare, quam pedis cavo arreptam aquam retineat.

Oppianus
Ixeutic. l.
2. cet.
Aldrovando.

Athenæus
Dipnos.
lib. 9.

Huc pertinet *URIA* Anata multo minor, rostro longiore ac tenui, colore sordido testaceo. Gesnerus colore tantum, & magnitudine à *Colymbis* differre putat.

CAPUT IX.

De Brentho, Phalaride, Avosetta Italarum & Trochilo.

BRENTHUS quænam sit avis dubitatur. Niphus monticolam esse credit, generis unci. Plinius pro eo Anatem vertit, quod & Gaza secutus est. Albertus Merguli pisces venantis speciem interpretatur. Et forte est, quia piscibus vivere Aristoteles reliquit.

Arist. H.
A. lib. 9.
cap. 1.

Nec magis notum, quænam sit *PHALARIS*; Bellonius pro ea Mergum varium majorem substituit. Gesnerus *Folægam* Italarum eam esse credit. Apud Athenæum habet rostrum angustum; corpus aspectu magis teres quam *Anas*, colorem in alvo & dorso cinereum.

Athenæus
Dipnos.
lib. 9.

AVOSETTA Italarum, quam Lucarni circa lacum Verbanum Spinzago de aqua

vocant, *Recurvirostram* vere dixeris, avis est magnitudine columbæ aut paulo gracilior, rostro nigro, sursum tendente, in extremo acuto, quinque digitorum fere longitudine. Corpore supino toto albo; capite & cervice superius ex fusco nigricante, pedibus coloris cyanei diluti, digitis membranis junctis. Cruribus longis, ac ideo posteriore digito, qui pro calce est, minuto.

Vox ejus est *Crex*. *Crex*.

TROCHILUS juxta ripas fluviorum oberrat, & tanta sæpius teleritate discurret, ut cursus volatu ejus velocior sit. Obvia quæque depascitur, hirudines etiam quæ faucibus *Crocodili* inhaerent, *Cladorynchos* seu potius *καλαδρυγχος* imprimis, legit. Mira de illis *Oppianus*, nimirum, mares à fœminis, fœminas à maribus pasci. Ineunte vere priores fœminas, sollicitare cantu vel stridore potius peculiari, masculos ad coitum. Foetu procreato separari, & ad sua pascua redire. Tunc mares omnem foeturæ & *Veneris* curam relinquere, fœminis laborem solum incumbere, eumque eas inter se partiri. Alias ova in nidis fovere, alias foventibus cibum congerere. Pullos adultos ad littus ubi mares versari solent perducere. Ibi fœmellas cum suo sexu remanere, masculos ultro separari. Gesnerus esse putat generis *Gallinarum Aquaticarum*; *Aldrovandus* *Corriram* seu *Tabellariam* vulgo dictam. Avis hæc est varia, rostro recto, luteo, in fine nigro. Rictu magno. Oculis nigris albo circulo circumdatis, quem rursus alius spadiceus ambit. Cruribus longis, coxis brevibus, digitis membrana junctis. Si *Corrira* *Trochilus* non est, *Celeris* est.

Æl. H. A.
l. 3. c. 11.
& l. 8. c.
25.
Arist. H.
A. l. 9.
cap. 6.

TITULUS II.

De Avibus Palmipedibus Herbivoris.


CAPUT I.

De Cygno.

CYGNUS, qui & *Olor* quasi *ὄλος ἰραϊός*, totus candidus, Græcis modernis *Cyprinus*, veteribus *κύπρινος* & *κύκινος* seu *κύκινος τῶν ἰδίων*, quod cibi causa cœnum scrutetur, & turbet, seu quasi *κλύκος* quod sit clamofus; seu quod teres collum habeat, dicitur. Totus est candidus. Horatius purpureum, & pulchrum & splendentem, poetica licentia nominasse creditur. Rostrum habet parvum turbinatum, in extremitate obtusum, ferratum & falcis instar dentatum, colore ruffo; in cujus summa parte qua capiti committitur, tuberculum rotundum, nigerrimum, & rostrum in se inflectens visitur. Collum longissimum, viginti octo vertebra constans, unde *δουλιχόθερος* Homero &

Descrip-
tio.

Homer.
Iliad. 6.
Euripid.
in Iphig.
δουλι-



Colymbus Maior
Bellon



Colymbus Maior
grose Suchel

Trochilus
Coruza



Mergus


Bellon



Colymbus
Minor




Cygnus



Anasetta
Italar




Cygnus



Capricaica

Anser ferus
Wilde Gans



Bermela

Brenta



δουλιχάβελω Euripidi dicitur. Et Lineæ velut piscatoriæ usum in aqua porrectum præbet. *Pedes* nigris notis partim cæruleis partim rubicundis & albis distinctos. *Membranas* digitis interjectas squamulis minimis rotundis inæquales. *Digitos* vero veluti annuli quidam in latum interfecant; eorum medius omnium & crassissimus & maximus est, longus digitos decem, internus novem, externus septem. Uno pede pro remo, altero pro corporis sui gubernaculo utitur. *Linguam* mediam, quod superius ponendum erat, sulcus denticulis palatum medium secantibus respondens dividit, & ipse prope radicem scaber. *Interna* si spectes, *Intestina* omnia quatuor dodrantes, & palmum longa, multoque adipe, qui vicem emeriti obit intacta, in illo quem Aldrovandus secari curavit, erant; & cum simplici tantum in se media spira revolutione inflectantur, ne aliquid non plane distributi alimenti præterlaberetur, natura, cæca duo dodrantis spacio inter anum & ipsorum initium interjecto, recto intestino appendit. *Arteria aspera* admirandæ plane est structuræ. Nam Oesophagum subjectum comirata, ad jugulum descendens cum pervenit, non recta, ut in cæteris animantibus, ad pulmones tendit, sed supra claviculas elevata, in costam ossis pectoris seu sterni, quæ ex duobus lateribus ossibus, & tertio superno his pro operculo incumbente fabricata, vaginæ seu thecæ figuram & usum præbet. Ad hujus finem postquam pervenit arteria, inferne in se instar serpentis reflectitur, & S. literam exprimit; moxque sub priore jam dicta portione ipsi superposita, hanc capsulam denuo egreditur, & claviculis mediis conscens, harum jugo tanquam fulcro innititur; atque ita sustentata, denuo in morem tubæ revolvitur, thoracisque cavum subiens, antequam ad pulmones fertur, prius quasi laryngem alteram efformat, transversim secta, ossiculoque quantum ipsa lata est longo, & quod tenui membrana obrenditur, hiulcam fistulam, seu syringem arganorum musicorum, quæ inferiore sui parte simili fissum patulæ sunt, figuram repræsentat. Sub hac larynge arteria in duas canales divaricatur; quorum singuli in medio ampliori capacitate protuberantes, recta in pulmones exiguos costis retro totos affixos abeuntes, distribuuntur. Talem structuram & cantus, de quo postea, & respiratio reposebat. Ne enim, dum aliquando horæ dimidiæ spacio toto capite & collo pronis, vado alimoniam hausturus immergitur, periculum suffocationis incurrat; ex ea arteriæ, quæ pectoris dictæ vaginæ reclusa est, portione, spiritus quantum satis suppeditatur.

Locus si attendas, est avis amphibia

Maxime tamen aquis delectatur. *Ælianus* greges eorum in Pfro mari apparere prodidit. In fluviis Caystro, Istro, Tanai, Strymone, Mæandro, Eridano, Mintio, Tamesi & quidem magna copia degere, apud Ovidium, Senecam Tragædum, Theocritum, Lucianum, Statium Papinium, Mantuanum, Polydorum Virgilium, & alios invenies. Innumeris in agro Engolismensi; Francisci primi opera, in fonte Tenario educatos Brújerinus testis est: sed stagna vehementer appetunt; seu quod quietiora nec natatum impediunt, quod *Æliano* visum, seu quod in illis major herbarum suppetat copia.

Cibus ipsi herbæ at fegetum grana, ova piscium. Rostro cribratæcenum, & algam imprimis quærit. In Scotiæ lacu Spina, herbæ cujusdam semine, quæ ab iisdem nomen sortita est, delectatur. Ea autem natura est, ut agris injecta nunquam putrescat.

Tempore *libidinis* blandientes inter se mas & fœmina, alternatim capita cum suis collis inflectunt, velut amplexandi gratia; colla mares applicant fœminis, deinde mas fœminam conscendit Ubi *coierint*, mas conscius læsam à se fœminam fugit, illa impatiens fugientem insequitur. At non diutina hæc est eis discordia, noxa cessante reconciliantur; & fœmina maris persecutione relicta, post coitum frequenti caudæ motu, rostrum in aquis mergens, se purificat. Semel tantum anno initio veris *pariunt*. Quia plures & speciosos fœtus producant *καλλιπαίδες* & *πολύπαίδες* dicuntur. *Aristoteles* *ιυτίκως* dicit. *Pariunt* οὐα tertio anno, illaque magna, oblonga, testa dura obtecta.

Probe natant, velociter sylvestres, tarde ob corporis pondus domesticæ *volant*. *Aristoteles* longius in pelagus efferri scripsit. Et *Hesiodus* *κύκως ἀριστιότατος* nuncupat.

Cantum quod attinet, scinduntur in sententias *Authores*, *κύκως* *πρὸς ἑπίδα* *μοστικὴ* *ὄνα* *δίζαν*, prodidit *Pausanias*, cum eo *Socrates* apud *Platonem*, *Aristoteles*, *Cicero*, & *Philosophus*, ex *Poëtis* *Callimachus*, *Æschylus*, *Theocritus*, *Antipater*, *Euripides*, *Lucretius*, *Virgilius*, *Seneca*, *Ovidius*, *Martialis*, sentiunt. Diluculo ante solis ortum tanquam in aëre vacuo per id tempus audiendi clarius, in maris littoribus, nisi tempestas dissuadeat canere; nec cantus in senecta morti vicinus (remissioris tum) oblivisci. *Favonium* vel canendum observare, fati certos, ne à quoquam interpellentur secedere, apud *Oppianum* legitur. *Fabulosum* id, apud *Lucianum*, *Plinium*, *Alexandrum Myndium* & *Scaliger* invenies. *Ælianus* vacillat, & modo his adstipulari, modo in illos propendere

Æl. H.
A. l. 10.
c. 36.

Ovid.
Metam.
l. 2 & 5.
Seneca in
Agamem.
Theocrit.
Eidyl. 19.
Stat. l.
14.
Theb.
Polyd. l.
1. *H. Anglor.*
Æl. H.
A. c. 17.
c. 24.
l. 15. de
re cib. c.
61.
Victus.

Partus.
Hæst.
Boëtius
in descri-
ptione
Scot.

Volatus.
Hesiod.
in scuto
Hercul.
Vox.
Pausan.
Arist. H.
A. lib. 9.
cap. 12.
Cicero l.
3 de O-
rat.
Ovid. l. 5.
Trist.
Seneca in
Hæstol.
Martial.
in *Xenii.*
Oppian.
in *Ixeu-*
tic. cit.
Aldrov.
Lucian. in
Electro.
Plin. H.
N. l. 10.
c. 23.
Myndius
apud *A-*
then. l. 9.
Scalig.
Ex. 232.

Plin. H. N. l. 10. cap. 23. Myndius apud Athen. l. 9. Scalig. Ex. 232. Ælian. H. A. lib. 10. c. 30. l. 11. c. 1. Idem var. lib. 1.

videtur. An funeris sui cantator sit, quod & Brasavolus observasse dicitur, nescio. De Elephanto sane id proditum. Cantare, nullum fere dubium. Audivit in lacu Mantuano cantantes Pendasius. Prope Londinum in Tamesi festivis cantibus subeuntes classes excipiunt. Canorum quiddam lamentantium in morem quovis tempore obstrepere, observavit Aldrovandus. In hoc denique duplex ille flexus, qui ossis pectoris primum capsulæ inseritur, deinde altera revolutione in furculam inclinata recumbens, in pulmones decedit, factus videtur, ut vox in ipso revolutæ arteriæ angulo, repercusso, majori cum clangore erumperet, ac veluti morulæ exiguæ in eo anfractu quiete recreata, vires acquireret eundo.

Plin. H. N. l. 10. cap. 23.

Ingenium in volatu potissimum ostendunt. Liburnicarum more rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aëra, quam si recta fronte incederent. A tergo sensim dilarante se cuneo, porrigitur agmen, largeque impellenti præbetur auræ. Colla imponunt præcedentibus, fessos duces ad terga recipiunt.

Etas. Arist. l. 9. H. A. c. 1. Ælian. H. A. l. 14. c. 13. Statius. Homer. Iliad.

Quod de *etate* apud Ælianum legitur ducentessimum nempe attingere annum incredibile videtur.

Præstigium.

Inimicitias interdum tantas inter se alunt, ut alter alterum devoret, vel, ut Ælianus perimat. Nec pullis, vel ovis parcitur. Ab Aquila sibi metuunt. Attacti, non iniquo Marte repugnant: sed nec cum fulgure, serpentibus & draconibus ipsis convenit. Cicuta interiisse non mirum, cum & proci illius esu periisse visi sint.

Ufus.

Pluvias expectabis, si rorem aquæ inspergunt; si profundos eidem immergunt humeros, serenitatem. Apud Helvetios ingen frigen metuitur, si hyeme in quodam lacu apparuerint.

Ufus in cibis laudatus apud veteres. Alexandrines inter aves lautas numerat, & Dipnosophistis apponuntur; nec minore quam Anseres habitos, precio ex Plutarcho potest colligi. Recentiores nigram, & duram, forte quia annosi adferuntur, carnem acufant. Moscovitarum tamen Duces, quoties carne vescuntur, assos hospitibus apponunt. In *Medicina*, faciem purgat, & erugat adeps. Ova ad ignem sacrum celebrantur. Pellis ventriculo apposita, concoctionem vi peculiari juvare creditur.

CAPUT II.

De Anser.

ARTICULUS I.

De Anser Domestic.

Plin. H. N. l. 10. cap. 22.


ANser, Plinio alicubi Ganza, Græcis veteribus *χελύς, χίνα* modernis, avis est

vulgo tam nota, ut descriptione non indigeat. Inferum & domesticum distinguitur, quorum ille minor Aristoteli, varius esse à Columella manifesto errore proditur, cum apud nos varii candidos numero exsuperent. In regno Senegæ colore & penis multi jugis variantur. In Hispania nova capite rubeo, olores candicis superant.

Visus cum duobus capitibus, totidemque linguis, collo unico, quatuor pedibus, quorum unum par alarum locum occupabat, alterum circa podicem. Alæ duæ circa collum pandebantur. Proditus ab Alberto & alter, dupli collo, quaternis pedibus, & totidem alis, dorso uno, adeo ut duæ aves, altera alteram ferens, viderentur. Frequentissima scilicet in illis ob humorem & stoliditatem monstra sunt. *In-teriora* si spectes, testes sub diaphragmate lumbis annectuntur, hisce duo ex vena cava rami insident. Duo vasa ex infima utriusque parte emersa, & deorsum per lumborum regionem recto delata, prope os sacrum, coeunt, & canalem teretem, qui in plures orbis circumvolvitur, & cuius pars superior, tota carnea, inferior intus cartilaginea conspicitur, efformant. Penis loco extremam portionem datam, quæ in coitu arrigatur, haud male conjeceris.

Locus ipsis fere ubique, eam Arabiæ partem quæ Austrum versus assurgit, si excipias. In Bœsia agro aquarum fere experte greges copiosi spectantur, magnumque ex his plumæ pretium. De *victu* non est quod dicam. Tenella arborum germinæ absomit, viridariorem herbas penitus depascitur, & vitium pampinos rodit. Trifolio, fœnugræco, lactuca, & aliis delectatur.

Quantum ad *Generationem* in aqua coeunt; nec humi insistentes; à coitu aquis sese ingurgitant. Singulis maribus tres olim destinabantur. foemina; sex hodie. Tempus admittendi aptissimum à bruma, pariunt & juvenes absque coitu, sed hypenemia. Coitus expertæ si absque eo posuerint, plura quidem, sed sterilia, minora, & minus jucundi, quam foecunda saporis erunt. De numero & *partus* & ovorum inter scriptores nō convenit. Ter parere scribit Columella si foetus non excludunt. Bis Plinius, si primum foetum gallinæ excludant. Ova plurima sedecim, paucissima septem, huic pariunt. Si quis surripiat, pariunt, dum rumpantur. Illi singulis foetibus pariunt, primo quina, sequenti quaterna, novissimo terna. Quintilius ad duodecim, & ultra procedere ait. Carolus Stephanus, si non incubent duodecim, & singulis foetationibus plura. Recentiorum quidam ad centum & ducenta ascendunt. Tempus pariendi aliis à Calend. Martiis ad solstitium: si bruma coiverint, Plinio post solstitium XL. prope diebus pariunt.





Onocrotalus Fœmina



*Onocrotalus sive Pelicanus
Kroyf Gans*



Larus Mayor

Diomedea Avis



Pelicanus sive Platea



Larus Cinereus

Larus albus



Leffel Gans

Meeb Mew



*Larus Minor Sterna
Stein Spyrer Schnirring*



Larus Piscator Fischerlein



Larus Fidiyer

*Marina
Hirundo*



Larus Niger Brand Vogel



Zee Schwalb



riunt. Si appropinquant partus, digito tanguntur ova, quæ sunt prima parte locorum genitalium. Incubatus à fœmina duntaxat absolvitur, nec recedit, donec pullos excusserit. Commodissime à Calendis Martiis ad solstitium exercetur secundum Palladium; à principio Novembris ad Decembrem exactum secundum recentiores. Pulli intra triginta dierum spacium excluduntur, intra viginti quinque, si dies tepidiores sunt.

Arist. H. A. l. 6. c. 6.

Vocem siatiendas, *παράζειν* & *πλαταρίζειν* Græcis; Aratus *κλαγγήδον* adverbio de eadem usus est. Gratitare, gignire, strepere, clangere, Latinis dicuntur.

Volatus. Raro *volatum* domesticæ exercent, sed pedibus valent. Mirum in hoc alite, inquit Plinius, à Morinis usque Romam pedibus venire. Fessi proferuntur ad primos, ita cæteri stipatione naturali eos propellunt.

Plin. H. N. l. 10. cap. 22.

Affectus. De *Affectibus corporis* pauca occurrunt. Solus ex pedestribus à cane rabido morsus, rabie non corripitur, si Nipho credendum. Laborat puita & phtiriasi; illam pimpinella quæ in pratis nascitur avertit. Huic frequenti ablutione & sideritides usu occurrit. Pullis eorum urtica contacta mortifera; nec minus aviditas, nunc sarietate nimia, nunc suamet vi; quando apprehensa radice, morfu sæpe conantes evellere, ante colla sua abrumpunt. Discordia cum Aquila, ne morte quidem interrumpitur pennæ commixtæ certent, & Anserinæ ubi Aquilinis absumentur.

Plin. H. N. l. 10. cap. 59.

Ætas. *Ætas* sexaginta annos attingit, si Alberto credendum. Non dedisset fidem Cardanus, nisi carduelem tredecim annis in cavea educatam scivisset, & sylvestris anseris tam duram carnem, ut ne triduum quidem cocta emolliri posset.

Ælian. H. A. l. 5. cap. 29.

Ingenium. Quod folia lauri ne in extrema quidem fame attingunt; rhododaphnes ne coacti quidem edunt; quod humanum longe præsentiant odorem, & auditu cum apro certant; quod se ab Anseri dejectum Falconem vidisse Scaliger scribit; vigil, cura Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus, & fama amoris, Agris dilecta forma pueri nomine Oleni & Glaucis Ptolemæo Regi cithara canentis, quam eodem tempore & aries adamasse creditur, ingenio debetur. Potest & sapientiæ videri intectus iis esse. Ita comes perpetuo adhæsisse Lacydi Philosopho dicitur, nusquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu non interdiu digressus. Quod semper vociferatur, improbum dixit Virgilius. Si dum ad partum festinant, jugi clamore obstrepunt, tempestas imminere dicenda est.

Plin. H. N. l. 10. cap. 22.

Theophrast. de signis Tempest. Usus.

Reperere olim in *cibus* æstimium: Regum Ægypti mentis solus cum vitulo ap-

ponebatur. Alexander Severus festis tantum diebus ad convivium recipiebat. Ab Annibale Numidicis Gallinis præferebantur. Quod si jecur respicias, Romani eos ejusdem bonitate novere inquit Plinius. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit: exemptum quoque lacte mulso augetur. Nec sine causa in quæstione est, quis primus tantum bonum invenerit, Scipio Metellus vir Consularis, an M. Sestius eadem ætate Eques Romanus. Hodie in Gallia non minoris sit Anseratilis, quam Romæ olim Lupus scarus, aut Mulus. Est & Judæis ubique terrarum in deliciis. Nec damnosus interdum, hyeme & juniores in cibum cedant. Aliorum excrementitia & concoctu difficilis caro est. Tenerescunt tamen, si collo per triduum suspendantur, gravi lapide pedibus aligato. Septentrionales sale conditis, & vento siccatis, tum coctis, post æstivale solstitium vescuntur. Messalinus Cotta, quod constat, Messalæ Oratoris F. palmas pedum ex his torrere, atque patinis cum gallinaceorum crissis condire reperit.

Plin. H. A. l. 10. cap. 27.

Quantum ad *Medicinam*, Plumæ ex ventre trita & inspersa, sanguinem sistunt. Lingua peculiariter ad vesicæ vitia & involuntariam mictionem facit. Sanguis utilissime inter Antitoda miscetur. Fel contusis oculis prodest, si hyssopo postea & melle inungantur. De Adipis usu vide multa in Aldrovando. Puerperæ in Bohemia butyro in cibus præparant, si aqua aurem intraverit, præcipuum est remedium. Cum iridis nostratis pulvere permixtus, & umbilico in testanucis juglandis inditus, alvum infantibus solvit. Aliud reperit Syriæ pars quæ Comagena vocatur; adipem eorum in vase æreo cum cinnamomo nive multa obrutum ac rigore gelido maceratum, ad usum præclari medicaminis, quod ab gente dicitur Comagenum. Dioscorides Commagenes non meminit. De plumarum olim usu ita Plinius. Candidorum alterum vectigal in pluma. Velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur, molliorque quæ corpori quam proxima, & à Germania laudatissima. Pretium plumæ eorum in libras denarii quini. Et inde crimina plærumque auxiliorum præfectis, à vigili statione ad hæc aucupia dimissis cohortibus totis. Eoque deliciæ processere, ut sine hoc instrumento durare, jam ne virorum quidem cervices possint.

Schwelkfeld. in Theriograph. Siles.

ARTICULUS II.

De Anseri Fero in genere, de Vulpansere, & Bornicla ave.

ANseris sylvestris plures sunt differentia. Plinius *Chenolopeces*, & quibus lautiores

Descri-
prio.

tiores epulas Britannia non novit, *Chenerotes* ponit. Apud Albertum *cinereos*, qui propter corporis levitatem altius volant. *Grandinosos*, seu ob candorem niveos. Qui præter extremas quinque remiges pennas albi sunt. Æstate nusquam conspiciuntur; hyeme ingruente sublimes volatu gregatim migrant: *Arborum* qui ex arboribus nasci creduntur, quibus color capitis ut Pavoni, absque crista tamen, invenies. Schwenkfeldius eos in arborum cavis, cornicum & ciconiarum nidis, ova tredecim vel quatuordecim, illaque flaventia parere scribit. Apud Oppianum *Linurgi* & *Cenchrite* reperiuntur. Gesnerus *Anseris stellati*, quem Itali *Cicum* vel *Ocam Sternam* vocant, cui magnitudo inter *Anatem* & *Anserem*, pondus leve, pectus maculis aspersum, dorsum & alæ cinerea, meminit. Scaliger in *Oceano Brasiliæ marinos*, à colore atro, qui nunquam evolent, esse prodit. De *Bassano* seu *Scotico* superius egimus. Descriptionem non morabimur. *Caput* fere *Anatinum* magis quam *Anserinum*. Utraque *mandibula* intus oras serratas loco dentium obtinet. *Palatum* quibusdam denticulis acutis instar limæ est scabrum & asperrimum. *Membrana* quæ digitos connectunt in extremo serræ instar denticulata videntur.

Locus.

Locus ipsis maxime circa paludes. In Æthiopia adeo frequentibus agminibus grassantur, ut tum morsu, tum stercoribus omnia demoliantur. In Septentrione cubationis tempore, quo à meridionalibus plagis redeunt, copiosissime visuntur, circa Aprilis initium. In Bataviam, Hannoniæ, Artesiam migrationis tempore copiosissimi confluunt. Novam Hispaniam mense Decembri prætervolant. In India pulcherrimi conspiciuntur. Totum ipsis corpus, præter pectus & ventrem, nigrum. Oculos circulus coralli æmulus ambit. Ex minore oculorum *Cantha* linea ejusdem substantiæ & coloris extuberat, versusque collum deducitur. Inde sex septemve ramuli exigui utrinque ad medium collusque descendentes, devaricantur.

Partus.

Coire post hyemale solstitium incipiunt, initio veris ova ad summum sedecim ponunt. Steriles evadunt, si mites reddita fuerint.

Volatus.

Migratoriæ sunt aves. Migraturæ vociferantur alte volando, forte ne qua earum remaneat. Meridiem petunt cum Septentrio propellit; istum cum Auster, nec cessant, nisi esurie coacti. Ordo ut Gruum cum silentio literatus; nec clangunt nisi rupto ordine. Vide quæ de domesticis ex Plinio diximus. Oppianus nec Ducibus, nec somni tempore custodibus destitui scribit. Taurum montem superaturi *Aquilarum* metu lapillos rostris ad coercen-

Author
de Natu-
ra rerum.

Oppia-
nus IX.
cut. l. 2.
c. Aldro-
vand.

dam linguam ferunt. *Cilicibus* id quidem tantum attribuit Plutarchus: sed feris adscribi apud *Ælianum* & *Marcellinum* legimus. Tardius adveniunt quam *Grues*. Vidit aliquando Gesnerus sexto Octobris permultas avolantium turbas, quæ ab Oriente in Galliam & Occidentem versus per turmas triangulas volabant.

Quantum ad usum, caro propter exercitationem minus est excrementitia. Cruda adhuc suaviter olet. Linguæ assæ bene à calculosis in cibo sumuntur.

Æl. H.
A. l. 5 c.
29.

Ufus.

ARTICULUS IV.

De Vulpansere, Capricalca, & Bernicla ave.

AD FEROS ANSERES referri debet *Vulpanser, Capricalca, & Branta*.

VULPANSER seu *Chenalopex* quibusdam, est avis pectore rufescens, aquatica, in cuniculorum foveis, interdum & rupium cavernis nidificans, quam Angli *Bergandram* vocant. Gesnerus an *Anser Stellatus* sit *Chenalopex* considerandum reliquit. *Aldrovandus* nihil certi proferre potest. Inter palmipedes quæ circa aquas versantur, ab Aristotele numeratur. Ova hypenemia quandoque parit. In pullis tendis eandem quam *perdix* operam collocat. Et ab *Aquilæ*, *felis* & cæterorum hostium injuriis sese defendit. In *Cupediis* olim apud *Britannos* fuisse ex *Plinio* superius diximus.

Arist. H.
A. l. 8 c.
3.
Æl. H.
A. l. 5 c.
30. l. 19.
c. 16. l.
II. c. 38.

DE *CAPRICALCA* occurrit. Corvo paulo majorem esse ac in deliciis haberi. *Tæniis* transversis fuscis per colum pectus & ventrem distingui, caudam nullam habere. *BRANTA* seu *Bernicla* & *Bernichia*, *Scotis Clakguse*, *Gallis Crauant*, & *Oye Nonnete*, *Isidoro Barliata*, *Alberto Barbates*, *Hollandis Rotgansen* dicitur. *Bellonius* *Chenalopex* veterum esse putat. Minor est fero *Anser*, *Monacharum* ornatui, quæ colorem album atro superimponunt, similis. Alis & dorso coloris plumbei, cauda brevi & nigra. *Anserum* ferarum more volat, strepit, paludes frequentat, & segetem depopulatur. De ortu magna est inter doctos controversia. Quidam coire volunt: alii ex putridis navium ruderibus; nonnulli ex pomis cujusdam arboris in insula *Pomoniam* nascentibus corruptis; alii ex fructu foliis conglomeratis simili, qui cum opportuno tempore decidit in subjectam aquam, reviviscit; convertiturque in vivam, oriri existimant. *Isidorus*, *Alexander* ab *Alexandro*, *Olaus Magnas*, *Hector Boëthius*; *Scaliger*, *Mejerus*, *Gesnerus*, & alii, communi famæ adstipulantur.

Bata-



Ceyphus



Catharacta


Phalacrocorax

Anser Bassanus
Schotisch Gans



Coruus Syluaticus

Waldrapp



Graculus palmipes



Coruus aquaticus
Scharb




Mergus Rheni Rheni Endte

Mergus Longirostrus



Mergus Glacialis
Eijs Endte




Meer Ganser
Zee Fluder





Albus aquaticus

Mergus Bellonij









Anas

Endte

Anas Indica

Anas Domesticus
Zame Endte

Anas Cairina

Anas Libyta

Anas fera
Spiegel Endte

Anas Marina
Meer Endte

Anas

Boscas Major

Glaucion

Querque dula
Klein Endtelein

Harle

Anas Platyrinchos

Anas fusca fera

Penelepe

Anas Plyrinchos

Anas fera
Zee Vogel

Anas muscaria
Ein Leiner

Batavi ex propria inspectione in Grönlandia Barniclas, quæ ovis incubarent, pullosque educarent sese invenisse affirmant.

C A P U T III.

De Anate.

A R T I C U L U S I.

De Anate in genere.

Descri-
pio.

ANas, Græcis antiquis *νήσα* vel *νήσα*, recentioribus *νήσα* vel *νήσα*, vel Pappos, avis est apud nos notissima. Dorsum ipsi & rostrum lata, pedes cartilaginosis membranis intersepientibus, ampli; crura breviter crassa, & retroversus disposita, ut in natatione valentius instantes; aquas propellere possent. Gulam habent amplam; linguam plæræque interius asperiusculis utrinque eminentiis dentatam & quasi plumatam: Musculos circa corporis superficiem separatos, interiores albos: quod si exteriores liveant, quod vi frigoris fieri videtur, bonam secuturam ætatem rustici apud Helvetios conjiciunt.

Locus.

Aquis tum ut earum frigiditate congenitam intemperiem, quæ calida est, contemperent; tum ut pabulum quoque naturæ suæ & palato conveniens, illic quærissent, gaudent, inque iis maximam temporis partem versantur.

Victus.

In *cibo* herbarum aquaticarum radicibus & seminibus, vermibus, & animalium aquaticorum ovis, lenticula inprimis palustri, quam Crescentiensis Anatinam, alii Pavarinam vocant, delectantur. Sunt qui pisciculis & limo vesci, nec à venenatis abstinere, quod Scaligero placet, volunt.

Scaliger
in Theo-
phraf. de
caus.
plantar. l.
2.
Parius.

Quantum ad *Generationem* tantæ sunt, Authori de natura rerum, falacitatis, ut plures mares solam foeminam certatim coeundo, occidant. Mense Martio & in sequente concumbunt. *Pariunt* juxta aquas & rigua; pulli exclusi statim recondita quadam natura aquam prosequuntur; & mox ut ovum exeunt, tanta agilitate vigent, ut etiamsi matrem mori vel alienari contigerit, sine nutrice vivant. Super omnia autem est earum ovis subditis Gallinæ atque exclusis admiratio; primo non plane agnoscens foetum, mox incertos incubitus sollicitate convocantis; postremo lamenta circa piscinæ stagna, mergentibus se pullis natura duce.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 55.

Vox.

Vocem Anatum Author philomelæ per tetrinire exprimit. Scaliger quiratricem appellat. Foeminæ crassior est, maris acutior.

Incessus.

Lente ob crurum brevitatem *incedunt*, ad natandum potius apti.

Ingenium ipsis cum Anseribus fere commune. Aquilarum quomodo declinare soleant ictus Ælianus describit. Merguntur dum involant, & sub aquis natando, ex alio loco extra aquam eminent. Cum sese aquis mergunt, plumas; cum pennas rostro purgant, diuque & multum alas excutunt, ventos spondere Theophrastus, Ælianus, & Plinius tradunt. Ventris & intestinarum in bubus dolorem, visu natantium Anatum levari, easdem majore profectu mulos & equinum genus conspectu suo sanare, Columellæ & Vegetio placet.

Ingenium.

Æl.H.A.
l. 5.c.33.Theoph.
de signis
ventor.

Æl.H.A.

l. 7.c.7.

Plin. H.

N. l. 18.

cap. 25.

Columel-
la R.R. l.

6.c.7.

Ufus.

Plutarch.

in Cato-
ne.

Ufus in cibis notus est. Cato Censorinus agrotis etiam teste Plutarcho præscribi jussit; duram, concoctu difficilem, nec laudati succi esse, apud Hippocratem, Galenum, & alios legere est. Alii Anserinæ præferunt. Alexander Benedictus in peste damnavit. Fracastorius lue venerea laborantibus prohibuit. Pectus & cervicem laudat Martialis, cætera danda coquo.

Usum in Medicina superius etiam attigimus. Mithridates Ponti Rex solitus earum sanguinem miscere medicamentis quæ digerendis venenis valent; ipse talium medelarum usu ab intestinis epularum insidiis cavebat. Idem, sanguinem à cerebro defluentem infusus sistit. Adeps per Clysterem injectus dolorem sedat colicum, & emplastro ad pleuritidem apud Myrepsum immiscetur. Fimum, Villanovanus utiliter morsibus venenatis imponi scribit. Chineses adeo numerosa agmina alunt, ut sæpe xxm. excedant, his in evellendis noxiis oryzae herbis utuntur. Quæ Campofalgosus, de Anate cum tredecim pullis, mense Decembri, festo Nicolai, in Gallia prope urbem Redonensem, templum tempore Missæ ingrediente, & aram circumeunte, ac unum pullum ibidem relinquente (nescitur quo is se recipiat,) scribit, an fidem mereantur, penes Lectorem judicium esto.

Gel.

Noct. At-
ticar. lib.

17.c.16.

Plin. H.

N. l. 10.

cap. 6.

A R T I C U L U S II.

De Anate Domestica, Indica, Lybica,
& Cairina.

ANAS DOMESTICA Græcis *νήσα* *νήσα*, Arato *νήσα*, interdum alba, aliquando cinerea, sæpe compositi ex utrisque coloris invenitur. Inter marem & foeminam hoc est discriminis, quod ille plumas in Uropygio versus caput surrectas habeat. Quod tam acutam & magnam vocem edit, & tam diu caput sub aqua tenet, asperæ arteriæ debetur, qua bifariam in pulmones devaricatur, vesicam quandam duram &

con-

concam, quæ ubi major apparet, dextrorsum vergit, habet. Famis aliquando & pestis prælagæ domesticæ, mansuetudinis oblitæ, Sylvas cum Gallinis, Anseribus, & Pavonibus petiisse dicuntur.

ANATIS INDICÆ tres descriptiones habentur. *Primæ* caput quod auctum plumis, in summitate cristam plumeam candidam per totam colli longitudinem, quam cum exandescit, erigit, gerit, sanguinis instar rubescit. Totum *collum*, callosa & incisuris distincta caro est. *Rostrum* totum cæruleum. *Collum*, qua corpori jungitur, circulo plumeo nigro, rara pluma alba, maculosa, per ima angustiore, per summa latiore, nitescit: *Extremæ* alæ atque cauda cum splendore ut in Cantharidibus vilescunt. *Fœmina* non ita variegatur, mari alioquin similis. *Alterius* caput albicabat. *Rostrum*, crurac auda, & alarum longissimæ pennæ atrii coloris erant. *Collum* supremum angusta linea nigra ambiebat. In *Tertia* nihil singulare apparet, tuberculum rubrum rotundum si exceperis, quod posteriori rostri parti & cruribus infidet. Id ipsi cum Anate maritima Rondeletii; cujus rostrum & crura rosæ sylvestris colore rubent, caput non sine viridibus maculis, nigricat; commune est.

NB. De anatibus Indicis vide etiam Mantissam. Num. 10.

LYBICA ut à Bellonio describitur, media est inter Anatem & Anserem magnitudine. *Rostrum* habet breve, latum, & in extremo aduncum. In capite inter duo nasi foramina *tuberculum* cerasi instar rubidum. Tempora sine plumis, cute corium rubrum præ se ferente. Genitale sanguinis instar rubrum, tam magnum, ut digiti unius crassitiem, quatuor vel quinque longitudinem æquet. Vocem interruptam tanquam male affectos pulmones haberet. Quam Aldrovandus describit, rostrum denticulatum habebat, toto corpore nigrescens, pectore duntaxat paulo albicante. Scaliger Indicam vocat; & nullam emittere vocem; ova, quæ unicoloria, fusca, rotunda pene sunt, si ad solem despicias, eandem in summo nigredinem, quæ in earum rostris est, habere, adjicit. Si duas nostrates singulis maribus destinaveris, magnum numerum ovorum pariunt. Sed pulli geniti nullam sobolem procreabunt, si Augustino Gallo credibus.

Anatem **CAIRINAM** & marem & fœminam descripsit Aldrovandus. Mas qui fœmellæ major, habet rostrum qua capiti conjungitur valde crassum & tuberosum, in hamum tandem acutum & curvum desinens, nigricans fere, sed prope finem rubidum; caput atrum & cirratum; guttur

sub rostro punctulis subcandidis interstitum. Corpus totum fere atrum. Crura brevia sed robusta. Fœminæ rostrum erat minus tuberosum, qua capite connectitur, linea partim alba, partim rubra fatis lata distinctum. Macula illa, quæ in maris rostro rubra, cinerei coloris erat, cui nonnihil rubri admixtum, &c.

ARTICULUS III.

De Anatibus feris in genere, & in specie de Querquedula.

A Natum Ferarum multæ sunt differentiæ. Nam ut de illis taceam, de quibus acturi sumus, sunt in Insula S. Johannis in America albissimæ, capite rubeo. In Ancyra aliæ quæ voce cornuum sonitum imitantur, libertatis ita amantes, ut per totum etiam triennium in corte nutritæ, si occasio detur, erumpant. Cæterum latirostris omnibus corneus quasi in extremitate *unguis* est, quo cibos apprehendunt; *dentium* loco striæ circa rostrum asperiusculæ, *membrane* pedum in extremo serratæ.

Videbis ipsas passim; in septentrionalibus tanta copia, ut fere cunctas aquas operire videantur: in iis tamen imprimis, quibus subterraneæ venæ calidam exhalationem subministrant, quas apertas circulari & obliquo natatu servare conantur; si vehementia frigoris vincantur, vastum mare pro statione petunt. Migratorias esse, & ad Xanthum fluvium adversus corvos pugnare, quidam credunt. Hyemis tempore aut in ripis fluviorum aut piscinarum aggeribus, aut paludum frutetis latere, aut sylvarum propinqua, hortorumque præsidia petere, verisimilius esse existimo. Sane omni alicubi tempore conspiciuntur. Que in Tugurino lacu versantur, sæpe ad vicinum fluvium Silum, transvolant. Quia minus ibidem à lupis & vulpibus læduntur.

Si frequentes & conglobatas ferri animadverteris, quanquam cælo sereno, imminentem expectabis pluviam; si alas in continente concutiunt, ventum instare existimes.

Præcipuæ ex illis sunt **QUERQUEBULÆ**, quæ *Roscades* & *Phascades* dicuntur, quæque in Minores & Majores dividuntur. **MINORES** quæ Querquedulæ proprie dicuntur, Anatibus sunt minores, rostro, pedibus, & cætera similes. Gula ipsis alba atris notata punctis; venter candidus, alæ in cæcio viridantes; pedes cum membranis nigris cinerei. Vivis ventre deplumato in colica malum ad se trahere Abdomini appositas, experientia docuit. Species plures apud Aldrovandum invenies, ex quibus *Iaponicæ* priores quæ ad scapulam sunt

Martyr. de ut. Oceanil. 1.

Locis. Olaus Magnus H. Sept. l. 19. c. 6.

Præstigiua.

Schwëkf. in Avenario Siles.

sunt pennæ, rosei obsoleti coloris, sed maculis femilunaribus nigris notatæ erant. Sequentes partim albæ partim virides conspiciantur; omnium longissimæ cæruleo vegetissimo decorabantur colore.

Ad has *ANAS circia*, *Kernell* circa Argentoratum dicta, *Querquedula cristata*, referuntur. *Circia* mergulo paulo major est, corpore fusco, rostro latiusculo. Calculis & seminibus herbarum aquaticarum victitat. *Kernell*, habet Rostrum Indici coloris, caput rufum, punctis albis respersum, verticem nigrum, gulam albam, alas cinereas transversis duabus lineis albis distinctas. Pectus rufum, crura fusca. *Cristata* quam Bellonius Colymbim vocat, corpus est rotundum viriditate gemans; occiput Onocrotali insiar cristatum, oculi ære polito splendidiore; sub quibus juxta rictum lata utrinque visitur macula. Crura brevia, pedes lati, pectus cum capite & collo nigrum, venter plumbeus.

BOSCADES MAJORES sunt aspectu cinereæ: Mas in collo radiantem quasi Pavonis pennas colore ex viridi & cæruleo composito habet, torquem circa collum album, & in alis versus ventrem colore splendente sunt, vel *Minores*, quibus caput viride, rostrum subflavum, venter ex albo cinereus & varie maculosus, crura rubentia, Aristophani forte *περιζοομένων* dictæ: vel *Majores*, quæ coloribus cum illis magna ex parte conveniunt, & Stertentem quod rostro fundum fodientes victum perferunt, dicuntur. Amant glandes & avenam. Congeneres ipsis *Anates* à victu *Graminea* seu Junceæ, Schmitentem dictæ, rostro & pedibus nigris, corporis colore dilutiore. Quam Bellonius *Anatem Torquatam* esse credit, & *περιζοομένων* Aristophanis, mediæ est inter Anserem & Anatem magnitudinis, moribus Anserinis, sed voce magis obscura, quæ ex ovis à rusticis inventis & Gallinæ subjectis prodidit, dicit; illam Gesnerus Picam marinam esse, pedibus palmatis rubescentibus, & ad posteriora magis positis quam cæteris palmipedibus; rostro, renuiore magis latitudine se demittente, quam longiore processu se extendente, quatuor incisuris rubis à summa, duabus ab ima parte sulcata, in colore pallentis ochræ, esse asserit.

ARTICULUS IV.

De aliis Anatum ferarum speciebus.

PRæter Boscades, sunt & inter Anatum ferarum genera, *Glaucius*, *Anas fusca*, *Muscaria*, *Platyrynchos*, *Fistularis*, *Caudacuta*, *Nigra*, *Herle Tadorne*, *Puffinus* & *Pe-*

nelope avis, de iis quorum Aldrovandus lib. XIX. cap. 45. mentionem facit, taceo.

Pro *GLAUCIO*, quem Athenæus ab oculorum colore ita dici, & Anate minorem esse scribit, Morillanem nobis Gallicum Bellonius obtrudit. Cujus rostrum in margine ferræ instar incisum est. Collum circulus quidam coloris albicantis cingit. Caput totum ad mediam colli regionem ferrugineo saturato ornatur. Linguam habet adeo carnosam, ut prope radicem gemina videatur. Nullum fel, jecur in duos distinctum lobos, quorum unus ventriculo incumbit, intestinis alter. *Victitat* feminibus herbarum, quæ in ripis nascuntur, astacis tenellis, limacibus, mellepedibus aquaticis & aliis. Congenerem ipsi eam, quæ Gallis un Tiers, dicit, medio inter Morillonem & Anatem marem colore.

FUSCA à colore dicitur. A media magnitudine, quidam *MEDIAM* dixere. Gesnerus eandem cum Rothalsa, unde *Erythrocephali* quoque nomen meruit, & veterum *Penelope*, quod similiter *πελοπέ*, & *ποικιλόειρος* fit, hoc est collo puniceo & vario, facit. Triplicem ejus descriptionem apud Aldrovandum invenies. Fœminæ caput non rubet, sed maculas aliquas flavas habet.

MUSCARIARUM (dicuntur ita quod muscas capiant) tria sunt genera. *Unum* quod laminam rostri superiorem habet plane croceam, dentes utrinque ferratos, membranaceos flexiles, eminentes. Colorem plumarum per totum corpus varium. Helvetiis *Muggrate*. *Alterum* corpore magno, coloris elegantissimi in lacu Podamico circa Constantiam visitur. Murente & Mossente à palustri cœno vocantur. *Tertium* *Miscenis* *Pillente* dicitur, rostro longo, molli & cinereo. Musci fuscis suspensio gradu ingrediens insidiatur, & vocem noctu lamentati similem edit.

PLATYRYNCHI seu Lati rostræ in plura genera disperguntur. Sunt qui rostrum clypeorum instar convexum & longum nigricans habent. Et quia inter volandum alis suis ita perstrepunt, ut sonus crepitaculorum repræsentetur, *Scheletentem* dicuntur. Quibusdam qui *Taschenmaul* Helvetis, inferiorem rostri laminam superiorem ita ut tota intra eam includatur, subire, dentes ab utraque rostri parte molles, flexiles, rectos, & omnium longissimos esse, adjicit Gesnerus, sunt quibus idem duplo ferre quam in cæteris latius habetur: idque in mare nigrum, in fœmella modo flavescens modo maculis varium visitur. Dantur & *platyrynchi pedibus rubris*: & alii *rostro nigro & plano*, quorum descriptiones apud Aldrovandum habentur. Pertinet ad eos, *Clangula* cujus mas secundum oculos, qui pulchri sunt, utrinque maculam

Bellon. d. pud Aldrov. Ornith. l. 19. c. 38.

Bellon. in Hist. Avium.

Gesner. in Ornith.

albam, caput magnum, & in nigro viridans habet, fœmina & virore & macula destituitur. *Fuligula* à fuligineo totius corporis colore ita dicta, cujus rostrum breviusculum latumque, linea alba, alas prope finem transversim secat. *Cirrhata*, Volente à corpulentia, gallinæ magnitudine, cujus mas apicem in vertice gerit nigris pennarum cirrhis conditum, prope quem pennæ utrinque ex nigro virent.

FISTULARIS, à sono acutiore quem fistulæ modo emittit denominata, rostrum habet colore isatidis, circa unguem ductus quasi fila nigros, collum nigro rubroque varium, tergum partim plumbeum, partim rubris nigrisque pennis temperatum. In Fœmellis nihil tale cernitur.

CAUDACUTÆ rostrum superne nigrum, à lateribus isatidis dilutæ imitatur colorem. In fœmella cum maculis nigris cinereum. in alis pennæ infimæ transversim albæ; mediæ in nigro gemmantes, viridi, & damasceno, extremæ nonnullæ flavicantes, quæ fœmellæ denegata sunt.

NIGRA à corporis colore ita dicitur. Linea alba per ejus alarum longitudinem excurrit. Rostrum nigro luteo & rubro distinguitur. Pedes rubeunt.

HERLE; ut Galli vocant, rostrum habet rotundum & in extremo recurvum, rubrum, utrinque striatum, colorem mali aurantii, Linguam ferratam, alas candidas, pedes rubeos. Gesnerus eum inter Mergos relegat.

LA TARDONE corpus totum esset candidum, nisi alæ superius nigrescerent, ubi & linea rubra utrinque conspicitur. Rostrum habet breve, in superna parte rubicundum, à lateribus utrinque versus narium foramina macula nigra notatum, extremitate in aliam unguis instar desinens. Crura paulo altiora. Torquem, qui pectus ambit rubrum, cum tota ventriculi regio candicet.

PUFFINUS avis est marina, colore fusca; pennis caret, sed plumis tantum ceu lanugine quadam vestitur. Itaque subvolare non potest. Si quando ocyus locus mutare instituit; alarum, pedumque extremitate nixus, aquas celeriter quasi prorepens præterlegit. Alga & cochleis victitat. Sale conditur & tempore quadragesimæ editur in Anglia.

PENELOPEN avem Anati similem, magnitudine columbæ, scholiastes Aristophanis facit. *Jon* φωνιστὸν, id est, phœnicæ coloris collum habentem ponit. Gesnerus illam esse putat, quam Germani *Notthals*; Bellonius Canne à la teste rousse vocat. Capite est rubro, gutture & pectore

nigro, reliquo corporis colore plumbeo; rostro, cruribus & pedibus fuscis. Marem descripsit Aldrovandus exacte, quem vide.

CAPUT IV.

De Fulica, Cotta, & Rallo Italarum.

FULICA, quam quidam Phænen, quæ ossifraga est, esse credunt; quidam ex veteribus, ut Cicero, Erodion, nonnulli Cephum Aristotelis; alii nec forte male *αἰδύνας*, cum à fuligine ita dicitur, putant, quæque Kiranidi Phalaris, Alberto Mergus niger, & pullus quaticus dicitur, avis est magnitudine Gallinæ; colore per totum corpus nigro, in collo & capite nigerrimo, collo oblongo, syncipite glabro figura ovali, alba pellicula, figura cristæ gallinacæ respondente, intesto, specie calvitii. Digitis pedum membranæ nigræ latæ, sed divulsæ adhærent, & utrinque aut ab altera saltem parte secantur. Internodia membranarum semicirculos fere constituunt. Recta pedibus incedit, velociterque currit. Lingua quam Gallinæ mollior, unguis grandiusculi ac nigri. Alæ ad reliqui corporis convexum incurvatæ. Ventriculo *lien* adhæret, una ex parte gracilis & tenuis, altera vero in extremo crassior, atque soleæ equi instar inflexus, dimidiæ juglandis latitudine. Lobo *hepatis* dextro folliculus fellis auricularis digiti magnitudine annectitur. *Pulmones* costis adhærent. *Intestinum* rectum appendicibus utrinque singulis palmi longitudine, extremo sursum reflexo, instructum invenies, si illud in superna parte aspexeris. Ova intus formata & lumbis annexa jam inde ab hyeme etiam obtinent. Nullum *sexus* discrimen, ut in cæteris avibus agnoscitur. Sunt tamen aliæ aliis interdum in ventre colore magis spadiceo.

Locus palustribus & stagnantibus delatatur. Maro marinas appellavit. Herbis & quovis seminum genere vescitur.

Nidulatur humi, & ova magnitudine ovorum Gallinacæorum æstate ponit. Cum per serenitatem relictis paludibus in sicco ludunt, vapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam, sursum attolli sagaciter odorantur, & ventos præfagiunt, ut apud Virgilium legimus. Procellas voce testari, Cicero author est. Obscurus quidam, dum alas quatiant, aquam; dum se submergunt, simulque alas quatiant, ventem prædicare tradidit.

Genus illud quod *Marcol* Frisiis audit, cadaveribus pascitur. Ova inter arundines parit; quibus ab incolis, uno relicto, ablati-

De la Cerdas per Virgil. Georgic. l. I. Descriptio.

Bellon. apud Aldrov. l. 19. c. 13.

Locus & Vetus.

Partus.

Arat. in Phœnom. Virgil. Georg. l. I. Cicero in Progn.

tis, & nido perforato, reversa alia & alia, fraudes nescia ponit, donec effæta exhauriatur.

Quam parisienses *Diabolum marinum* vocant, colore est tam exquisite nigro, ut penicillo inductus esse videatur, albam capitis maculam latiore quam Fulica habet, crura ad se attrahit.

COTTA Anglorum avis est. Fulica paulo minor, forma & colore similis. Rostrum tuberculo quodam rubeo ipsignitur, crura rubent, nulla syncipitis conspicitur macula. Urinando ad maris usque fundum, alga, limo, gramine, parvisque

cochleis nutritur: piscibus abstinet. Negant eam diutius posse volare, quam pedis cavo hausta, priusquam volet, aqua, retineatur.

RALLUS Itolorum in eo à Fulica differt, quod rostrum habeat nigrum, plus albi in alis & circa oculos coloris, crura subviridia, calvitium nullum, membranas inter digitos non ita dissectas. Mœstris rure non procul Venetiis distante magnis capitur expensis. A famulis, qui venaticorum canum vice cothurnis induti per aquas errant, fustibus exturbantur. Hinc præda Falconum insidiis fiunt.



O 2

H I

AVIBUS:

LIBER V.

De Avibus Aquaticis, Fissipedibus.

TITULUS I.

De Aquaticis Fissipedibus Carnivoris.

CAPUT I.

De Ciconia.

Descri-
tio.

Iconia Græcis *πικαργός*,
& *πικαργός*, quibusdam
κίκυψ, & *κικκρά*, avis est
apud nos notissima,
pennis albis & nigris,
cruribus albis, rostro
Gruino subrubro &
crasso. Tempore Pli-
nii affirmabatur lin-

Plin. H.
N. I. 10.
cap. 23.

Aldro.
Ornith.
l. 20. c. 1.
Locus.

quam non habere, habere, illamque subru-
bram & brevissimam notum est. Degebant
quoque olim in Italia, nunc nullas esse opi-
natur Aldrovandus.

In Fiderate agro, nec nidum fecisse
apud Plinium legimus; qui pariter easdem
amœnum arbusculo locum in Transpadana
Italia non permeare; sicuti nec octavum
citra lapidem ab eo, refert. Sed & in Bri-
tannia ignotas esse audivimus, creditum-
que vulgo non nisi in liberis regnis versari.
Migratoriam esse avem certum est, sed
quonam è loco venirent, aut quo se refer-
rent, in compertum antiquiserat. Ex lon-
ginq̄ venire non dubium, eodem quo
Gruës modo, illas hyemis, has æstatis adven-
nas. Extractus ex quodam prope Metim in
Lotharingia lacu junctarum globus; quæ
thermis excalescens revixerunt, si Cam-
pofulgo credimus. Sed & ex Lario lacu
eductus (simul rostra in ano inserta habe-
bant) & rite eodem restitutas modo,
Gaudentius Merula author est. Bello-
nius in Ægyptum in Æthiopiam avola-
re scribit. Septembrique & Octobri men-
se totam Ægypti planiciem occupare, o-
cularus testis affirmat. (Cum circa A-
bydum, inquit, essem, vicesimo quarto die

Campo-
ful. Me-
morab. l.
1.

Augusti, ingentem ciconiarum vim con-
spexi, quæ ad tria vel quatuor millia ac-
cedere videbantur. Volabant illæ à Rus-
sia & Tartaria, & Hellespontum agmine
decussato transversum trajiciebant. Et
cum supra Tenedum insulam essent. Lon-
go per anfractus tractu se convertebant,
donec in circulum omnes collegerentur.
Inde priusquam longius à faucibus Pro-
pontidis pergerent, in minores aliquot tur-
mas supra viginti se distribuebant, & se in-
vicem versus meridiem sequebantur.) A-
bituræ congregantur in loco certo, comita-
tæque sic, ut nulla sui generis relinquatur,
nisi captiva aut serva, ceu lege, prædi-
cta die recedunt. Nemo vidit agmen dis-
cedentium, cum discessurum appareat:
nec venire, sed venisse. (De incolis ubi
moraturæ sunt, intellige) utrumque no-
cturnis sit temporibus. Et quamvis ultra
citrate provolent, nunquam tamen ad-
venisse usquam nisi noctu existimantur.
Pythomes comen vocant in Asia paten-
tibus campis, ubi congregatæ inter se
commurmurant: eam quæ novissimo ad-
venit lacerant, atque ita abeunt. No-
tatum post Idus Augusti non temere visas
ibi.

Plin. H.
N. I. 10.
cap. 23.

Vescuntur ranis, anguibus & piscibus,
bis in ejus ventriculo dissecto aviculæ ossa
reperit Schwenkfeldius. Bufonem non
nisi summa fame gustant. Hinc nocere
iis, omnibus quidem locis nefas du-
cunt, sed in Thessalia vel maxime,
ubi serpentium immanis copia est, quos
dum escandi gratia insectantur, regio-
nibus Thessalibus plurimum mali de-
trahunt. Capitale iraque occidisse, ea-
demque legibus poena quæ in homici-
dam.

Vetus.

Solin. in
Polyhist.

Plin. H.
N. I. 10.
cap. 22.

Nidulari in agro Varro innuit. In sum-
mis urbium tectis, ipsis etiam fumariis,
certum

Partus.



Ciconia



Ibis Bellon



Ciconia Nigra



Phaenicyperos



Ardea minor



Ardea Cinerea alia



Ardea Cinerea Major




Ardea Reiger



Ardea Cinerea minor





certum est, nec dubium aridarum aliquando arborum summitates sectari. Primo adventu veteres nidos repetunt, salvos à for-
dibus repurgant, tempestate læsos instaurant & constabiliunt. In iis duntaxat Veneri indulgent. *Ova*, triginta non amplius diebus, fœminam quatuor Anserinorum tum magnitudine tum colore similes ponere, eaque quamprimum variatis utrumque plumis Fovere Encomiastes author est.

Solin. cap. 41.

Incubatus spatio mensis tempestate benigna absolvitur, & tam impense nidos fovent, ut incubitus assiduitate plumas exuant. Tam flagranti amore fœtus prosequuntur, ut in incendio Delfensi, cum subtrahere non possent, cum iisdem alis contactis interire, quam deserere maluerint.

Vox.

Vox earum est apud quosdam *glotterare*. Quia sonus ille ex duabus rostri partibus ad instar crotali vel crepitaculi, quod ex duplici area lamina, vel duobus officulis se invicem collidentibus inter se colifis fit, Crotaliftria à P. Syro vocatur.

Volatus.

Nunquam Austro flante *volant*, dum feruntur, pedibus cursum moderantur, porrectisque in caudam que brevior illis contigit pedibus, per aëra contendunt. *Dormientes* uni tantum pedi innituntur, & caput humero alteri imponunt.

Affectus & Ingenium. Æl. H. A. Paul. Diacon.

Cum Cornicibus, Aquilis, Mergis & Vespertilionibus *inimicitias* gerere proditum à quibusdam Præsagam esse avem docuere exempla Pressa obsidione ab Attila Aquileja, urbem cum pullis deseruit. Inde augurium ab oppugnante sumptum est, & urbs in potestatem redacta. Cum tempestas imminet, utroque pede innixa, pennas tristior infundit, rostrum in pectus condit, & vultum eo unde tempestas ingruit obvertit. Ex earum cum carnivoris in Lycia conflictu de proventu judicatur anno. Si penes has victoria, pecora feliciter succedunt. Si illæ palmam abstulere, frugum fertilitas præfagitur. Quod vulnera origano sanant, & Platoni foliis vespertilionis à nidis arcent; quod rostro cum alvus non dedit, excrementa ejiunt; quod denique lapidem lychniten, serpentum averruncam nido imponunt, ut apud Philostratum legimus; *ingenio* debetur. Lapis in mulieris Tarentinæ sinum coniectus, quod ex Æliano & Oppiano habemus; & recens Zingiberis radix Vesaliensi hospiti allata, in gratitudinis exempla ibunt.

Æl. H. A. l. 6. c. 47.

Philostat. in vit Apollon.

Æl. H. A. l. 8. c. 22.

Gesner. in Ornith.

Ælian. H. A. l. 8. cap. 20.

Ciconiam fœminam adulterii, postquam hospes prohibuisset aquam, compertam, à maritis aliis discerptam: Alcinoën in Cranone Thessaliæ fœminam, quæ thorum Domini absentis polluerat, excœcatam, tanquam castitatis testimonia legimus. Ciconiarum legum apud Aristophanem nomen, inde originem traxit, quod in senectute parentes & alunt, & humeris gestant.

Edubantur ante Plinii ævum; id Sempromius Ruffus, quem Horatius tangit, instituisse creditur. Nemo jam attigisse velit, seu quod venenatis vescatur, seu quod flavam, duram, & mali succi carnem habeat.

Ufus.

Usum in Medicina si attendas, Assam si semel anno edatur ab arthritide præservare nugatur Kiranides. Nec capras, nec oves peste infici quidam scribunt, si ex ventriculo aqua intrito singulis cochleare unum infuderis. Fimum ex aqua haustum nonnullorum fide comitialibus prodesse prodidit Dioscorides, refutavit Galenus, cum adipe suillo in Emplastri formam mixtam inveteratam podagram tollere, apud Aëtium & Myrepsum invenies.

Dioscorid. Parab. l. 1. Galen. simp. lib. 10. c. 17. Aëtius. lib. 12. cap. 44.

Datur & Ciconia, quæ quod dorsum totum nigrum si eminus spectetur, habeat, NIGRA dicitur. Reperitur in montanis & sylvosis Helvetiæ locis. Forma & magnitudine à Ciconiis proprie dictis non differt, qua parte alæ junguntur corpori, oblonga cavitas retrorsum extensa cernitur. Intestina sunt involuta. In femore dissecto nervi quatuordecim magnitudine differentes, quorum duo latissimi in genu partem cartilagineam se inferebant utrinque. Vescitur scarabeis & locustis. Nidulatur in abietibus. In cibo ferinum & piscosum præ se fert odorem. In festatur pediculis.

Gesner. in Ornith.

C A P U T II.

De Ibide & Phænicoptero.

IBIS in multis cum ciconia convenit, *vere* *παραπρόδες ὄρνις*. In duplici autem sunt apud Ægyptios differentia. *Candida*, quæ ad Pelusium tantum non sunt, cum in tota habeantur Ægypto; & *Nigra*, quas Pelusium duntaxat alit, tota Ægyptus abhorret. Capite ista est corvi aquatici, rostro mucronato, incurvo, fornicato, rubente, & qua capiti jungitur, pollicis crassitiem superante. Abdito in pennas quæ sub pectore, capite & collo, cordis signaturam exprimit. Simulac nata est, duas æque drachmas ponderat, ut Plutarchus prodidit. Majus pro corporis proportionem habere, Gaudentius Merula author est. *Intestinum* Nonaginta sex cubitorum, ex aliena fide apud Ælianum legimus. Comprimitur id defectioe lunæ, donec aucto rursus splendore fulgeat.

Descriptio.

Plin. H. N. l. 10. cap. 30. Arist. H. A. lib. 9. cap. 27.

Ægypto est peculiaris, mortem sibi fame exportata consciscit. Nullum non Alexandriæ trivium iis plenum est. Dicuntur tamen & circa Licham in extrema Aphrica, ubi lacus quidem dulcis est conspici. Quam se in Alpibus vidisse referente Plinio. M. Egnatius Calvinus prodidit, Nigram fuisse suspicamur.

Merula. l. 3. Memorab. cap. 50. Ælian. H. A. l. 10. cap. 29. Loc. Ælian. l. 1. cap.

Vetus.

Cicero.

l. 1. de

Nat.

Deorum.

Æl. l. 10.

cap. 29.

Ammian.

Marcel-

lin. Me-

la in de-

script.

orb. Jo-

seph.

Antiq. l.

2. c. 10.

Arist. de

Gener. l.

3. c. 6.

Pariis.

Vescuntur serpentibus, bruchis, locustis. Illos volucres ex vastitate Lybiæ ventu Aphrico in vectas interficiunt atque consumunt. Nec hoc intra Ægypti fines tantum. Sagacitate enim excitata, venturis in procinctum eunt universæ, & priusquam terminos proprios eternum malum vastet, in aëre occurrant catervis pestilentibus. Ibi agmen devorant universum. Moses in Æthiopia per loca serpentibus infesta iturus, papyraceis inclusas secum tulit.

Quantum ad *Generationem*, Ægyptii ore coire & parere nugabantur. Nidificant in palmis metu felium. Ex ovo Basiliscus nasci putatur, translato ex venenatis cibus in illud seminio. Vita ipsis longissima adeo ut Hermopolis sacerdotes immortalem jactaverint. Penna, Crocodilus, scribente Æliano, & Ovo immobilis redditur; sed omne serpentum genus ad eius contactum rigere, Philes tradidit. More lautarum mulierum tardo & molli gradu ingreditur; cubile petitura se purgat. Rostrum aduncitate per eam partem se prodiit (falsugine autem utitur) qua reddi ciborum onera maxime salubre est.

PHANICOPTERUM qui à calore ita dicitur, Lingulacam seu Gloridem Aristotelis esse credit Bellonius, si Scaligeri descriptionem sequimur. Rostrum neque rectum planæ, sed neque aduncum habet. Scythici arcus potius partem imitatur. Cinereum colorem nobilitant alarum puniceæ pennæ; à quibus & nomen. Earum quoque nonnihil ad caudam, quam hujus generis longi cruris levibus brevissimam habet, ac veluti præcisam. Sub rostri initium ad colli commissuram sinus turgidus est qualis in Ardeola. Crura pedesque alis habet concolores, sed adeo breves, ut cum in homine Galenus agnoverit longissimos, huic omnium quæ nota sunt nobis animalium, brevissimos attribueret potuerit. Magnitudo ei Ardeæ, Flammant nomen in Provincia. Habet & alterius iconem Aldrovandus, qui ex cinereo phæniceo & albo mistis coloribus spectabatur. Superior mandibula, in medio notabili extuberantia insignis, inferiore longior erat, & in acutissimam aciem desinebat.

De loco nihil fere certi. Nil avem disertissime facit Heliodorus; ex Flandria hyeme ad Narbonensis Gallia provinciam volare scribit Gesnerus; in mediis stagnis marinis degere; piscibus & cochleis vesci, reliquit Rondeletius.

Apitium linguam Phænicopteri præcipui esse saporis pronunciasse, Plinius Author est. Heliogabalum vero palatinis suis ingentes dapes extis & cerebellis illorum refertas exhibuisse, tradidit Lampridius.

Locus.
Heliod.
lib. 6.

Ufus.

Lamprid.
in Helio-
gab.

CAPUT III.

De Ardeis in genere.

Quam Latini Ardeam seu ab arden- do, quod finis ejus exurat, seu quasi arduam propter arduos volatus vocant, illam Græci ἰπάρδιον, seu quod ἰπάρδιον, id est sanguinem coitu exudet; seu quasi ἰπάρδιον avem Amori & Veneri propriam, dixere.

Genera ipsarum tria Aristoteles & Plinius faciunt, *Leucum*, *Pellum*, & *Asteriam*; Scalliger album, nigrum & subfulvum, quod Pigrum Vasconia vocat. Aldrovandus innumera observavit. Corpus ipsis leve, exile, macilentum. Collum longum. Rostrum longum, crassiusculum, robustum, intus cavum, in extremo acutum. Dignitatem pedum terni longi, membranis modice juncti. Quartus retro pro calce similiter longus est.

Deunt numerosæ circa paludes & stagna in Bononiensi, Ferrariensi, Mantuano, & Ravennate agro; reperiuntur & in Angliæ quod ibi capitale sit eas occidere. In Gallia Ardearia instituta habentur. Pulli volandi compotes ultra citroque comitant, deinde domicilia repetunt. In Insulis novi orbis quæ Ardearum dicuntur, tantam ovorum Hispani invenerunt copiam, ut multos iis currus onerarent. Ab Agricola inter eas aves numerantur, quæ calidiora loca quærunt. Confecta hyeme ad solita revertuntur.

Vescuntur piscibus & ostreis. Illos dum capiunt, solis radios ita excipiunt, ut visa ipsorum umbra refugiant. Hos cum testis devorant, quas à colore interno apertas, revomunt. Anguillas quoque integras deglutiunt. Ad pedem tanquam ad illicium concurrere pisces creduntur. Si oleo ex ipsis per descensum distillato inungantur manus, pisces ita advolabunt, ut sponte capi possint. Piscatores Hirschbergenses illicium ex farina hordei, carnis cancerorum ex chelis & caudis, placenta lini expresso oleo parte una, vitellis ovorum tribus, pinguedine Ardeæ & olei laurini ana unc. ii. cum petrolei & Camphoræ ana drachmis duabus conficiunt. Mirifice pisces illi- ciuntur.

In coitu angu, mares etiam cum vociferatu sanguinem ex oculis profundero, nec minus ægre parere gravidas, Aristoteles, sed falso prodidit. Vidit sæpe coeuntes Albertus, cruribus super dorsum foeminae flexis, ita ut pedes maris ad caput foeminae sint, & genua versus excrementi sedem super dorsum. Motu alarum se sustinent & semen infundunt. Nidificant in sylvis, locis paludosis, alnis & falicibus confitis ac fere inaccessis gregatim. Sic & ab aucu- pibus

Genera.
Arist. H.
A. lib. 9.
cap. 18.
lib. 10. c.
60.
Scalig.
Exercit.
233.

Locus.

Vetus.

Schwëk-
feld. in
Aviar.
Siles.

Pariis.

cupibus, & à rapacibus immunes se putant. Cancros ceu fascinationis amuletum nidis suis imponunt, si Æliano credimus. Carvo adversus infestinantia nidos suos animantia se munire, prodidere nonnulli.

Ælia. H. A. l. 8. c. 35.

Volans. Arist. l. de incessu Animal.

Volant extensis retro pedibus. Ideo illis Uropygium inutile; collo contracto; tam alte, ut supra nubes transcendant, maxime cum jam futuræ imminent pluviam.

Aff. Etus Ælia. H. A. l. 5. c. 35.

Inimicitias cum Alauda, ovorum suorum hoste, vulpibus, cochleis & Rapacibus exercent. Sæpe cochleæ è nativis egressæ testis, in magna securitate pascuntur; Ardeæ in vacuas involant. A Falcone depressa, rostro sub alis condito ac fursum elato, irruentem excipit. Sæpe ambæ elisis interaneis humi affliguntur enectæ. Accipitrem excrementis suis, quæ pennas ejus & pedes insciant, & exurunt, repellunt. Fertur Falcones, quod Crescentius prodidit, si sanguinem Ardeæ gustaverint, omne desiderium capiendi Grues amittere; si carnem absque sanguine, videri non teneri.

Crescent. de Agri- cul. l. 10. c. 15.

Præsagium. Oppian. in Ixeutic. Aratus in Phœnom. Plin. H. N. l. 18. c. 31. Ælia. H. A. l. 7. c. 7. Usus.

De *Præsagiis* hoc sufficiat. Ventum vel pluvias innuere, vel cum caput pectori imponit; vel cum notas paludes deserit, & supra nubes attollitur, vel cum terra relicta multo cum clangore adfestinat; vel cum obstrepero clangore à mari ad terram avolat; vel cum in mediis arenis tristis residet.

Mensis in Gallia expetuntur. Sed cum caro illarum pisculentum quiddam redolet, & fibrosa sit, salubris esse non potest. Quæ de rostri seu in pelle asinina fronti alligati ad somnum conciliandum, seu cum cancri felle in eadem ad vigilantis collum suspensi, ad vigilias inducendas Plinius vel Kiranides prodire, inter fabulosa reputo.

Plin. H. N. l. 30. c. 15.

C A P U T I V.

De *Ardeis in specie.*

A R T I C U L U S I.

De *Ardea Cinerea.*

ARDEÆ cinereæ tria sunt genera, *Major*, nempe, *Minor*, & *Congener*.

ARDEA CINEREA MAJOR quæ Aristoteli Pella, seu pulla & fusca, cui superius dicta omnia fere congruunt; Rostrium habet longum, prope frontem crassum, quod ita tenue pedetentim evadit, ut tandem velut in acum aliquam magnam designat. Capiti cinereus, cirrhus ex tenerioribus pennis insidet, qui à syncipite incipiens fursum supra oculos per verticem erigitur. Digitus posticus longiusculus est, & fere anticis longitudine æqualis.

Nidulantur in excelsis arboribus non procul à fluminibus, tam apud Anglos quam Gallos. Quia piscibus pullos nutriunt, & multi, cum ori inferuntur, in terram decidunt, idem cum pluvia à multis decidisse putantur. Franciscus I. Rex Gallorum tam cicures reddidit, ut à pastu redeuntes ad Ardearia sese reciperent.

MINOR prout à Bellonio describitur, rostrum habet nigrum, concavum; Lineam in fronte ab uno oculo ad alterum candidam. In capite & dorso pennas coloratas. Alas cinereas inter pennas verticis nigras exoriuntur candidæ exiles, aspectu jucundissimæ. Nidificat in ripibus.

CONGENER, Ardea, rostrum habet pollicis crassitudine, digiti minimi juxta nares latitudine, intus canaliculatum, inferne corneum & roseum. Plumæ capitis, colli, dorsi, & superiorum alarum ex cinereo fuscescentes, extremas omnes macula ruffa notatas. Ventrem fere ex cinereo album. Crura subviridia, & pedes in digitos fissos, quos tamen divaricationis initio breviuscula membra conjungit. Ad hanc refert; quam Gesnerus describit, cui rostrum est subflavi coloris, marginibus acutis, & parte anteriore leviter dentium loco exasperatis, ferratisve. Caput & collum candida. Crista capitis è plumis nigris retrorsum tendit. Dorsum & alas cinereas. Unguem medii digiti ab altera parte denticulatum.

A R T I C U L U S I I.

De *Ardea Alba.*

ARDEA alba, Græcis *λευκοπόδιος*. Ciceroni Platelea, Plinio Platea, Alberto Cochlearia dicitur. *Corpus* habet instar cygni candidum. *Rostrium* nigrum pauculis notis ferrugineis superiori parte respersum, substantiæ coriaceæ duræ, cochlear referens. In quibusdam ad carneum colorem proxime accedit. *Fœminæ* superius maculis rubeis conspergitur. In maris vero rostri medio, linea quædam qualis etiam in circumferentia conspicitur, à fronte ad rostri apicem usque conspicua est; prope oculos macula cærulea, quæ in fœmina lutea est, visitur. Quædam maculis in collo & dorso pulcherrimis, colore coccineo consperguntur. *Interiora* si inspectes in dissecta apud Aldrovandum fœmella, *Lien* erat exiguus, nigricans, rotundus, dextra parte, prope folliculum bilis non procul à ventriculo. *Intestina* sinuosa, uniformia, novem spithamas longa. *Cor* nullo pericardio vestitum. *Ventriculus* lævis, intus & simplex. *Ingluviei* loco pars ventriculi superiori orificio imminens, ampla capacitas. *Aspera arteria* cygneæ valde similis, licet contrario modo sita. Nam quemadmodum

Descriptio. Plin. H. N. l. 10. c. 40. Cic. l. 2. de Nat. Deor.

in Cygno ad sternum ascendens post descendit; ita hæc ad pulmones recta percurrens, suos flexus agit invicem oppositos. *Ossa* tibiæ aperta, medulla rubra erant plena. *Reperitur* in Gallia, Anglia, Bohemia, non tantum marinis locis, sed & palustribus. In Holandia non longe à Lugduno infinitos earum nidos vidimus.

Vicius.

Vesuntur piscibus, ranis & serpentibus, ut quidam produnt. nec vel herbas aquaticas virides, & ramenta radicum geniculata arundinum, vel intestina Gallinarum aspernantur. Facile *coeunt*, in arboribus nidulantur, & pariunt, ad quatuor fetus alunt, qui à ferini saporis cultoribus commendantur. Gesnerus sibi gustanti Anseri non dissimilem visam ait; & apud Anglos in deliciis habetur.

Arist. H.
A. l. 9. c.
18.

Huc plurimæ aliæ Ardeæ referuntur.

Gesner. in
Ornith.

I. **GARLETTA** Italarum, ut Gesnerus vocat, avis cum Ardea per omnia, colore excepto, congruens. Quam Gesnerus Ferrariæ vidit, *rostrum* habebat longum acutum; in crista capitis dorsum versus pennæ oblongæ ad duos cum dimidio dodrantes, circiter sex nascebantur, quæ aliquando magno vendebantur precio. *Pedes* nigricabant: inferius tamen subito in medio cruris, niger color desinebat, & viridis è glauculo suberat ad extremos usque unguis. *Minimus pedis* digitus binis articulis constabat; proximus ab eo ternis, medius quaternis, ultimis quinis. Cum hac eandem illam Aldrovandus facit, quæ habebat rostrum supra nigrum, infra cæruleum, oblongum; caudam brevem, rariores aliquot in dorso illasque oblongas pennas, quibus pileos & galeas proceres exornant, tres in capite pinnas, breviores & coloris albi, quæ cristam efficiebant.

Aldrov.
Ornith.
l. 20. c.
14.

II. **EGRETTE** Gallorum, quæ & *Hæmatopus*, *Phœnicopus*, & *Cirris* Virgilii. ut Scaligeri pater & filius adstruunt, dicitur. Omnibus fere Ardeis minor est, tota fere ex croceo, ad colorem castaneæ vergens, prone intensius, supine & super alis remissius. *Collo* brevi; *rostro* robusto, longo, acuto, bicolori; qua caput tangit viridi, vel ex viridi ad cæruleum inclinante; *cruribus* & pedibus, rubri saturati coloris; *cauda* tam exigua, ut ea prorsus carere videatur.

III. **SQUAIOTTA** Italarum. *Cauda* brevi, *pedibus* viridibus, *rostro* luteo in extremo nigricante. *Apex capitis* triginta plumis constat, quarum mediæ albæ sunt, extremæ nigræ, in tergore pinnae elegantes coloris rubicundi in suis radicibus albæ.

Congener ipsi & ista *rostro* maxime arcuato, colore prorsus leucophæo. *Avis* est aspectu non inveniusta. *Prone* ad col-

lum & pectus, quod nigris maculis, ut in Ardea deorsum descendantibus conspersum cernitur, albicat. Cætera tota est leucophæi coloris, prone remissioris, supine intensioris. *Femora* in ea, contra ac in reliquis pennis vestiuntur.

Ex Ardeis quoque albis sunt, tum ea, quæ *Garzetta bianca* dicitur, *rostro* longo gracili, acutissimo, digitis postico omnium minimo, anteriorum medio longissimo, inter oculos & rostrum maculata, tum ea quæ vertice est croceo, pedibus pro portione corporis longissimis, fuscis, albicantibus annulis circumdatis. *Ungue* medii digiti cæteris longiore, ferrato.

ARTICULUS III.

De Ardea Asteria sive stellari.

ARDEA stellaris triplex genus est, *MINUS* Aristoteli, *Majus* & *cristatum*. *MINUS* Aristoteli, *Taurus*, *Plinio*, *Botaurus*, *Butorius* & *Buttora* aliis, dicitur, & quibusdam *Ornocrotalus* esse putatur. *Collo* est longo & mire plumoso. *Capite* nigro, corpore reliquo fusco & pallido maculis nigris densissime asperso. *Pedes* habet longissimos & inter extremos unguis medii digiti pedis unius & calcis ejusdem, *spithamæ* longitudo intercedit; *ungues* longissimos; & ille qui calcis vicem in avibus gerit longitudine sesquiunciam superat. *Medius* digitus utriusque pedis qui cæteris longior dentatus & ferratus est. *Cauda* illi brevissima; *Stomachus*, quo ingluviei loco utitur, capacissimus, canino similis. *Arteria aspera* in eo tota continua est, *larynx* nulla, nec quod huic analogia quadam respondeat. *Damnum* hoc compensare voluisse Natura videtur, *canalium duorum* hinc inde in pulmones utrosque abeuntium structura. Ita enim fabricati sunt, ut annuli cartilaginei minime totum absolvant circulum, sed exteriori duntaxat parte medium, interiori, ubi aliis avibus hi circuli fissura tantummodo in longum dissecantur, membrana quædam tenuissima, alteram canalis devaricati exacte medietatem absolvens, plana & æquabilis obtenditur; quin & hemicycli latus exterius componentes rari admodum, interjectis subtilissimis membranis sive tunicis, ad faciliorem & majorem distentionem facti sunt, quo nempe largissimus, & hoc facili tumescere meatu conceptus aer, *rostro* in aquam inserto aliquandiu retentus, tandem per apertum & extractum, qua data porta, maximo impetu erumperet. *Prolobo* caret, at ejus loco amplissimum oesophagum habet.

Vicitat ranis & piscibus, inprimis anguillis.

Nidum



Ardea stellaris altera



Ardea stellaris major



Ardea Quaiotta



Facinellus Sichler



Ardea nigra
Schwartzter Reiger



Ardea alba
Weisser Reiger

Auis pugnax



Auis pugnax



Facinellus auis Falcata



Arquata seu Numerus





Auis pugnax



Auis pugnax



Auis pugnax



Hæmantopus

fæmina



Toranus

meerhûn



Auis pugnax



Ardea Reiger

Hæmantopus mas



Porphyrion



Alcedo Vocalis



Partus. *Nidum* ex arundinibus intertextum cum *ovis* duodecim in lacu quodam se vidisse, ipsamque avem colore ita ad arundinem accedere, ut inter arundines sedens vix deprehendatur, reliquit Gesnerus. At eundem ex furculis in celsarum arborum ramis struere, & ita aut quatuor ova excludere, reliquit Bellonius.

Vox. *Aristot.* in *Problema*. f. *De Voce* diximus, cui similes illi soni dicuntur, quos *Psittacus* Aristoteles appellavit. Dicitur in *Ægypto* mansuescere, & adeò præclare humanam vocem intelligere, ut si quis eam servum appellaverit, vel pigrum (nugantur olim è servo in avem transiisse) indignetur. Non facile hominem refugit; eo proximo, aut arundinibus se abdit, aut aquæ immergitur.

Volatus. Non citius *evolat*, quam prius salierit. Ubi pisces frequentes novit, adeò quieta consistit; ut planè videatur mortua: & ne colli longitudine se prodat, breve id incurvando facit. Capta stat immobilis, & venatorem apprehensurum incautum vulnerat.

MAJOR ex Pella & Stellari prognata esse creditur. Illam enim capite, pectoris maculis, alarum colore, ipsa denique magnitudine refert. Reliquarum partium colore Stellarum minorem, maculas si excipias, quæ in ea non sunt: imò pedibus adeò eandem exprimit, ut simul positas vix peritissimus etiam auceps discernat. Apicem quoque in vertice habet, ex quo duæ longiusculæ pennæ exorientes, totum caput velut galeam, colore nigro exornant. Gesnerus *Elaphin* Oppiani esse conjicit, quæ pennas in dorso varias & maculosas hinnulorum instar habet, & linguam longissimam, qua in aquam protensa, sensim ad fauces, pisces ad conspectum adnantes solet attrahere. Hanc Aldrovandus & *CRISTATAM* seu *Cirrhatham* esse opinatur.

Congener est hisce, quam idem *Ardeam Nigram* vocat, colore per totum, collo excepto, quod albo torque circumdatur, & rostro quod luteum est, nigricante; collo longo, longis *cruribus*, digitis pedum longissimis, unguibus acutis, & *cauda* brevi.

C A P U T V.

De quibusdam Avibus ad Ardeas relatis.

AD Ardeas refero Falcinellum sive Falcitam, & Pugnaces, quas Belgæ Kemperkens vocant. *FALCINELLUS* avis est magnitudine, & tota corporis specie Ardeam referens, eleganti colore, viridi fere, alicubi puniceo admixto, capite & collo fusco. Superior pars *colli* antè albicat, maculis nigris intercurrentibus. *Ro-*

strum ei oblongum tenue & antè falcatum. *Crura* oblonga, pedes fissi. Nulla magis ad ibidem accedit. *PUGNACES* quotannis immenso numero, ex Septentrione in Belgium, verno tempore sub Majum advolant, plures mares quam foeminae. Hinc inter mares tanta contentio, ut sese mutuo occidant, donec cum foeminis numero pares evaserint. Exclis ducatisque foetibus, una cum his unde venerant, revolant.

Octo ipsorum genera, seu formas potius descripsit, & depingi curavit Aldrovandus.

Prima Perdici instar toto corpore maculis respersitur. Caput Galeritæ velut apice insigne est. Rostrum exile, in extremo nonnihil recurvum. Lingua longa, acuta, subatra. Caput, cervix, dorsum, alæ, venter, & femora ex luteo ad castaneæ fere colorem tendunt, & maculis, quæ in capite adeo exiguæ sunt, ut exigua punctula potius videantur, respersuntur. *Altera* cristam quoque in vertice gerit. Ventre nigricat, candicat pectore. Mentum macula nigricans ceu barba quædam exornat. In fronte albicat, in occipite, & in reliquis partibus ex albo ad fuscum vergit.

Tertia tota fere est ruffa, nigris maculis lunam æmulantibus undique excepta cervice inspersa, apice caret. Femora & infernum Uropygium colore sunt bætico. Alarum pennæ majores nigræ, in fine, & ad latera fere crocæ.

Quarta colore fere cum ista convenit, nisi quod venter sit fuscus, podex albicans, alas subalbicantes maculæ multæ, magnæ, transversales, tortuosæ transcurrunt. Caput nigrum magnæ pennæ velut galeam eleganter exornant, quas proculdubio dimicatura erigit.

Quinta ejusdem fere est coloris, sed pennas eas, quas erigit dimicatura majores, candidas, & in extremitatibus suis nigras habet.

Sexta pennæ illæ sunt candidæ, color plurimum diversus. Toto enim corpore fusca est exceptis femoribus & cauda, quæ sunt colore bætico. Ante albas illas in collo surrectas, alias habet in vertice quæ minores sunt, & nigræ. Caput ex cinereo flavescit.

Septima pennis omnibus variat, viridibus, albis, rubris, amethystinis, luteis, & quod observatu dignum est, nulla earum alterius colore permiscetur.

Octavam auritam Natura fecit. Rostro est gracili & oblongo, à capite per collum pennæ undiquaque pendent, magnitudine æquales, sed in quibus varios cernere est colores, qui velut varios torques formant, modo ferrugineos, modo rubros, modo albos. Collum habet longum, valde
P
graci-

gracile, tenue, ad latera candicans, cætera lutescens, lineolis longis undiquaque conspersum. Caput ad latera maculam minia- ceam magnam habet, in qua oculi siti sunt. Aures asininis non dissimiles, crura duplo quam præcedentibus breviora. Digitum posticum admodum brevem.

CAPUT VI.

De Porphyrione, & Horione.

Dipnos.
lib. 9.
Descri-
ptio.

Porphyrion, à colore ita dicta, quam Cal- limachus apud Athænum à Porphy- ride diversam facit, quæque in agro Pata- vino Telamon vocatur, avis est secundum Athenæum Galli magnitudine, colore cæ- ruleo, rostro ad caput vehementius obstri- cto, phœniceo, longis cruribus, fissis pedi- bus, in quibus quinque digitos habet, & maximum illum, qui medius est. Oppianus ei cristam in capite qualem sagittarii Persæ gestant, tribuit. Isidorus pedem unum la- tum ad natandum, alterum fissum ad am- bulandum addit. Apud Aldrovandum du- plex ejus exhibetur Icon. Prior habet ro- strum crassum, acutum, purpureum, à fron- ad verticem fere usque macula ejusdem coloris extenditur. Pars capitis quæ hujus- modo maculæ subjacet, & collum primum virescunt. Ex remigibus alarum pennis, quædam in extremo albicant, quædam sunt fuscæ. Reliquum totum corpus, cæru- leo vergeto colore insignitur. Cauda fere caret. Digitis tantum quatuor ex purpu- reo subalbescentibus insistit. Alter rostro, cruribus, pedibus, & oculis descripto est similis, nisi quod unguis habet fuscus, & macula in fronte purpurea ornatur; & quod in illius capite & collo viride erat, in hac cæruleum apparet. Cæruleæ pariter sunt alæ. Reliquum caput, cervix, dorsum, pe- ctus, vertex, & femora nigricabant. Lau- datissimi sunt in Comagene. Nobiliorem vero Baleares insulæ mittunt. Fert eas & ultima Syria, ut Diodorus prodidit. Athe- næus avem Lybicum, Diis ejus regionis sacram indigitat.

Vescitur piscibus, & in occulto quidem, ne à quoquam videatur. Non prius autem cibum capit, quam se lavaverit; nec prius se vel in pulverem vel in lavationem dat, quam in ambulationem veniens certa spa- cia confecerit. Solu hæc mersu bibit, ex proprio genere omnem cibum aqua sub- inde tingens, deinde pede ad rostrum ve- luti manu afferens. Polemon apud Athe- næum de cibo quem apprehendit, paucas buccellas decerpere, scribit, si τὰ μὲν οὖν οὕτως ita sumendum est. Alvi excrementum, ut & reliquæ aves longi augustique colli, humi- dius, quam cæteræ solent, rejicere, Ari- stoteles autor est.

Plin. H.
N. l. 10.
c. 47.

Athen.
Dipnos.
lib. 9.
Vicus.

Athen.
Dipnos.
lib. 9.
Plin. H.
N. l. 10.
cap. 46.
Aristot.
H. A.
l. 8. c. 6.

Ad volatum dirigendum loco Uropygii, quod parum latum habet, pedes proten- dit; & quia spectaculo saltationis adeo de- lectatur, ut & ipsa ad saltandum membra componat, haud difficulter eo modo capi- tur, si Oppiano credimus.

Incredibilia fere de ejus castitate Au- thores. Nunquam in conspectu hominum conjugii misceri, & ne virum quidem uxori concumbentem videri posse, retulit Op- pianus. Tantum sensum obrinere stupri, ut si id deprehenderit, vitam seu laqueo seu inedia finiat, apud Ælianum, Athe- næum, & Tzetzem legimus. Quædam cum Gallo tantam societatem contraxe- rat, ut cum iste occideretur, convicto- re privata, inedia sibi mortem consciscer- et.

Nunquam cibi gratia apposita esse vide- tur. Magnificis ædibus, ut Ælianus habet, pro ludicra est delectatione.

Cognata est ipsi HORION, avis ama- torio affectu flagrans, magnitudine He- rodii, cruribus rubris, oculis cæruleis, sic à Musica instructa, ut naturæ munere sua- vissime canat.

CAPUT VII.

De Helorio, Limosa Venetorum. Barge Gallorum, & Hematopode Bellonii.

HELORIUS Cræci, de quo postea, Athen. l. 9. similis esse traditur. Clearchus eum apud Athenæum cum Trochilo & Carulo inter πηλασθόνας, seu aves, quæ cælo sereno in littore pasci solent, meminit.

LIMOSA Venetorum, quæ ad lacum Verbanum Giraldel, circa Neapolim Le- versina, Germanis, in Barchun dicitur, Arquata majori, de qua in sequentibus, per dorsum est similis, maculis varia, tota parte prona, capite & collo præsertim.

BARGE Gallorum, quam Ægocephalum Bellonius facit, minor est Helorio, co- lore vero non absimilis, rostro brevior, recto. Liene omnino caret. Fel jecori simul & ventri adhærere conspectum est, quod de Ægocaphalo Aristoteles scripsit. Vi- etum in saluginosis paludibus frequenter, rarius in remotis à mari, ubique noctu, quæ- ritat. Vocem hircorum & caprarum edit. Hominis accessum non fert. Et apud Gal- los in deliciis habetur.

HÆMATOPUS Bellonii, rara est in Gallicis littoribus avis. Corpore Ardeolæ, alis Lati, capite, collo, & cauda extrema nigris. Interiore alarum parte & ventre al- bis. Gula magna admodum ampla & robu- sta. Binos habet digitos simul cohærentes, in- terior vero ab aliis sejunctus est. Calcar in pe- dis calce, ut reliquæ aquaticæ aves, non ha- bet.

Volatus.

Oppian.
in Ixeu-
tic.
Affectus.

Æl. H. A.
l. 5. c. 28.
Athen.
Dipnos. l.
9. Tzet.
Chil. 9.

Ufus.

Æl. H. A.
l. 17. c. 22.

Athen. l.
9.

Arist. H.
A. l. 2.
cap. 15.

Bellon.
in obs. l.
1. cap. 11.

bet. *Pedes* sunt molles & delicatuli. *Digiti* breves, unguæ ut in *Tardis* fornicatæ.

C A P U T VIII.

De Alcyone.

H Alcyon & Alcedo παρά τὸ ἐν ἄλγῃ κέεν
sic dicta, Avis Possideonis nonnullis, Ceycis quibusdam, modernis Græcis φασίδωνις; mas, κίως, κηρύξ, & κέρως dicitur. Paucissimis, inter mediterraneos imprimis, nota est. Omnium rarissimum est, inquit Aristoteles, vidisse Alcyonem, & fere circa Virgiliarum occasum, brumamque apparet, & ubi primum per portum non plus quam navem circumvolat, statim abit, & nusquam præterea visitur. Duo hujus Avis genera, *Mutum*, & *Vocale*, ex Aristotele quidam faciunt, sed falso. κερίδωνις enim apud eum sunt intelligendæ. Turnerus & illam inter Alcyones reposuit, quæ Sturno paulo minor, corpus totum nigrum habet, ventrem album, caudam breviusculam, rostrum alcedone paulo brevius; quæque ante volatum, Alcedonis more nutat, in volatu gemit. *Alcatraces* quoque, quæ in Peruvia marinis lupis, carabis, piscibusque insidiantur; & quia cadaveribus delectantur, adeo sunt lethales, ut ad earum usum necessitate redacti, non secus quam aconito toxicove victi intereant, inter earumdem referuntur genera.

Forma. *Formam* si attendas, non multo amplior est Passere, colore cæruleo & luteo, & subpurpureo mixto insignis. Tale corpus totum & alæ. Tum *colli* partes non seorsum positæ coloribus. *Rostrum* subluteum, longum, tenue. Mari adeo delectatur, ut pectus aquis aspergat, cauda in terra sicca imposita: non spernit tamen & aquas dulces.

Vitæ. *Vitæ* piscibus, quos ex alto se in mare recta immittens capir.

Partus. *Quantum ad Generationem* senes in coitu extingui creduntur. Aliæ, ut apud Plinium legimus, fecundant bruma, pariunt ova quinque, qui dies Alcyonides vocantur, placido mari per eos & navigabili, Siculo maxime: (hinc Siculi maris cives Scaliger vocavit) In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum utique tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus, totidemque postea sternitur mare Halcyonum foeturæ, unde nomen hi dies traxere. Nec tamen de tempore omnes assentiuntur. Columella enim in octavum Calendas Martii, quibus in Atlantico mari summa notatur tranquillitas eos conjicit. Sed & in numero dierum dissentitur. Quinque statuit Simonides & Aristoteles, septem Samius Demagoras, novem Philochorus, quatuordecim alii. De maris tum temporis tranquillitate, & ventorum

quiete molliore cælo, apud Theocritum, Ovidium, Plautum, Plutarchum, Ælianum, & alios passim invenies. *Nidi* locum Ambrosius arenam; alii littus, quidam undas ipsas, hinc Statio, domus fluctivaga; Silio Italico nidus natans dicitur, ponunt. Saxo cuidam proxime aquam, ita ut aquæ επιχέουσαι videatur, agglutinari, credibilius est. Rostro autem suo nec alio nidum fingit Halcedo, imo navis instar fabricat, opus everti mergique fluctibus nescium. Componit devincitque confrens invicem acus pisciculi spinas, ac rectis aliis ceu stamini transversas alias veluti subtegmen implicat; mox confertim recurvat, & in orbem reducit; sic cooptat denique, ut opus navigii specie turbatum, ac qualo propemodum piscatorio simile evadat. Perfectum littori, quo fluctus extremi pertingunt, applicat. Hic unda molliter feriens, nondum firma fatis hiantiaque, procellarum verberere deprehensa, sarcire docet. Solide vero & jam coherentia constringit, figitque, adeo, ut nec saxo, nec ferro dissolvi diffringive facile queant. Magna cum primis admiratione ostiolum dignum est, sic modificatum figuratumque, ut hanc unam subeuntem recipiat, cæcum cæteris & abditum, & aliud prorsus nihil admittens, ne undarum quidem quicquam.

Plut. de felert. animal.

Mores ejus exinde metiare, quod maritum adeo diligit, ut non uno aliquo stato tempore, sed per totum annum consuetudine ejus uratur; senem & ad sectandum tardum, gestat & nutrit, nunquam relinquens solum. Cum ad tepidum solem penas in littore expendunt, pluviam denotare dicuntur. Virgilius hoc inter cætera serenitatis signa numerat.

Mores. Plut. l. c.

Mizald. Ephem. l. r. Virgil. Georg. l. 5.

C A P U T IX.

De Ispida, & Rousserolle Gallorum.

I Spida, quam nonnulli Alcyonem veterum vel simpliciter vel fluviatilem esse putant, Genus Martinus piscator, à nonnullis aliis Italis Avis Paradyfi, sed & Piscator Regis dicitur. *Rostrum* ei est nigrum, rectum, in summo acutum, tres digitos longum. *Caput* pronum cum cervice viridis coloris transversis lineis ex albo cæruleis distinctum. *Virent* & *alæ*, sed interior pars plumarum ad purpureum ferè violaceo dilutum colorem tendit, asperguntur lucidis aliquot punctis. Per medium dorsum à principio usque ad finem caudæ, plumæ sunt cærulei coloris diluti, & ad album inclinantis adeò splendidæ, ut oculos etiam visu immorantes offendant. *Pedes* breves, rubicundi, in quibus duo longiores digiti ad mediam usque partem connexi,

Descriptio.

postea finduntur. *Lingua* perbrevis est latiuscula ac subrubens. *Oesophagus* valde oblongus. *Ventriculus* in imo corpore juxta anum. *Adeps* ruffa.

Est & aliud *Ispidæ genus*, quod ex India adfertur. Regulum magnitudine vix superans. Rostro oblongo, tenui, nigro, reliquo corpore ad caudam caruleo, viridi & nigro. Cauda pro corporis proportionem longiuscula tota fere nigra. Pedum constitutione cum superiore eadem. Solitaria est, & in agro Bononiensi, Helvetia, & alibi media hyeme circa ripas glacie concretas reperitur.

Locus & Partus.

In arena vel scopulo aliquo juxta aquam nidificat. Nidum forma rotundum, eminente in angulum foramine exiguo, ex floribus arundinum, mollem construere ajunt. Pullos interdum novem in nido uno reperiri.

Usus.

Pellis ejus cum pennis asservata peculiari vi adversus *tineas* pollere creditur. Non tangi fulgure domum, in qua ejus nidus suspensus fuerit, nugantur quidam. Moschi instar cum pullis suis suaviter olere, *Tragus* prodidit. Suspensam pennas quotannis tanquam in vivo corpore mutare, falsum comperit Aldrovandus.

ROUSSEROLLE seu *Roucherole* Gallorum, *Alcyone vocalis* est *Bellonio*. Rostrium habet ferratum *Picæ Græcæ* seu *Collurioni* simile. Plumæ capitis longiores cristæ quondam speciem præ se ferunt. *Nidum* si quis inversum aspiciat adarcen primo intuitu referre videtur. Sena ut plurimum ova parit, & quinque sexve excludit pullos. *Cantu* adeo valet, ut omnibus canorus à *Bellonio* præferatur, tamque in eo indefessa, ut dies & noctes absumat; tam seria, ut vacillet, totoque corpore tremat. Inter reliquas voces has inprimis proferre videtur *Toro tret*, fuis, huy, tret. *Aristophanes* ejus cantum expressisse creditur.

TITULUS II.

De Aquaticis fissipedibus Insectivoris.

CAPUT I.

De Arquata, Crece & Totano.

A *Arquatam* ab arcuato rostro si dictam, *Numenium* veterum, qui forte à *Neomenia*, quod rostri figura arcum lunæ recens à novilunio crescentis in cornua præsentet; ita dicitur, esse *Gesnerus* credit; *Bellonius* *Elorium* *Aristotelis* conjicit. Rostrium habet circiter octo digitos longum, post tres digitos flecti deorsum incipiens, nigrum. Pennas coloris fusci varias & maculosas, ex quibus maxime fulgent instar serici villosi, quæ inter alas & dor-

sum sunt, in medio nigræ, in circuitu per interstitia subruffæ. *Digiti* sunt fissi, sed aliquatenus membrana conjuncti; quæ etiam utrinque juxta digitos descendit, & inferiorem digitorum partem dilatat. *Lingua* pro tanta rostri longitudine brevissima est, & sagittæ effigiem repræsentat. *Femina* est aliquanto minor, & maculæ illæ, quibus totum fere corpus respergitur, in hac magis fulcescent. Omnium vermium genere vescitur, eosque in plantis quibusque quærit. Turmatim volant, voa pariunt quanta *Gallinæ*, quaterna, pallidà, mense *Aprili*. Carnem habent siccam, solidam, leporinæ similem. In *Gallia* in deliciis habentur.

C *REX*, quæ & *xpensis*, quænam sit avis, vix à recentioribus observatum est. *Athenæus* *Helorio* similem esse dicit; *Aristoteles* vero crura alba habere, & posteriorem digitum qui pro calce est minutum asserit. *Herodotus* ei *Ibidis* nigræ magnitudinem; *Scholiastes* *Aristophanis* rostrum acutum & ferratum assignat. *Bellonius* avem circa *Nilum* visam, cruribus longis, rostro longo & nigro, nigris quoque tibiis & toto capite: collo tergore & pectore candidis, quæ è terra victum petit, & in muscas debacchatur; & cum volat magnum edit strepitum, *Crece* veterem esse opinatur. Pugnat cum *Galgulo*, & *Merula*, *Vireone*, eorumque pullis nocet. *Spadurillus* esse *Philes* annotavit.

Arist. lib. 9. c. 1.

T *TOTANUS* avis est aquatica, capite nigricante, præsertim anteriori; posteriori enim & magis anteriori parte ruffum est. Vertex cinereus, ut & reliqua pars prona. Alarum ima pars alba, extima nigra est, reliquæ plumæ in ambitu variæ (*σιντορ*) sunt & albicantes. Cauda palmi longitudine transversis lineis albis, nigrisque depicta, ut etiam limosæ. Pennæ super caudam ad medium dorsum usque albicant. Pars omnis supina alba est: in collo tamen, & superiore alarum ambitu nigricantes maculæ visuntur. Totius avis longitudo ab extremo (rostro) ad pedis extremum extensæ, dodrantem cum duobus palmis æquat. Rostri longitudo circiter tres digitos, colli totidem. Fidipes est, verum duo majores digiti pedis aliquosque membrana junguntur ut & limosæ. Pedes duos palmos longi ex pallido rubent, unguiculis muniti nigris. Corpus avis ea fere crassitie est, quæ *Mergulus* noster rostri acuti.

CAPUT II.

De Calidri Bellonii, Nigra, & Himantopode Plinii.

C *Alidris* *Bellonii* avicula est columbæ magnitudine, cruribus proceris adeo, ut

ut equo infidere videatur, unde Chevalier, id est, equitem nominarunt. Plumis optime instructa est, ideoque longe minus carnis obtinet, quam appareat. *Rostrum* & crura rubra, longa, manifesto sane argumento aquaticam esse volucem. Superior rostri pars nigricat, venter albus est: *caput*, collum, & pennæ sub alis, & uropygio cinereæ: quare Aristoteli Calidrim dici arbitramur, cujus meminit his verbis: *Quin etiam Calidris*, cui cinereus color distinctus varie. Radices plumarum sicut in Bistarda, & la Cane petiere (Tetracem interpretatur) rubent, sic in hac nigrae sunt. In temporibus utrinque maculae sunt binæ, nigrae, quæ ceu umbram præbent superciliis, quæ & ipsa alba macula insignia sunt. Priores digitos membrana conjungit, ut in pica marina, (Pie de mer) Digitus posticus admodum exiguus. Alæ, ut in pluvialium corpori junguntur, magnitudine corpori respondent. Tam parva itaque ales proceris cruribus insistens, alacriter, hilariterque incedit, prata stagnaque & ripas frequentat, & plerumque aquam ingreditur ad femora usque. Caro nihil ferinum redolet, sed delicatum quid, & aromaticum. In sui generis avibus, in deliciis habetur.

NIGRAM à rubra differre certum est. Nigrae enim ab ipso ortu crura & rostrum atra sunt, excepta superiori rostri parte, quæ subrubra est. Color item huic nigrior: quin amputatis capite, cruribus, atque alis, reliquis corporis partibus Palumbis colorem inter cinereum, & nigrum videbitur referre. Sin sermo sit de Calidribus, quæ jam pennas mutarunt, distinguendusque color ab iis, quæ prioribus etiamnum vestiuntur, asseremus nos Pluvialem aliquando observasse in autumno nigram, adeo ut post mutationem plumarum eum non agnosceremus: nihilominus tam huic, quam alteri pedes nigri sunt. Foetus earum mense Aprili prostant, maculis undique Ortygometrae instar (d'un Ras le) conspersi, cum alioqui hyeme tantum appareant. Ad hanc reducit Aldrovandus *Gambettam* Italis dictam: Quæ est capite, collo & pectore cinereis & maculis fuscis plurimis, undiquaque resperfa. Alarum pennæ rectrices nigricant, corporis cinereæ sunt, in dorso & alis ad ruffum vergentes, venter candidus est. Rostrum nigrum: oculorum iridem ex luteo subviridem niger circulus ambit. Pedes exluteto rutili, quo colore potissimum à nigra Calidri Bellonii discrepat. **HIMANTOPUS** à flexitate crurum ita dicta, quam alii Hæmotopoda, à rubedine pedum vocant, à Gesnero ita describitur. *Rostrum* digitos fere quatuor longum est, *caput* parvum, *collum* digitorum quinque, reliquum corpus,

quod leve, & gracile est, instar avium palustrium fere, quas Gallinulas aquaticas vocamus, digitorum sex, cauda quatuor, crura quindecim. Color *rostri* nigricat, in capite, & collo prono fuscus: dorso, & alis niger, pauco subviridi admixto, si diligentius intuearis, cauda cinerea. Partes prone omnes, & latera quoque albi coloris sunt. *Crura* sanguinea digitis duntaxat ternis, sicut in Bistarda, Oenade Rondeletii, Morinello Gaii, Struthiocamelo, Pluviali, & Cane Petiere Bellonii, ejusdemque Pica marina: quorum medius longiusculus, brevissimus interior: jungitur autem medius cum exteriori brevissima membranula, tanquam palmipedum. Poplitum cavitas insignis est, articulo tam flexili, ut in sceleto etiam tibia ab femur tota reflectatur. Videtur sane non cursu tantum valere, sed etiam volatu hæc avis: quoniam oblongæ ejus alæ sunt, ita ut longissimæ earum pennæ caudam, seu uropygium, duobus, aut amplius digitis excedant. Oppianus hoc novum in eis, quod maxilla inferiore fixa, superior solum in ipsis moveatur notavit; sed in descripto, nihil ab aliarum avium natura variat.

C A P U T III.

De Gallinulis Aquaticis in genere & in specie, de quibusdam.

GAllinulæ aquaticæ hoc commune habent, quod eis sit corpus gracile & adductum. *Caput* parvum, pennæ variæ *Rostrum* longum, modice inflexum, nigricans. *Ventrem* & supinam eam capitis partem, quæ inter rostrum & collum est candida. *Crura* oblonga, *digitum*, qui pro calce est admodum brevem; quædam etiam eo carent. *Plumas* ad media tantum crura descendentes. Vermiculis potius quam piscibus vescuntur; quamvis & ex his minimos comedant. Circa initia autumnii in Helvetiam adveniunt; hyemis exitu denovo avolant. *Aucupium* earum mane ante solis exortum, fit; aut vespere, quo incipiente tam sublimi volatu evehuntur, ut non amplius appareant. Ob carnem suavem & teneram, in deliciis mensarum habentur. *Species* ipsarum sunt *Chloropus*, *Erythropus*, *Ralla Anglorum*, *Rhodopus*, *Phœopus*, *Ochropus*, *Melampus*, *Poliopus*, *Erythra*, *Ochra*, *Hypoleucus*, *Gallinula serica*, & *Scolopax*.

CHLOROPUS est triplex, *Major*, quarum altera Fulicam & magnitudine & corporis figura refert, tota rostro longiusculo, sursum parumper elevato; altera Italis, *porzana* dicta, collo & capite nigricantibus, Dorso cum superiore alarum parte castaneo; inferiore ventre toto albedo, femoribus plumis cinereis usque ad genua co-

pertis. *Tertia* Gesneri, quam Glottidem Aristotelis esse credit, colore est fusco, cruribus viridibus. Vocem instar fistulæ argutam edit. Germanis *Glutt* dicitur. Prælongam exerit linguam unde ei nomen. Hanc initio blandita peregrinatione (cum Coturnicibus) avide profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Reverti inconcitata piget, & sequi; nec unquam plus uno die pergit, in proximo hospitio deserit.

ERYTHROPUS vel est *Major*, vel *Minor*, de utraque nihil singulare occurrit. *RALLAM* Anglorum aquaticam intellige, cujus rostrum & crura sunt rubra; plumæ undique magis cinereæ, quamque male volare, sed egregie pugnacem esse, Bellonius prodidit. *Montana* & sylvestris in Ericeto degere solet. Ortygemetram esse credidit Bellonius; *Perdicem* rusticam Gesnerus.

RHODOPUS nihil habet singulare. Sed ne de aliis præter descriptionem, quam apud Aldrovandum & Gesnerum invenies, quicquam. In *Ochropode* *major* septem distincti colores apparent, nec digitus posterior pedis visitur. Mediolingua in oblongum mucronem desinit. *Minori* collum est quam cæteris altius.

ERYTHRA, quam Germani *Matkerca* vocant, vocem & clamorem edit, quo sonus fullonum lanas ferientium repræsentatur.

OCHRA à totius fere corporis colore subviridi, sed fordido & obscuro si dicta est.

De *HYPOLEUCO*, quam Germani *Spsterlin* appellant, nihil habeo quod dicam.

SERICA ideo dicitur, quod color ater in ea holoserici instar splendeat.

CAPUT IV.

De Scolopace seu Perdice rustica, Rusticula sylvatica, Scolopace seu Gallinagine minori.

SCOLOPAX avis, à rostri figura, quod instar pali longum & rectum habet ita dicta (palam Græce *σκόλαξα* dicunt) Volaterrano Aristotelis *Alectoris*, sed falso; vulgo Græcorum *Σκώπρις*, Herodiano Sylvestris *Perdix*, Martiali *Perdix rustica*, nonnullis *Rusticula major*, Alberto quod suavis & pinguis sit *Ficedula*, plærisque populis *Beccassa*, Germanis *Schnepfun* & *Kietschnepf* dicitur. Similes ipsi quasdam in Frisia aves facit Gesnerus. Ea, quæ *Vulp* nominatur vulgo, rostro & pennis colore illi confertur, sed magnitudine vincit. Item *Grutte* dicta rostro. Magnitudine est. *Gallinæ*, colore *Attagenis*, ut Aristoteles

Arist. H. A. l. 9. c. 26.

prodidit. *Rostri*, quod longum, antèrius asperiusculum, pars superior ultra inferiorem extenditur. *Linguam* habet gracilem, oblongam, nervosam. *Crura* fere rosei coloris. *Felle* carere vulgo creditur, quod apud Bellonium legimus.

Nullibi non *invenitur*, in Gallia, Suecia, Helvetia. Non ubique tamen iisdem in locis, nec semper *Æstate* in altis Pyrenæi, Helvetiæ, Sabaudia & Arverniæ montium jugis degit. Hyeme cibi gratia ad campos & sylvas cæduas descendit. Circa Brixiam principio Autumnii, in Helvetia mense Octobri capitur. A Germania inferiore æstate recedit, in fine Autumnii redit. Aquas in primis tepidas, loca pulverulenta & humida, sepes, & hortos amat. *Cibus* ipsi vermes. Spiritu in cava immisso, unde sonus etiam procul audiatur, eos extrahere, proditum à nonnullis. *Visi*, qui ex farina fagotritici cum aridis ficibus pascebantur. *Volatus* debilitatem cursus velocitate natura compensant. Cum proximam sibi aucupes existimant, longe recessisse inveniunt. *Oculis* est obtusioribus, quamvis grandes habeat; *odoratu* potius cibum quærere creditur. Homine delectari ab Aristotele relictum.

Locus.

Arist. H. A. l. 9. c. 26.

Habetur inter ciborum delicias, sed postponitur *Perdici*. Aliqui deplumatum exenteratumque in furno torrent & cremant, remedio calculosis futurum.

Gesner. in Ornithol.

RUSTICULA SYLVATICA, *Rusticula palustri* *major*, *major* est. Gallinam enim fere æquat. Colore saturiore, rostro minus longo, ventre albicante, cruribus cinereis. *Tendiculis* seu laqueis capitur.

SCOLOPAX seu *Gallinago minor*, & *Scolopax minor*, *Molliceps* Aristotelis quibusdam, dorsum habet ejusdem fere cum *Alauda* coloris. *Rostrum* canaliculatum, maculosum, in extremo nigrum, quatuor digitos æquat longitudine. Alæ extensæ maculam albam in extremitatibus ostendunt. Quæ ab Aldrovando exhibetur, *rostrum* habebat palmi longitudine canaliculatum, latiusculum, nigrum, tuberculis quibusdam asperum, in extremo acutum, cujus superior pars inferiorem aliquantulum longitudine excedebat. *Lingua* longitudine rostro fere par erat canaliculata, in extremo cuspide acus instar acuminata.

Frequentem in locis mediterraneis Gallia videt, nec Batavi eadem carent. In Germaniam circa æquinoctium vernum venit, si Longolio credimus. Nec à marginibus stagnorum & lacuum recedere idem affirmat. *Migratoriam* inde colligas. In dissectæ ventriculo initio Decembris, scarabæos, & vermes albicantes, tenues, oblongos,

longos, quales farinarios appellant, invenit Gesnerus. Neque incaveis, neque in aviaro vivere dignatur. *Vocem* auditam (hæc talis est, ut si quis cultrum per sertam ducat) pluvix prognosticon quidam faciunt.

C A P U T V.

De Gallinula terrestri, & alia Chloropode.

HUc & Gallinulam terrestrem & aliam Chloropodem Fulicæ similem Bellonii refero. Illa circa Verbanum lacum Polle, à Germanis aucupibus *Hoggeschar* / quod turmatim juxta sepes decurrant, dicitur. Gesnerus Rallum terrenum, seu Thochilum terrestrem dicit. *Corpore* est brevi, crasso. *Digitis* pro sua magnitudine longissimis. Postremus ad anteriores circiter dimidiam longitudinem obtine. *Vocem* ejus dicunt asperam ger, ger, ger serpentum instar, Capta sciuri vocem, si fides referentibus imitatur. Angli ceu lautissimam inter segetes capiunt.

De GALLINULA CHLOROPODE alia, ita Bellonius. Necessario plane Gallinulam aquaticam (la Poulette d'au) à Fulicæ, & Fulicæ majori (de la Porle, & Macroule) separavimus: quoniam aquæ non innatat, nec palmipes est. Pulletæ autem aquaticæ, sive Gallinulæ nomen à similitudine cum jam dicta impositum est, etsi multo minor sit major tamen Ralla, adeo ut de utraque hac particeps esse videatur. Aucupes, quibus ostendimus, cum Fulicæ similem esse cernerent, magnitudine tantum differre ajebant hancque ad perfectam necdum ætatem pervenisse. Unde nos diligentius peculiare aliquas notas discriminantes investigavimus. In quibus ea præcipue fere est, quod hæc Gallinula pedibus sit viridibus, & non ab similibus Botauri, neque etiam ita planis, nec denique lata membrana conjunctis, ut in Fulicæ. Cauda etiam Gallinulæ longior est. Mucula frontis item minor. Colore Rallo similis quidem, sed ad Fulicæ colorem tendit: quare ex primo aspectu Rallum esse putabam, sed cum diligentius inspicerem, animadverti, palpebras oculorum candidas esse, quod Rallo non convenit, sed neque Fulicæ. *Caudæ* binæ pennæ albæ sunt, utrinque nempe una. Sub pectore nonnihil ad cyaneum, sive cæruleum vergit. *Dorsum* colore est castaneæ intenso. Aliæ item aliis nigriores sunt, & alarum plicas albæ habent, & aliam insuper albam lineam in minori ala, quam primæ plumæ ejus per calami longitudinem constituunt. Idem cibus reperitur in ejus ventriculo, qui in Rallo, & Fulicæ. *Os sterni* &

ischion, sive os coxendicis ab aliis avibus habet diversa, etiam à Fulicæ. Caro Gallinulæ coctu facilis, ac tenera est, ossa fractu facilia, ingluvies ampla, jecur quoque fragile, cæterum intestina, & relique partes internæ, ut in Fulicæ. Assa ejusdem cum Fulicæ saporis est. Nidificat, & pullos alit, & educat, ut Rallus.

Huc pertinet illa quam CORRIRAM vocant, avis rostro pro corporis proportione crasso, pectore, & alis supernis albicantibus, cætera nigra.

Nec PORZANA MINOR, quæ Mediolani Girardina à Gallinularum aquaticarum censu eximenda est. Rostrum habet breve, qua caput tangi flavum, & in extremitate nigrum, pedes atros, ventrem album, pectus, dorsum, alas, colore fumido, albis maculis consperso, alarum pennas majores nigras, &c.

C A P U T VI.

De Trynga.

DE Trynga, Juncone, & Cinclis hoc duntaxat Aristoteles prodidit, quod caudam motitent, lacus & flumina petant. Trynga Turdo æquiparetur, Cinclus & Junco minores sint. Hinc factum, ut diversæ Aves pro iis ab Authoribus obtrudantur, haud paucæ tanquam congeneres referantur ad easdem. Turnerus eam totam pulam, ea parte, quæ podicem tegit, quæque candida est, excepta, facit. Breves volatus facere, in stagnis quæ nobilium ædes obducunt, & in piscinis apud Anglos plærunque degere, si quando periclitatur, ad arundineta densiora confugere, adjicit. Germani quidam Tryngam nigram totam, fidi pedem, candido vertice ad rostrum usque demisso, pedibus altis & nigris, caudam continue motitantem, & loca aquosa incolentem ponunt, ad eandem Gesnerus avem quæ Claronæ Wasser *Crosta* / id est, Turdus aquaticus nominatur, rostro brevi, cruribus altis, fidi pedem, refert. Aldrovandus aliquot ad Tryngam reducit, quas alii ad Cinclum retulere.

Prima ei ex illis quas *Giarolos* & *Giaroncellos* in Italia vocant, Turdo magnitudine par. Rostro duos digitos longo, nigro, in extremo nonnihil recurvo. Lingua acuta paris fere longitudinis. Capite superno, collo, dorso, & alis fuscis ad colorem castaneæ nonnihil vergentibus, oculorum ambitu, mento, pectore, ventre & Uropygio albicantibus. *Digitis* tribus anterioribus ad medium fere palmum exsertis, posteriore brevissimo. Inter anticorum extimum & medium membranula est divaricationis initio, quæ inter alios desideratur.

Alteræ

Altera Pinarolo dicta, huic fere per omnia similis, nisi quod rostrum habeat nigrius, aliquando brevius, cujus superna pars infernam longitudine nonnihil excedit.

Tertiam Bellonius ad Gallinagem minorem refert, Gesnerus Samethünle esse putat, uterque Cinclum Aristotelis esse opinatur. Corpulentia est fere eadem cum Scolopace minore simpliciter dicto: plumarum tamen colore differunt, & rostro, quod utrinque quidem tenue, longum & acutum est; præcedentis tamen in extremo maculatum est, & crassiusculum. Maculis albis in capite & universo collo maculatur. Pectus vero, totusque venter, femora & plumæ sub cauda nivem candore æquant. Ripas potissimum & loca, quæ bono aliquo odore recreant, & moschum redolent, frequentat.

Quartum inter cinchos reposuit Turnerus. Alauda est major, colore in tergo nigro, ventre albo, tibiis longis. Vere circa fluminum ripas *clamosa* est. Breves & crebros facit volatus. Anglis Hirundo Aquatica dicitur.

Quinta ex Motacillis credita, *Piltwendingen* & *Piltwegichen* Germanis in Misnia vocatur. Palmipes quidem non est, sed rostrum longum, molle, cinereum: crura alta habet. Duo ipsius sunt genera, *Majus* & *Minus*. Hoc magnitudine Merulæ, tergo cinereo, ventre albo.

Locus. Flumina colit, & in ripis vagatur. In arenis nidificat & incubat, interdum inter saxa ova ponit. Supra octo pullos uno tempore non excludit.

Victus. Muscis, vermibus, & pisciculis vescitur. Domi, pane & malorum vescitur putaminibus. Singulari in muscis capiendis arte pollet. Lento enim suspensoque gradu accedens, rostro elevato primum designat, tum captam prædam deglutit. Manus facta conclavia ab araneis purgat.

Vox. Vocem noctu lacrymantis instar edit.

Quarta congenerem Merulam aquaticam Gesnerus facit, quam Germani *Bachamsel* / Lucarni & circa Verbanum lacum Folot vel Folum d'acqua nominant: nec non cornicem aquaticam, Sturno paulo minorem, quam in Alcyone describit.

CAPUT VII.

De Iuncione & Cincho.

JUNCO *χύνια* & *χύνια*, quod in juncis libenter degat, quæ Græci *χύνια* nominant, ita dicitur. Aristoteles Trynga minorem, Alaudæ amicam facit. Addit, fluvios & lacus petere, ac caudam motitare, Bellonius pro ea quandam ostendit, quæ Gallis Alouette de mer, seu Alauda ma-

rina dicitur. Est quidem hæc ejusdem cum Alauda magnitudinis, *rostro* oblongiusculo; *cruribus* nigris gracilibus & oblongiusculis, *lingua* nigra universum rostrum longitudine æquante; linea alba sub alis insignitur, & dum volat ejusdem fere est cum Galerita coloris: sed quia maritima est, nescio an pro Juncone sumi vel possit, vel debeat. Aldrovandus aviculam, quæ Passere d'acqua vocatur pro Juncone ponit. Passeris est magnitudine, rostro nigro candiculato, fatis duro & in extremo adunco. Lingua candiculata, & qua definit bifida & duriuscula. Cauda tres digitos longa denis pennis constante. *Mas* à fœmina hoc solum differt, quod in hac colores sint magis obsoleti; in illo magis vegeti.

Congenerem facit eam, cui eadem species, rostri pedumque conformatio, & colore tantum variat. Collum pronum, & pectus albicant, sed venter totus ex cinereo ad fuscum vergit. Cætera fusca est. Turnerus dum Parum sylvestrem pro Juncone obtrudit, vehementer fallitur.

CINCLUS Græcis *κίχλος*, Suidæ, nisi loca sint corrupta, *κίχλος* & *κίχλος*, *βακόνι* Hefychio & Varino, quod armenta sequatur, tertia est ex illis avibus, quæ caudam motitant, & circa stagna & flumina versantur. Caudam motitare præter Aristotelem, Aristophanes in Tympanistis prodidit. Volaterranus palmipedem esse scripsit, sed falso. Suidas gracilem & nullo ferme corpore scribit. Gesnerus cum rostro recto nigro & longiusculo, ventre albo, pectore cinereo, cauda brevi ita ut eadem alarum longitudo sit, alis, dorsoque fuscis, cruribus ex ruffo fere luteis facit. Bellonius secundam Gallinaginis minoris speciem Cinclum Aristotelis esse putat. Idem Gallinagem minimum genus, Cinclum minorem appellat. *Tertia* inquit Gallinaginis minoris species primo generi magis quam secundo similis est. Rostrum enim sicut Scolopax major, crassiusculum habet, & in extremo maculatum. Dorsum Sturno simile. Aliquibus Deux pour un appellatur. Duæ enim hujus generis, precio unius majoris vaneunt. Aldrovandus de ea quam exhibet, an apud mare etiam degat dubitat. Magnitudine inquit Motacillam aliquanto superat. Color totius fere corporis inter fuscum & cinereum ambigit, sed alarum pennæ majores subnigricant. Venter & femora albicant. Rostrum nigrum tenue, & longiusculum. Crura nigra, brevia & exilia.

Congeneres ipsi duas alias facit, quarum quoque Icones exhibet. *Prior* sub Cincli minoris nomine describitur. *Altera* iisdem quidem est coloribus, sed caudam albam & li-

& lineis nigris transversim secantibus ornata habet. Rostrum quoque qua capiti jungitur crassiusculum, & sensim deinde magis magisque attenuatum. Quia posteriore sui parte debilis est, suapte & per se *nidum* non construit, sed in alienis parit. Apud homines vivere non dedignatur. Captam maxime mitescere tradit Philosophus. Videtur in Coryis Thracum Regis convivio apud Athenæum apposita, *κίτυρι* quidem ibi extat, seu *κίτυρι* legendum esse censetur.

C A P U T V I I I.

De Vannello & Cercione Ave Indica.

Bellon. de Avib. l. 4. c. 17. Plin. H. N. l. 11. cap. 37.

VANNELLUS seu quod alis instar vanni aut ventilabri commotis strepitum excitet, seu aliam ob causam ita dictus, Fulica quibusdam, Stryphalis veterum aliis, sed falso; quibusdam à voce, *Αἰς* sive Capella, Bellonio Parrus, Parus, vel Parcus de quo apud Plinium, dicitur. Alcyoni congenerem. Gelenius facit, Pluviali Gesnerus. Candidos reperiri audivit idem, nisi Lari fuerint. Sine crista, iique aliquando colore fusco, & maculis variis observati alibi. An Tremulus avis in provincia Salernitana dicta, quæ minor est Gallina, coloris fusci, alte clamans, & velocissime volans, quæque prope mare teste Villanovano versatur, & cum super terra incedit, cauda tremit, unde ipsi nomen, sit ejusdem generis, disquirendum cum Gesnero relinquo. Exactissime à Bellonio *describitur*. Magnitudine inquit Plaridem vix excedit. Densus admodum *plumis* contegitur, quæ in radicibus suis quæ corpus attingunt, omnino nigricant. Color enim alius est in parte exteriori. Avis inversa, supinaque collocata, & alis ejus extensis magna plumarum pars in ventre, & in femoribus nivei sunt candoris. *Ale* in superiori quoque parte niveæ, in inferiori nigricant, &c. *Hepar* habet magnum, in duo partes utrinque divisum. *Fel* in ea reperire Bellonius non potuit. *Intestinum* appendices habet.

Circa lacus & amnes versatur: aquas tamen non ingreditur, sed in planis & erica consitis, ut plurimum degit.

Vermibus, muscis, cicadis, bruchis, scarabæis & aliis *vescitur*. Albos lapillos deglutire, certum est. *Æstate* sola *volat*, hyeme gregatim, & tam frequenti numero, ut prata etiam si amplissima vix totum agmen capiunt. Alis est obtusioribus, & inter volandum magnum strepitum edit.

Vocem videntur Germani & Galli per nomen ipsi inditum expressisse. Illi *κίτυρι* hi Dixhuet vocant.

Parus. Dum pullos fovet, ad hominem à quo nidum inquiri suspicatur proxime accedit, &

velut deditionem simulat, donec à nido abduxerit, sæpe multæ unum hominem ita persequuntur, ut eo facilius à nidis abducant.

Habetur in ciborum in Gallia deliciis, *Usus*. & eodem quo lepus precio venditur. Adeo pinguescit, ut faginata videatur. Gesnerus boni saporis & probi, sed levis & tenuis alimenti esse comperit.

De CERCIONE quam Capellæ seu Vannello præmittere debuit, caudam enim motitat ita *Ælianus*. In India avis ad Sturni magnitudinem accedens, variis coloribus picta nascitur, quæ & humanam vocem effingit, & Psittacis vocalior, & majore est docilitate ac ingenio: non tamen humanum victum æquo animo sustinet, sed libertatis desiderio famem potius quam servitutem deliciis ciborum referam amplectitur. Urbes, quas Alexander in India excitavit, & Macedonibus incendendas dedit, ut Bucephala cum adjacente agro, & Cyropolis, aliæque ideo Cercionem appellant, quod similiter caudam, atque Cinclus movet.

C A P U T I X.

De Pluviali & Charadrio.

PLUVIALIS, Rhintace forte Plutarchi, quia nihil in ejus intestinis excrementi reperitur, in agro Bononiensi Pivier, Gallis Pluvier, Germanis *Pulvet* & *Pulross* audit. Quomodo antiquis vocetur, ignorare se fatetur Bellonius.

Duo ejus *genera*, *flavescens* unum, *cine- Genera*. *reum* alterum, quod Itali montanum vocant. *Pulli* Guillemot privatim vocantur. *Illud* Palumbi est magnitudine. Rostro brevi, rotundo, nigro, acuto, & in extremo nonnihil adunco, *lingua* triquetra, totam inferioris rostri canalem implente, prona parte fere cornea retusa. Pennæ superne fusco albo luteoque colore ita distinguuntur, ut ferratæ appareant; cauda quoque lineis fuscis luteis intersecatur. Bostico digito caret. Inter anticos tres membranula interjicitur, major inter medium & extremum, minor inter eundem & internum. Bellonius plumas ejus lutescere scribit, seu maculis luteis respergi.

Frequens est in Gallia, in Helvetia *rara*. Bononiæ non raro in foro venditur. *Locus*.

Rore *visitare* prodidere quidam, quod *visus*. in ventribus earum nihil inveniatur. Nihil falsius. Ex humidis campis vermes eruit. Scarabæos in dissecta. Invenit Bellonius. Lumbricos edere asserit idem, quia solum *intestinum jejunum* habet. Ideo in eo nihil invenitur. *Migratoria* est. *Æstate* nulla in Gallia cernitur, vere paucæ. Non minore numero, quam quinquagenario volant. *Volaturæ* ventum sequuntur, raro

raro adverso tendunt, ut Bellonius prodidit.

Vox. Vox ipsis huit, huit sibilo qui porrectis labiis edi solet similis. Noctu solæ degunt; summo mane diversis in locis spargæ conspicuntur, quartamque aut dimidiam milliarii partem occupant. Imminente die, ut simul conveniant, sibilum, sese mutuo vocantes emittunt. Uni in toto grege tanquam Regi obeditur. Huic vox maxime sonora. Ad auditum undique confluitur. Aucupes Appellatorem vocant. Inter Cupedias in Gallia ponuntur. Ita ut in hominem delicati cibi nimium appetentem, ne Pluviali quidem opposita contentum fore, alicubi tanquam proverbio dicitur. Apparanda non exenteratur.

Aldrov. Ornith. l. 20. c. 65. Pluvialem Cineream Aristotelis Pardalum esse credit Aldrovandus, tum quod tota fere sit cinerea, quod de Pardalo prodidit Aristoteles; tum quod maculata, unde Pardalo nomen. Pluviali simpliciter dicta est aliquanto major. Rostro paulo crassiori & longiori, postico digito admodum exiguo. Tota fere cinerei est coloris, & multis undique respergitur maculis, quæ inter cinereum, & castaneæ colorem ambigunt. Alæ caudam quæ brevis est, excedunt. Magna ex parte gregatim volat, nec singularem videris, quod apud Aristotelem legimus. Vocem frequentem nec gravem emittit.

Huc refer illam, quæ Pluvialis Major, Aldrovando. Rostro est procero, supina parte per pectus, ventremque candicat. Majores alarum pennæ nigricant, pedes sunt longi, & ad cæruleum vergunt. Digito posteriore fere caret.

CHARADRIUS Gazæ Hiaticula, quod circa fluminum alveum & rivorum hiatus versetur, qualis Aristoteli avis sit, ignoratur. Nam colore & voce pravum esse, noctu apparere, interdium fugere, quod de suo Philosophus reliquit, multis avibus competit. Et cum Aristoteles Ictericum Chloreum seu Galgulum vocet, haud verisimile videtur, eam avem Charadrium esse, quam in Perside & raro quidem reperiri; atriis regum requiri, quod multi ei propter auxilium quod ictericis præstare creditur, Albertus ex Heliodoro, Æliano & aliis asserit. Aldrovandus pro Charadrio aviculam exhibet corpore toto ex cinereo fuscâ, Rostro brevi, sicum aquaticis, longo, si cum aliis conferas. Capite toto nigra vitta cinctam, cruribus oblongis & gracilibus, colore ad rutilum accedente, fronte & collo candicantibus, pedore nigrescente. Quia interdium latet, noctu progreditur, dedit proverbio locum. χαράδριον μυσμύρον, qui rem utilem occultat, dicitur. Ictericos solo aspectu sanare multi produnt. Philes Rubetam spectantem icte-

Arist. H. A. l. 9. cap. 11.

Heliodor. l. 3. Hist. Æthiop.

ricia affici, rursus Charadrium, liberari nungatur.

TITULUS III.

De Avibus Fissipedibus Herbivoris.

CAPUT UNICUM.

De Gruæ.

Vis quam Gruem Latini à gruendo, Martialis. Poëtæ Palamedis avem, quod is Trojano bello, quatuor literas φ ε χ & θ, ordinem aciei, & tesseras à Gruibus didicisse dicatur, vocant, Græcis communiter γάρυδος, quod colore cinereo & quasi cano tanquam γίπιν appareat; Tyrrenis Tiris, & σφαιρικός, Polyrrhænis σφαιρικός appellatur. Genera ipsarum apud Tartaros plura Venetus observavit. Sunt quædam alis nigris: aliæ candidæ, pennas oculis aurei coloris plenas habentes. Nonnullæ parvæ, pennis longis rubro nigroque colore perunctis instructæ; quædam denique magnæ, grisei cinerei coloris, oculos rubros & nigros habentes. In Cuba duplo nostris sunt grandiores. In alia Americæ parte rubras colore coccineo Columbus observavit.

Martialis.

Venet. Rerum Orient. l. 1. c. 64.

De descriptione non est quod simus solliciti. Collum ipsi duos dodrantes longum, quod Philoxenus seu os Eurixidis. F. seu Cytherius, gulæ circa pisces mancipium, sibi optabat. Anterior ejus pars ad latera nigricat, prona albet. Vertex cum macula rubente niger. Omnia reliqua cinerea præter majores alarum pennas. In alis retro versus caudam pulvæ & crispæ sunt, quas auro & argento ornatas juvenes pilis affigere solent. Arteria aspera penitus in carnem ad os sternon inseritur. Ideo non mirum ex tam longinquo audiri.

Descriptio.

Athen. Dipnos. lib. 1.

Nulla non in orbis parte visuntur, universonum enim fere, caloris amicæ, peragunt. Circa Hebrum, Strymonem & Cnistrum magna ipsarum copia. Ex Thracia, ubi æstate vivunt, hyeme ingruente trahunt in Lybiam: ibi in Ægypto & in Æthiopia hyemen transigere Ælianus prodidit. De Tartaria superius diximus, quæ vero de Pygmæis Plinius habet, fabulosa sunt. Cibus ipsis fruges, & herbæ.

Locus.

Æl. H. A. l. 3. c. 13. Plin. H. N. l. 4. cap. 11.

Illud & Suidas innuit, cum dicit, γάρυδοι γάρυδοι κατέστανον τὸ χάρυδριον παρὰ τὴν, νεατὴν πύλην οὐρα Grues agricolæ depascebantur agrum noviter tritico satum; & Mantuanus cum scribit.

Victus.

Mantuan. l. 1. de colum. temp.

Strymonia de more Gruis, quæ semina campi læta legens aquæ tepido sub sydere libra.

Hoc apud Claudianum legitur.

E Nilo Pygmæa Grues post bella remenso Ore legunt rubri germina cura maris:

Putantur tamen & serpentibus interdum vesci.



Gallinula serica
Samethunlein



Trynna alia.



Trynna



Rasticola Schnepf



Merula aquatica
Wasseramsel



Iuncus Bellonij




Cinclus Gallinago
minima Bellonij



Cinclus



Cinchli



Pluvialis cinerea



Vanellus sen. Capella Kyritz

Pluvialis maior



Charadrius





Grus Balarica



Grus Kranch
Plin mas



Grus Lapponensis




Grus Crispa




Grus Balarica
Femina



Auofelte Species





Partus.
Æl.H.A.
l. 5. c. 2.

Moventur in Venerem cum obvio vento ad occidentem fugiunt. Fœmina stante ut Passeres, non sedente ut Gallinæ, coeunt. Ova bina, inter quæ lapidem fortuito etiam inventum deponere solitas, Albertus Coloniae per annos aliquot observavit, nec plura pariunt. Quomodo excludant, à nemine quantum sciam hactenus proditum est.

Vox.
Virgil.
Æneid.
l. 10.
Lucret.
l. 4.
Aristoph.
in Avib.

Vocem ipsarum Græci per κλαγγαζεν vel κλαγγαζεν; Latini per clangere & clamare exprimunt, quod intenso & magno cum impetu prolata vociferentur. Aristophanes κλαγγαζεν nuncupat. Q. Calaber κλαγγαζεν id est longum & protensum sonum edentes dicit.

Ætas.

Ætatem earum diversi diversimode definiunt. Honorius anno octavo senescere tradit. Leonicus Tomæus quadraginta continuis annis unam domi aluit. Aristoteles pennas Gruum in senectute nigrescere tradit. Seu quod pennarum earum natura albicet, plusque humoris senescentibus iis constituitur, quam ut facile putredini pateant: seu quod terrestris humidi ipsarum natura à calore imminente non satis concoquatur. Solinus fulvas reddi scribit. Ingrediendo pedes ante se jaciunt, & implumes tam celeriter aliquando currunt, ut cursu hominem vincant.

Arist. de
gen. l. 5.
cap. 5.

Volatus.

Nec minor Volatus velocitas. Cyrus per intervalla locorum suos tabellarios ita disposuisse legitur, ut fatigatis recentes & nocturni diurnis succederent; sic volantes Grues superarentur.

Plutar. in
Arist.
Æl.H.A.
l. 2. c. 1.
Tzetzes.

De Migratione mira ab Autoribus produntur. Ex Græcia Mæmaeterione in quem Æquinoctium incidit, discedere notavit Plutarchus; ex Helvetia XI. Septembr. audivit Gesnerus. Thraciam relictam ad Hebrum fluvium conveniunt, & in turmas disponuntur. Maxima nata lustrato ter exercitu, corruit; sepulta ad iter in Ægyptum accinguntur. Volant alte, seu ad prospiciendum, quod Plinio & Isidoro placuit, seu ut, inspectis in tempestatem nubibus in terram sese referant. Exacte secundum ventem servant, raro contra impetum nisi fugiendo nituntur. Et in tergo præter volantium colla & capita reponunt. In volatu trianguli formam efficere animadvertum ab Aristotele. Ejus autem summo angulo aër ab iis adversus pellitur: deinde sensim ab utroque latere, tanquam remis ita pennis cursus avium levatur. Basis trianguli tanquam à puppi ventis adjuvantur. Tempestate mota, vel in triquetram figuram conducto agmine cuspide ejus circumfluum aère scindunt, vel immixtæ glomerantur in orbem, vel contentæ in sinum falcatæque feruntur. Literam ypsilon quibusdam exprimere; A vel Λ aliis creduntur. Unam sequi ordine litterato, & pen-

Plut. de
solert.
Animam.
lium.

Cicer. 4.
de Nat.
Deor. l. 2.
Plutarch.
lib. cap.
Lucan. l.
5.

narum notis inscribi aëra, certum est. Ducem quem sequantur ex robustis & senioribus eligunt. Ubi eum defatigatio, quia non habet, ubi nitatur, coeperit, proximam iis quæ acquievere substituunt; eaque vicissitudo in omni cursu servatur. In extremo agmine per vices qui acclament, dispositos habent, & qui gregem voce contineat. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes; qui laxatus somno & decidens indiligentiam coarguit. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes, Dux cum aliis erecto providet collo ac prædicit. Lapidem decessuras deglutire auri indicem postquam deciderit utilem, seu ut ita facilius ventorum turbini pondere resistatur, quod Ælianus voluit; seu ut de via fessæ, & quietem parantes, jactu terram & aquas explorent, quod Aristophanes Byzantius credidit, prodidere quidam. Rostro eum suscipere, ne in volatu navis instar fluitent, Maximus Tyrius scripsit; ut vocem Taurum montem Aquilis plenum cohibeant, alii: Falsum id Aristoteles reliquit: lapides pedibus complecti, cum digitis iis incurvantur ex Alberto habemus. Certum est, inquit Plinius, Pontum transvolaturas, primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criu metopon & Carambim; mox faburra (sed non ut alantur, quod Ælianus fabulatur) stabiliri. Cum medium transierint, abjici lapillos è pedibus, cum attigerint continentem è gutture & arenam. Cum ab Ægypto in Europam avolant. Duces non adhibent.

Arist. H.
A. l. 9. c.
10.

Plin. H.
N. l. 10.
cap. 23.
Solin.
Polyhist.
cap. 10.

De Antipathia hoc dantaxat occurrit, ab Aquila infestari. Ita inter se interdum ira exardescere, ut dimicantes capiuntur. Visus aliquando mas fœminæ ad interneccionem usque undecim vulnera inflixisse, quod pullos quo minus se sequerentur, abstraxisset, si Alberto fides est. Quæ de Pygmaeorum cum Gruibus pugna ab Aristotele, Philostrato, Menecele & aliis produntur, fabulosa esse ex Strabone cognosces. Adventus earum, Arationis tempus indicat. Si vel vociferantur, vel per apertum sponte trepidant; nec sese audacius æthræ committunt vel vespere, & ad multum tempus volant, tempestatem minantur: Si mane & gregatim volent, serenitatem promittunt.

Affectus.

Arist. H.
A. l. 8.
cap. 12.
Strabo l.
1. Georg.
Hesiod.
in Die.
Theophr.
l. de fig-
nis tem-
pest.

Usus earum olim in cibis expetitus. Indi ovis vescebantur, ut Strabo habet. Varro Grues Melicas apud Gellium inter idioquara reposuit. Grues oculis confutis in tenebris faginos Plutarchus testis est. De suis temporibus Plinius. Cornelius Nepos qui Divi Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paulo ante faginari captos, addidit, ciconias magis placere, quam grues:

Usus.
Strab. l.
15.
Gellius.
l. 7. c. 16.
Plut. l. de
esu Ca-
nivor.

grues: cum hæc ales inter primas expetatur: illam nemo velit attigisse. Sed & hodie hybernos apud Gallos cibos nobilitat. Inassant caryophyllis per fossas & pipere. Tenerefcunt, si ex ficu suspendantur. Galenus, Ægineta, & alii carnem earum inter fibrosas & duras reposuere. Anaxandrides, cum Iphicratis nuptiarum cum Thraciæ Regis filia convivium ridet, Gruem ibi fuisse, quæ frontem distenderet, hiante podice, discissis lateribus, dicit.

Quantum *ad Medicinam*, Torminosi in cibo profunt. Jus vocem clarificat, & sperma auget. *Caput*, oculi, ventriculus exusta in pulverem fistulis & varicosisulceribus inspergantur. *Adeps* omnes duritias cum Anserino dissolvit. Pulmonis vulturini dextræ partes venerem excitant viris adalligatæ gruis pelle. Penna serpentes stupidos reddit.

Et hæc de Grue in genere sufficiant. *Speciem* quod attinet, quia *BALEARICAM* Plinius Cirrhos in capite more Pavonis generere scribit, Aldrovandus eam substituit,

quam Bellonius cuidam Ardeæ generi adscribit. Vulgaris est Gruis magnitudine, & eodem plane corporis habitu, rostro è cinereo fusco, vertice nigro, in quo cirrhus erectus nascitur, plurimis tenuibus & subtilibus aurei coloris pennis. Utrunque in temporibus maculam habet oblongam, candidam, ex cujus inferna parte utrinque oriuntur palearia rosei carnei coloris. Collum, pectus, venter, cruraque tota ex cinereo fusca sunt. Circa caput viride invenitur. Alas erigit, & quandoque velocissime currit. *Vescitur* herbis viridibus, quandoque furfuribus & hordeo. Sub noctem altos parietes aut arbores more Pavonum quærit.

De *JAPPONENSI* nihil singulare occurrit. Tota fere candicat, rostro, collo inferiori, pedibus & alis internis exceptis. Vertex capitis insigniter rubet, ac nigris maculis respergitur. Media pars colli inferior nigricat. Sub alis pennæ dependent satis magnæ, multis insignitæ appendicibus, nigræ; cætera tota avis nigricat.



AVIBUS:

LIBER VI.

De Avibus Exoticis, Americanis imprimis.

TITULUS I.

De Avibus Exoticis Terrestribus.

CAPUT I.

De Manucodiatis in genere & in specie.

Poterant & istæ superioribus inferi, nisi accuratam, plerumque descriptionem Authores nobis invidissent. Hac quia destituimur, dicendum promiscue de illis erit, ne aliquid in historia Avium scitu dignum omisisse videamur. Si quid occurreret, quod superioribus annecti possit, Additamentis DEO volente inferetur. Incipiemus à MANUCODIATIS sive avibus Dei, ut Moluccani vocant. Hæ aliis interdum Apodes Indicæ: interdum Aves Paradyfi, seu ob corporis speciem, seu quod ubi locorum nascantur, unde veniant, quo sese recipiant, ignoretur, vocantur; quamvis & ad Phylonem fluvium quædam observatæ sint, quibus idem, ob miram corporis speciem, & plurimam colorum diversitatem, nomen inditum erat, & in Ægypto fuscæ & subrutilæ Monedulis minores, sub eodem nomine videantur. Magnitudo certa non potest illis adscribi, quædam hirundine paulo majores visæ sunt. In Java columbarum magnitudine observari, à se Pica maxima non minorem visam, Scaliger reliquit. Omnibus peculiare est, ut pedibus careant (quamvis Aristoteles nullam absque pedibus avem dari asserit, & Pigafetta pedes illis palmum unum longos assignet) & in cauda veluti fila quædam vel nervos obtineant. *Caput* ipsis non rotundum, sed pressum, nucis juglandis ferme magnitudine. *Rostrum* non omnibus æque magnum, neque ejusdem etiam coloris. *Alæ*

& cauda expansæ, Accipitrinis Milvinisque magnitudine respondent. Pennæ sunt tenuissimæ, & præter tenuitatem pennis Pavonum fœminarum ex toto persimiles. Alæ in arctum contrahi, vel in latum diffracti pro animantis lubitu nequeunt, sed naturaliter uno tantum eodemque modo perpetuo consistunt. *Dorso* fila gemina annectuntur, tres & amplius palmos longa, neque exacte rotunda, neque perfecta angulata, sed figura inter quadratum & rotundum media. Intus continuata ac perpetua, pinguedine totæ expletæ sunt. Falso perpetuum *volatum* exercere, quod non nisi mortuæ in terra vel mari inveniantur, traduntur; nec vetius affirmatur rore duntaxat *passi*, & *ova* in masculorum dorsi cavitate incubari & excludi. Sane quiete necessario indigent, & filis illis in cauda facile ramis arborum annectuntur, nulla hætenus in visarum dorsi observata cavitas; & cum tum alte volent, tum animalia sunt perfecta, quomodo rore, qui prope terram nascitur, nec solidum alimentum suppeditat, illas ali dixeris? Magni à Moluccarum Regulis fiunt, qui se, si illarum pennas portent, in prælio vulnerari non posse, etiam si in prima acie collocati fuerint, credunt.

Species ipsarum quinque describit Aldrovandus. *Prima* hirundinem magnitudine, & forma, si corpus spectes, pene æquat. Pennarum ambitus discolor est, sed admodum venustus, & visu undique jucundissimus. *Caput* quale Hirundinis, & pro corporis parvitate majusculum: cujus plummæ, quæ superiorem partem à prima cervicis vertebra ad rostri usque initium exornant, breves sunt, crassæ, duræ, spissæ, colore luteo egregie micantes, & ad instar purissimi auri, radiorumque solarium more respondentem: reliquæ, quæ mentum contingunt, molliores, tenuiores, & ex cyaneo

mire virides, ut in Anatum masculorum capitibus, dum lucidissimo sideri obvertuntur, conspicimus. *Rostrum* quam *Hirundini* prolixius. Alarum pennæ forma *Ardearum* similes sunt, tenuiorestantum, ac longiores; fuscæ, inter nigrum, & rufum fulgentes: quæ una cum cauda in orbem expansæ, rotæ similitudinem exhibent. Etenim plane immobiles sunt, & veluti infixæ quædam spicula cuti adhærent. Cæterum minores quoque aliæ pennulæ, eæque profecto haud paucæ juxta singulas majorum pennarum, quæ alas constituunt, origines, exoriuntur, quæ supra majorum principia extensæ, ea obtegunt, dimidio quisquiliatæ, ruffæ, coccineæve, cætera crocæ, & fulvo auri colore splendidæ, multum mehercule gratiæ ac venustatis aviculæ ob eximiam illam & singularem colorum disparitatem conciliant. Corporis reliqua moles tota pennis fulvis in rufum vergentibus obducitur, ita tamen ut aliquid adhuc inter eas discriminis advertas. Nam quæ in pectore & ventre collocantur, & frequentissimæ sunt, & pariter latissimæ duorum triumve digitorum amplitudine fulvo sunt colore, & eo quidem nitidissimo, haud sane alio quam jecur ipsum splendentes. Quæ vero dorso insiguntur, rariores, neque ita frequentes sunt, atque insuper amplis divisuris pennarum omnino *Ardearum* tergo adhærentium similitudine hiant: neque etiam ad tam insignem latitudinem accedunt: aut præstantem illum hepatis colorem ædquant, quinimo puniceo potius colore, carni æmulo, obscurione etiamnum relucet. Fila illa gemina quæ dorso annectuntur, quodammodo nigra sunt.

Alter caput habebat album fere, maculis luteis, aureisque perfusum, oculos pariter luteos, cilia rubicunda, rostrum inter luteum, & viride medium, duos digitos longum, in supina parte quodammodo recurvum; *linguam* rubicundam, longiusculam, acutam, *Picorum* haud plane dissimilem, ad lacinanda animalcula perquam idoneam. In pectore aliquo pacto rubescebat. Venter, dorsum, & alæ candicabant, hæ tamen superius ubique, & in fine erant ferruginæ. Dorsum primo ad flavum quodammodo tendere videbatur; posteaquam vero uropygium attingit, ad rubicundum, seu ferrugineum colorem vergebat. Alarum longitudine, utpote, quæ quinos palmos adæquant, primam speciem superabat. Caudæ pennæ, ubi dorso inferuntur, candicabant: cætera ferruginæ erant. Ejus duæ pennæ reliquas duorum palmorum longitudine vincebant, & reliquæ etiam quam in prima longiores aderant. Carebat hæc avis geminis illis filis, quæ omnibus è dorso enasci supra dixi:

quare vel itineris longitudine, vel temporis vetustate decidisse ea judicandum est, non autem fœminam ideo dicendam, ut perperam vulgus hætenus sibi persuasit. Duarum vero longissimarum illarum pennarum fortassis ad velociorem motum usus fuerit.

Tertiam ob corporis longitudinem *Hippomanucodiatam*, quoniam longiorem videre mihi nunquam contigit, appellare placuit, quæ videlicet à principio rostri ad caudæ, & alarum extremitatem tres dextrantes longa erat; & ad duos palmos, cum alæ complicatæ sunt, lata. Rostrum erat satis aduncum, in supina maxima parte, tres digitos longum, inferna vero paulo brevius. Tota vero avis erat alba præter nempe collum; & ventrem, quorum color est castaneus. Superior capitis pars ferruginea, quem colorem flavus excipit, ut hunc viridis. Prope dorsum pennæ admodum prominebant longitudine duorum, vel trium digitorum. Erat præterea unicum duntaxat *Avi* filum, idque asperiusculum, & admodum flexibile, quare alterum casu quodam amissum fuisse existimare debemus.

Quarta à rostri principio ad alarum extremitatem usque commensurata duos dextrantes explebat. Rostrum pro corporis exiguitate longissimum, nigrum & quodammodo aduncum. Capitis, colli, & alarum pennæ nigrescebant, ubi tamen rostro adnectebantur, flavescebant. Cirrhum prope cervicem tres propemodum digitos altum habebat, rigidum, coloris flavi, quique ex fetis potius, quam pennis constare videbatur, atque eo maxime à subsequenti *Manucodiata* differebat.

Ultima magnitudine est *Turdæ*, miræ levitatis, alis oblongis prædita, teneris & visui perviis, & pennis (si pennæ dici possunt potius quam setæ: deplumes enim sunt) duarum longis, angustis, nigris, duritie cornea; pedes nulli, perpetuo volat, nec usquam quiescit, nisi in arbore aliqua, longis illis fetis ramo implicata pendens. Nulla navis tam celeriter pergit, & tam procul à continente, quam non circumvolet.

Huc *Ryntace* crescæ pertinere videtur, quæ ovi magnitudine, gallinacii forte, in Persis nascitur. *Hesychio* & *Phavorino* avis est quam ἡλιόδυ περιστέρω id est columbæ magnitudine. Nonnullis *Pluvialis* avis dicitur, nec solido cibo vescitur.


CAPUT II.

De Avibus Daje, Guitquit, Maja, Xochitencatl, Et Iajaubquitotl, &c.

Americanis nominibus utimur, quia de Exoticis nos aucturos recipimus. Pos-



Manucodiata Aldr.




Manucodiata 2 Aldr.




Manucodiata longa



*Paradisea avis
Maioris generis
Clus*



*Rex avium Paradisea
rum Clus*





Faint, illegible handwritten text, possibly a label for the bird above.

Faint, illegible handwritten text, possibly a label for the bird above.

Possent & Latina imponi; quod Nierembergius fecit; sed metuimus, ne Lectoris iudicium turbetur. Unicuique ad suam genera unamquemque revocare licebit. Avis *DAIE* columbam non excedit. Nidum quatuor spithamas altum, locis fabulosis, cauda ac pedibus excavat. In eo ova perimbres anserinis majora, & pugnum fere lata, quinquagena plurave, citra ullum albumen, crassæ & pinguis substantiæ, ponit. Excluduntur hæc citra incubantis parentis opem atque teporem. Exclusi pulli statim evolvunt. Avis est commode edulis. Ova assa coctaque boni & pinguis sunt alimenti; frixa mali & concoctu difficilis.

GUIT GUIT minima est avicula, Regulo similis, viridi colore, & suavi nutrimento. Ea est naturæ rerum vis, ut hæc tanta avis ac fere nulla, audeat persequiavorum examina, eosque cogat ubilibet latitare, & se adversus illam arundinetis tueri. Corripetam Nierembergius dixit.

MAJÆ colore fulvus est, & in colli postica parte caput (dictu admirandum, & nulli alii animali concessum) ventriculus, primumque nutrimenti receptaculum, si Authoribus credendum. Gregatim in Cuba volant, & Oryzæ cuius maximus apud eas gentes proventus, fata devastant. Cedunt mensis, & grati multique nutrimenti esse dicuntur.

XOCHITENACATL columbæ est par, rostro crasso acuminato & nigro, *Oculis* nigris, iride lutea, alis caudaque albo & nigro colore variatis, tænia nigra à rostro ad dextrum usque pectoris procedente, alis vero circa priores partes etiam luteis, ac universim reliquo corpore pallenti, si demas pedes & crura quæ fusca sunt, & ungues ipsos, qui ex albo nonnihil pallefcunt, *Vivit* juxta arbores floridas, quarum melligine *victitat*. Educat sobolem, habeturque à Tototepocensibus apud quos est frequens, maximi.

JAJAQUITOTOTL corpusculo sturnum æquat. Viridi, cyaneo, fulvo & cinereo variegatur. Dum illi ab extrema cauda pennæ prodeunt reliquis longiores, priori parte depiles, in extremitate cyaneis ac nigris ornata pilis. Videtur ad Passeres Indicos referri posse.

C A P U T III.

De Avibus Tuputa, Tentzon tototl, Tritono, & Hoactzin.

INSOLENS in *TUPUTA* natura. Viva tota vermibus farcitur. Hos pro carne habet, his singula membra imbuta: præter hos & pellem nihil carneum. Cutem non perforant densis exornatam pennis. In carectosis & herbofis locis versatur, ad

proceras arbores nauseat. Hæc ab Herlando habemus, si eximia fidei is author est.

QUAPACHTOTOTL octo nucas longa est, ac totidem cauda; Rostrum è cyaneo nigrum, longiusculum incurvumque, oculi nigri, iris alba; pectus cinereum, ac inde ad caudam usque venter niger, cauda ex nigro fulvescens, alæ vero collum atque caput fulva. Risus humani est æmula, hinc Ridibunda quibusdam. Et propterea inauspicati ominis infamia Indis erat infensa.

TENTZON TOTOTL appellatur avicula Passere minor, colore fusca, pilis quibusdam ad rostri radicem circumcirca proponentibus, barbæ instar. Inde nomen usurpavit.

TRITONUS pulcherrima, & mirifico colorum ornatu variegata proditur, Patria ipsi Hispaniola. Tribus vocibus canit. Scilicet pæne indivisibilibus modulis variat cantum, ab avita voco in alias subito dilapsa, ut videatur una omnes edere, unoque spiritu multos formare tonos, tanquam si à tribus gutturibus fabricarentur.

HOACTZIN Gallinæ Indicæ fere est magnitudine, rostro incurvo, pectore candido in luteum inclinante, alis caudaque maculatis per intervalla pollicis, colore candido & pallenti, dorso ac suprema parte colli fulvis, sed utrisque in fuscum colorem inclinantibus, præterea etiam & temporibus usque ad rostrum & oculos. Unguibus nigris, ac fuscis cruribus. Gestat cristam è plumis è candido in pallidum colorem vergentibus, sed dorso earum nigro. *Vescitur* anguibus. *Vivit* in calidis regionibus, qualis est Yautepecensis, magna ex parte arboribus juxta flumina confitis insidet. Apparet Autumno. *Vox* ei magna, & ululatum quendam repræsentans. Inauspicata ab incolis habetur. *Usus* in *Medicina* invenit. Ossâ dolorem cujusvis particulæ humani corporis lancinatione sedant. Suffitus quoque plumarum, mentem restituit his è morbo aliquo ea parum constantes evasere. Pennarum cinis intra corpus sumptus, morbo Gallico affectis opera mirabili mædetur.

C A P U T IV.

De Ave Emeu.

AVEM Emeu seu Eme Clusii potius verbis, qui eam accuratissime descripsit, quam meis depingere malo. Hæc, inquit iste, dum surrecto capite incedebat, quatuor pedum, & aliquod unciarum altitudinem excedebat: nam collum à summo capite ad dorsi initium tredecim pæne uncias erat longum, ipsum corpus binos pedes latum, femora cum cruribus usque ad

Nieremb.
Naturæ
Exot. lib.
10. c. 6.

Idem lib.
cap. 7.

Idem l.c.
cap. 10.

Nieremb.
Hist. Nat.
Exot. l.
10. c. 14.

Nieremb.
l. 10. H.
N.E. cap.
34.

ad pedum inflexionem decem & septem uncias longa; corporis autem ipsius longitudo è pectore ad Uropygium trium pedum ferme erat. *Pennæ* seu verius plumæ totum avis corpus cum infima parte colli, dorso & pectori proxima, atque femora tegentes, perpetuo erant geminæ, ex eodem parvo brevique tubulo prodeuntes, & sibi invicem incumbentes; superna quidem paullo crassior, inferna vero tenuior, & delicatior, illæque variæ longitudinis, ut in similis avis exuvio, quod Christianus Porretus Leydenſis pharmacopæus diligentissimus, habebat, observabam. Quæ enim in infima colli parte breviores erant, quæ in medio corpore & lateribus longiores, sex videlicet aut septem unciarum, quæ autem in extremo corpore circa oropygium (nam cauda carebat) novem uncias longæ & reliquis duriores. Quanquam omnes duræ aut rigidæ, attamen non latæ, sed angustæ, & rarioribus lateralibus pilis ex adverso sitis præditæ, nigri coloris, quæ tamen circum femora ad cinereum fere tendentis, nigro permanente nervo, ut in reliquis: eam vero formam, & situm habebant illæ plumæ, ut à procul aspicientibus non plumis sed villis duntaxat tectum ejus avis corium existimari possit, quale urfinum est, & alis carere, tametsi alas haberet, sed sub plumis latera tegentibus latentes, & quatuor majoribus pennis nigris præditas, ut in exuvio observabam, tametsi illæ abruptæ essent, nec de illarum longitudine ceat aliquid ponuntiare possim; caules tamen confracti satis crassi, durique & solidi erant, atque in extimam alæ partem alte penetrabant. *Alæ* vero pars superior corpori contigua pennas sive plumas vestitrices, illis similes, quæ adhuc in pectore retinebat; ad hoc enim patas hujusmodi alas censendum, ut currentem adjuvent, quia hanc avem non esse volucrem, nec à terra tolli posse arbitror. *Crura* in ambitu quinque unciarum crassitudinem superabant. crebrisque corticibus seu squamis latis tecta erant, præsertim supra pedis inflexionem. *Pedes* habebat crassos, duos, tribus crassis digitis præditos, prona parte velut squamis tectos, supina prorsus callosos: quorum medius, qui reliquis longior, tribus articulis constabat, interior uno, exterior binis. Omnium *ungues* valde magni, binas pæne uncias longi, crassi, duri & cornicei: Ejus *caput* exiguum pro avis magnitudine & fere glabrum, coloris ex atro cærulei cum colli suprema parte, in quo apparebant rari pili nigri: oculi paullo supra rostri fissuram magni, ardentis & truces, leonis oculis pæne similes, quos cingebant niger pili, quemadmodum & meatus illos aurium parvos & detectos, quos pæne oculos habebat. *Rostri* prona pars


quemadmodum arcuata erat, paulloque supra mucronem binis foraminibus, narium usum præbentibus prædita: à cujus medio ad capitis usque verticem porrectum diadema affurgebat corneæ substantiæ, tres fere uncias altum, coloris ex flavo fuscis, quod cum plumario defluvio cadere, & cum plumæ renascuntur, novum crescere intelligebam. Supina rostri pars, ab ejus scissura ad extremum mucronem quinas uncias longa. Anterior colli pars quatuor pæne uncias infra rostrum, bina velut membranacea palearia, seu barbula, propendentia habebat duas uncias longa, coloris rubri miniati. Postea similiter colli pars deplumis, à capite secundum longitudinem rubri miniati coloris erat; deinde infirma ejus pars aliquot rubris plumulis, quibus nigræ intermixtæ tecta. Caterum tametsi hæc avis aliquas notas habere videatur cum struthiocamelo communes, velut exiguum caput, natura pæne calvum, quodque sine delectu vorat quidquid objicitur. *Pedes* tamen bisulcos non habet, sed tribus digitis præstitos, ut ante diximus, sine calcari, otidis sive tardæ pedum modo: ideoque adeo firmos & robustos, ut in illustissimi Comitum horto, (quem cum ipso Comite ingressus eram ut avem conspicerem) arborem humani femoris crassitudinem æquantum prorsus contusam viderim, & ejus corticem sublatum ab hujus avis, comite, id afferente, pedibus & unguibus: etenim non rostro antrorsum, sed oblique se convertens, averſis retrorsum pedibus, eos, cum quibus pugnabat, impetere solebat.

Licet vero quæcumque objiciebantur voraret, ut aurantia mala integra, & similia: ordinarius tamen ejus *cibus* erat similagineus, sive primarius panis, quem in magna crassaque fragmenta divisum, objectum vorabat, maxime enim recentibus gallinarum ovis delectari intelligebam, quæ integra cum ipsa testa glutiebat, si autem parum firma esset valetudine, illa ipsa integra per anum rejiciebat, deinde rursus ea vorans retinebat & concoquebat. Mihi autem affirmabant, hanc avem fuisse marem, & ex postica parte penem, cameli instar, interdum exerere esse conspectum. Audio porro, illas naves quæ anno à Christi natalitate millesimo sexcentesimo tertio ex Molluccis in Hollandiam redibant, binos simul aves quidem attulisse, sed in itinere mortuas projecisse; tametsi earum exuvia sive coria, ob raritatem, censervari potiusſent: illius avis aliquot ova nihilominus relata certa terna aut quaterna eodem anno Amstelredami conspiciebam à mercatoribus redempta, & paullo etiam ante unum Leydæ apud Porretum videram, omnium, mea opinione, maximum & pulcherri-

Vidus.

num:




Amis.  *causant & affpaul*

Causant

lybia

*Pua Brasi.
alia*



*Altera Xochi
Tenacatl*



*Pica Braslica Toucan
Xochitenacatl*

Emeu Clus.



Emeu Nierenberg



*Anser Magella:
nicus*



*Mergus arti:
& Clus*



*Gall, peregrin,
Clus*

*Cygn, Cuculat
Nierenberg*



Skua

Hoieri



Ouisia. S. Tomineio Niernb.



num: dimenſi enim per longitudinem ambitus, quindecim unciarum erat; per tranſverſum autem, duodecim, aut paullo amplior, ut propter amplitudinem pro quodam vaſe non minus haberi poſſet, quam ſtruthiocameli ova, quibus, teſte Plinio, veteres nonnunquam utebantur, & adhuc noſtra ætas ejus rei gratia uſurpat; nam non ſemel videri memini ſtruthiocameli ova argento excepta & incluſa, poculorum vicem præbere. Hujus tamen avis *ovi* teſta non erat valde denſa, nec alba veluti ovorum ſtruthiocameli, ſed extrema parte viſcentis ex cinericio coloris, & perpetuis, ſaltem creberrimis, quaſi tuberculis ſatura viriditate præditis ornata: illorum autem quæ Amſtelredami conſpiciebam, unum ejuſdem pæne erat cum illo magnitudinis, formæ & coloris, quædam vero magis orbiculata, aliqua minora, nonnullorum etiam color dilutior, & minus elegans. Porro mihi relatum, hujusmodi aves Moluccarum inſularum non eſſe peculiareſ, ſed etiam in Sumatra ſive Taprobana, vicinoque illis inſulis continente reperiri.

CAPUT V.

De Avibus, Xochitototl, & Auris.

XOCHITOTOTL, forma æmulatur paſſerem noſtrum, multicolor eſt penna, pallet, nigreſcit, candet: partim quoque eſt fuſca. Ubique incolæ. Vermiculis & exiguis ſeminibus veſcitur. Ex arborum ramis nidum conſtruit pendulum. Ibi incubat ovis.

AURA aliis Gallinaſſa aut Gallinaſſo, in maritimis locis Zamuro, Peruanis Sугuntus, Mexicanis Tropilotl, dicitur. Corvinum eſt genus, & ad magnitudinem Aquilæ accedit, quibus vix Gallinas ſuperat. Color illi niger, Roſtrum Piſtacci inſtar. Frons depilis plicatili cute obtegitur, circumſtant pili rari & nigri ſimiles Æthiopum. Crus hobet fuſcum. Aduncum unguem & atrum. Hornandes incertæ originis eſſe credit, nec ſciri ubi nidificent & educent prolem. Frequentiſſimas omnibus Hiſpaniæ nova angulis hodie ſcimus. *Pernoctant* in arboribus & rupibus, mane advolant ad urbes, & ab editioribus locis plateas ſpeculantur.

Quicquid immundum eſt aut exanime devorant, nec à ſtercore humano abſtinent, fœde ingluvie famoſæ.

Pullos Acoſta albos eſſe ſcribit, adoleſcentes in corvinam nigredinem degenerant.

Gregatim volant, & ſublimipetæ ſunt. Nec clamant, nec cahunt raro murmure contentæ. Ingratus ab eis odor. Si quis inſequatur, exonerant ſe ut leviores vola-

tui ſint, pari feſtinatione evomendo quicquid glutierunt.

Uſum invenere in *Medicina*. Caro ſi edatur, Gallicum morbum juvat. Pennæ exuſtæ cinis vetat pilos naſci, æque ac ſtercus formicarum, vulnera quoque medicatur. Stercus drachmæ unius menſura potatum prodeſt melancholicis. Cor ſole exſiccatum impenſe odorum eſt. In aliquibus Provinciis lege lata pœna infligitur occidenti haſ aves. Reginam Aurarum.

COZQUAUKTLI Indi vocant. Accedit magnitudine gneſſis Aquilis, alii gallinæ Ægyptiæ parem faciunt. Corpus univerſum præter collum & eaſ partes quæ juxta pectus ſunt, ex nigro purpureſcens, fulvum eſt ac pullum. Alæ circa exortum nigræ, cætera cinerea; deſuper vero mixtim fulvæ nigræ, & nonnihil in purpureum vergentes. Roſtri extrema (quæ Piſtacci eſſe judices, tam eſt indiſtincta ſimilitudo) alba ſunt. Cætera ſanguineo colore tincta. Amplum eſt narium foramen, oculi nigri, iris fulva, rubæ palpebræ, frons ſanguineo colore perfuſa, ac plicatilibus rugis torva, quaſ tamen nonnunquam explicat, qua in re vocatos Gallo-pavos æmulari videtur, & pilis quibuſdam veluti retorridis rarique. Æthiopum pilis haud abſimilibus. Cauda eſt Aquilæ, inferne cinerea, foris vero nigra. Crura rubra, ungues unci.

Indignea eſt Mexicanæ provinciæ. Anguibus, muribus, lacertis, ſed morticinis maxime & humano ſtercore *vicitat*. *Sublime volat* & nimium extenſis panſiſque alis, vix volatum intermittens. Vi incredibili obſiſtit ventis, contra nititurque adverſantibus, eiſdem ſedibus perſtans immobilis. Unde ipſi apud Mexicanos nomen.

Caro eſt inutilis, nutrimento, quantum compertum eſt, à nomine, niſi *Medicine* gratia deguſtato. Audio, inquit Author noſter, hujus avis plumis admotis mederi Indos ulceribus, carnibuſque elixis durante affectu devoratis; quaſ etiam ajunt morbo Gallico præſentaneo quodam remedio mederi.

CAPUT VI.

De Avibus Garagay, & Quetzaltototl.

GARAGAY quæ dicitur, avis eſt rapax, Milvi magnitudine, capite ex extremitate alarum albo. Crocodilorum & teſtudinum ovis inſenſa eſt. Odoratur illa ſub arena in ripis fluminum condita, eruit & vorat. Solivaga eſt, niſi quod Auræ aves eam ſequantur, ut potiantur furto, auro enim ſcalpere terram neſciunt, ut effodiant ova.

QUETZALTOTOTL, criſtata eſt picæ columbæve magnitudine, pavoninis magna ex parte plumis ornata, roſtro incur-

Uſus.

De Laet. l. 5. Indiæ Occid. c. 4.

Nie-remb. H. Exot. bel. 10 c. 56.

Locus & Viſus. Volatus.

Uſus.

Nie-remb. H. Exot. l. 10 c. 57.

Nie-remb. l. 10. c. 41. Herrera Decade 3. l. 3. c. 9. Hiſtoriæ Novi orbis.

Viſus.

Partus.

Volatus.

vo & luteo, & pedibus nonnihil luteis, cauda tzanatl plumis prælongis vestita, atque virentibus nitidisque pavonini coloris, iridis foliis forma similibus, opertisque, alis superne nigricantibus, inferne vero, & qua parte pavoninas attingunt, quæ in medio sunt, inclinantibus in virorem, quasi cavente natura meliorum pulchritudini. Crista constat plumis splendentibus pulcherrimis, pectus collumque inferne rubris & micantibus, ac pavoninis superne, quilibus etiam tegitur dorsum, nec non ex partes quæ subter alas sunt, inter que crura, sed dilutis exilibus, & mollibus. Plumæ alarum prælongæ sunt, virore tinctæ diluto, & in acumen desinentes. Pennæ tegentes humeros virescunt, sed subter sunt nigræ, quæ vero alas interstant, nonnihil incurvæ ac unguium colore.

Descri-
ptio.

Locus.
Hernan-
des in Pa-
ralipom.

Vivunt in provincia Tecolotlan ultra Quauhtemalan versus Honduras. Loca aprica amant, nec compertum cicurari vel ali in domibus voluisse.

Victus.

Vescuntur vermiculis, pineisque quibusdam sylvestribus, ex his quas Mexicani matzatli vocare consueverunt. Arbores excavare, & in earum cavitatibus sobolem educare dicuntur. *Sonitum* proferunt Pfitacis non admodum dissimilem: verum sibilata edunt alacria, ter de die, mane, meridie, & sub occasum Solis cecinisse observatum est.

Volatus.

Agminatim *volant*, & visco hærentes ne plumis detrimento sint, non contorquentur, quasi naturæ duæ divitiarum suarum cognitionem haberent.

Usus.

Et sane maximi plumæ apud indigenas habentur, & aurum precio superant. Longiores ad cristas & cætera corporis ornamenta, cæteræ ad textilia opera usurpantur. Plumis captas exuere, undas dimittere dominis, quibus loco prædiorum sunt, & ad hæredes transeunt, licet, ne quisquam occidat, cavetur. Vere Reginam plumarum dixeris.

CAPUT VII.

De Avibus Tzinitzian, Totoquestal, Avemontana, & Longa.

Nie-
remb.
H. Exot.
l. 10. c.
65.

TZINITZIAN parva est avis, columbæ pæne par. Rostrum habet breve incurvum & pallidum. Columbinum caput & collum, sed quæ plumis virentibus ac nitidis vestiuntur, pectus & ventrem rubæ, præter partem caudæ proximam, quæ cyaneo candentique colore promiscue tingitur. Caudam superne virentem, inferne nigram Alas partim albas partim sub nigro-atras. Crura ac pedes cinereos. Vivit in calidis juxta Oceanum Australem, vescitur fructibus. Alitur in caveis.

Ex plumis miræ subtilitatis imagines intexunt indigenæ.

TOTOQUESTAL columbina magnitudine minor est, viridis omnino. Caudæ pennæ longissimæ sunt, magno pretio habitæ & receptæ in commerciis. Depilata dimittebatur. Capitis reus erat qui occidebat.

De Laet.
Ind. Oc-
cid. l. 7.
cap. 4.

AVIS MONTANA Indis Tepetototl, & Tecnecholi, Hispanis Phasianus, anseris est magnitudine, colore nigro splendenti, plumis tamen nonnullis inferne candidibus, circa caudam in postremis alis, cruribus pedibusque cinereis. Rostro incurvo partim cinereo partim luteo, ac circum radicem velut tumentis, plicatili crista, oculis nigris, sed iride pallenti.

Alitur frumentaceis frugibus aliisque similibus. Mite animal. Nam apprehenso domesticorum pallio cibum exigit, & clausam januam ubi aliquo intrare opus sit, pulsat. Horum si liberum sequitur, redcem cum applausu excipit.

Edulis est ac pinguis caro, nec dissimilis illi chortalium Indicarum.

AVEM LONGAM Indi Hoitlallotl dicunt. A rostri acumine ad caudæ usque exortum, quæ spithamam quoque longa est, dodrantem prolixa conspicitur. Rostrum desuper nigrum, subter vero cinereum, quadrantem longum ac mediocriter crassum. Cauda virens sed pavonino splendore. Plumæ totius corporis ex albo fulvescunt, fulvescuntque prope caudam è nigro: sed quæ corporis vestiunt superiora, nigræ sunt maculis candicantibus conspersæ. Calidis regionibus vivit. Humipeta est, ac modici volatus, sed adeo pernici cursu, ut equorum velocissimorum agilitatem longe excedat.

CAPUT VIII.

De Cygno Cucullato Clusii, seu Dodone Lusitanorum.

CYGNUM Cucullatum, seu Gallum galinaceum peregrinum Clusii. (Hollandi **Walgh-vogel** seu nauseam moventem avem vocant) Mauritii insulæ, quam Lusitani Ilha de Cirne dixerunt, debemus. Magnitudine cygnum superat aut æquat. Caput habet magnum, membrana cucullum referente tectum. Rostrum crassum, oblongum, parte capiti proxima subflavum, extremo mucrone nigrum. Prona pars adunca est & curva, in supina quæ subcærulea, macula mediam partem inter flavam & nigram occupat. Raris & brevibus pennis tegitur. Alarum loco quaternas & quinas duntaxat longiusculas nigras pennas habet, posteriore corporis parte, quæ præpinguis & valde crassa, pro cauda quaternæ

Clusius
Exot.

ternæ aut quinæ crispæ convolutæque penulæ cineræ coloris conspiciuntur. Crurum quæ crassa potius quam longa, superna pars genu tenuis nigris pennulis tegitur, inferior cum pedibus subflavi est coloris. Pedes in quatuor digitos dividuntur. Terni longiores antrorsum spectant, quartus brevior retrorsum conversus est. Omnes instruuntur unguibus. De Crure ejus genu tenuis rescisso, ita Clusius. Erat, inquit, non valde longum, sed à genu usque ad pedis inflexionem paulo plus quam quatuor uncias superabat: ejus vero crassitudo magna, ut cujus ambitus fere quatuor uncias æquabat, crebrisque corticibus seu squammis tectum erat, prona quidem parte latioribus & flavescens, vero supina minoribus & fuscis. Pedis etiam digitorum prona pars singularibus iisque latis squammis prædita, supina autem tota callosa. Digiti satis breves pro tam crasso crure. Nam maximi sive medii ad unguem usque longitudo uncias binas non admodum superabat, aliorum duorum illi proximorum vix binas uncias æquabat, posterioris fescunciam: omnium vero ungues crassi, duri, nigri, minus uncia longi, sed posterioris digiti longior reliquis, & unciam superans. In unius ventriculo lapilli inventi sunt, unus planus, & orbicularis uncialis magnitudinis, alter inæqualis & angulosus, in maris littore lectos & devoratos verisimile est. Herbertus cum Lusitanis Dodonem vocat, & unam capitis medietatem ferruginei coloris plumis tegi, alteram nudam esse, addit.

C A P U T IX.

De Avibus Ceoan, Cenotzqui & Pauxi.

Ceoan seu avis nivea turdo viscivoro paullo major est. Circa pectus ventrem atque alarum exortum fulvescit, permixtis ad caudam cinereis plumis. Alarum extrema caudaque ipsa cinerea sunt, superne vero universum corpus è fusco nigrescit. Rostrum quod parvum est atque exile, cruraque fulvescunt. Mentum candet, insertis tamen aliquot nigris pennis. Sermone humanum æmulatur, veluti irridentis transeuntes, quos tamen ubi licet, insequitur.

Avi **CENOTZQUI** seu evocatrici nivium dictæ color illustris variegatione. Pectore fulvus, crure pallidus, ungue niger, ventre notis candidis & atris permixtus, sub finem albis notis conspersus, cauda subtus niger & candidus, super fulvo nigrore maculatus. Caput nigrum est fascia cinctum cinerea. Rostrum parvum cinereum superne atque inferne, sed superne juxta exortum linea ambitur lutea. Quovis cœlo gaudet, montana colit, & roris tempore

sobolem educat. Antequam ningat clamat, postea fileat. Ita convolvit huc & illuc caput, contorto in varias partes collo, ut eodem situ immota perstans, cuncta circumspiciat.

PAUXI gallinaceum æquat aut superat. Nigra est, maculis nonnullis albis & nigris perspersa, collo nonnihil provento, capite amplo, quod aliis cristatum, aliis proplumea cristalapis aut globus insurgit, (lapidem vocant, licet non nimis durus) ovo similis aut major, ferruccineo colore, Hernandus tumorem quondam radici rostri affigi, qua parte est tenuior, pici firma, lapidis duritia, & cæruleo colore, scribit. Alitur frumentaceis seminibus & libenter mansuefit.

Huc pertinet alia Avis Ciconiæ magnitudine, colore cinereo. Cristam gestat uncias octo longam, è multis subjectis aggregatam plumis ejusdem coloris, & in amplitudinem orbicularem, præcipue circa summum dilatatis atque excrecentibus. Vissam in horto Hispaniarum Regis descripsit Hernandus.

C A P U T X.

De Avibus Picicitli, Polyglotta, & Chicuatli.

Picicitli avis est parva. Cinerea tota nisi capite & collo, quorum utrumque nigrum, solum oculos nigros candens ambit macula. Est ignobilitate quadam originis nobilis. Nesciunt adhuc Tetzcoquenses ubi fatiscet. Muta est. Educat domi, brevi perit. Palato & stomacho est acceptabilis.

POLYGLOTTA quam Indi Concolatolli seu quadringentas linguas vocant, sturnum non superat. Subtus albescit, superiore parte fusca, pullis & candentibus intermixtis pennis, maxime ad caudam & caput, quod imagine quadam coronæ argenteæ redimitur. In caveis ad blanditias auditus, ad ostentum naturæ servatur. Vincit omnes aves suavitate & arbitrio gutturis, nullius non imitatur, nullius non superat. Calidas regiones amat, temperatas tolerat. Contenta est quovis cibo. Similis ei est Tzanpan. Aliqui suspicantur fœminam esse ejusdem speciei, paribus magnitudine, cantu, forma, nisi quod plumæ inferne albæ sint, cinereæ & nigrae: superne, pullæ, nigrae, albæ.

CHICUATLI nostratam rusticulam exæquat. Rostro est longo, tenui, & pullo, ac raniis juxta utrumque oculum luteis & incurvis. Inferiora corporis pallida sunt, nigris quibusdam plumis circa cololum interfertis. Iris lutea, ac nigri oculi. Cætera ex fulvo, fusca, & cinereo per-

mixta. In montibus versatur. Calidis frigidisque regionibus capitur. Pane & vermiculis alitur. Humipeta est, & in vimineum alteriusve materiae coniecta carcerem, haud vulgariter garrit. Pingue & non omnino aspernandum præbet alimentum.

CAPUT XI.

De Avicula Tominejo.

Gomara Hist. general. Indiar. c. 194. Oviedus Hist. general. l. 14. c. 4. Augustin. C. c. r. Hist. Peruanæ l. 1. c. 5. Lerijs in Historia Brasiliæ. Thevet. singul. Franc. Antar. c. 48. Joseph. Acofta Hist. Natur. & Mor. Ind. l. 4. cap. 37.

Mira sunt, quæ de Avicula, quam Hispani Tominejum, Indi Hoitzi tzil-tototl, ut Hernandes scribit, Huitzitzil ut Ximenes, Vicicilin ut Gomara, Quenti ut de Laet, Brasilienses Guonambuah, ut Lerijs & Thevetus testantur. Oviedus Passerem mosquitum vocant, produntur. Tam parva est, ut quidam ei magnitudinem crabronis, alii cicadæ, nonnulli extremi pollicis articuli, & evulsis pennis vix dimidiæ ejus partis, alii scarabei Lucani assignent. Oviedus in monetario trutina quæ aurum appendi solet cum nidulo suo positam, bina tantum pondera. Acofta unum duntaxat dicit, Hispanis Tominos dicta, id est XXIV. grana, unde Tomineii nomen, pependisse vidit. *Capitis* & colli plumæ miram elegantissimorum colorum quocunque obvertas varietatem repræsentant. *Pectus* igneum quendam auro splendidiorem inprimis. Reliquum corpus subcinericium est. Oviedus nigerrimum colorem tribuit. *Rostrum* habet oblongum, illudque acus qua vestes farciuntur, exilitate. *Linguam* rostro duplo longiorem. *Pedum* & *unguium* exilitate, cum illarum avicularum pictura, quæ ornatus gratia in librorum marginibus interdum adjici solet, comparari potest.

Locus. *Invenitur* in Peruanis montibus & Brasilia. Melle, rore, & florum succo *alitur*. Rosæ tamen non insidit, at in præalto milio quod Auati ab incolis dicitur, & alijs similis magnitudinis plantis insidet.

Origo. Duplex earum proditur *origo*. Nam aliæ quidem ex ovis excluduntur uti reliquæ volucres. (Construunt autem è xyli floccos) aliæ, quod haud dubio fabulosum, ex muscis transformari vulgo creduntur. Sunt qui dicunt visam esse partim muscam partim avem: primum ejus colorem nigrum, mox cineraceum, deinde roseum, tandem rubentem. Nullus Hispanorum cantus mentionem facit. Soli Levius & Theretus Galli valde canoram esse, & in cantu adeo assiduum ut nemo qui non audiret & conspiceret, ex tantillo corpusculo tam suavem & sublimem cantum prodire posse sibi persuaderet.

Volatus. *Volat* celerrime, editque inter volandum quendam instar apiculæ strepitum, ut apis magis quam avis videatur. Non diu-

tius, quod maxime virum, *vivit*, quam flores herbarum durant superstites, postquam marcuerit, ad pinus aliasve arbores, quadam naturæ providentia sese confert, eique se rostro affixo servat appensam, donec sex plus minus quam transactis mensibus, ac decidentibus jum pluvijs, vernantibus agris, denuo revirescat, similes vices plures subitura. Gomara exspirare mense Octobri, pedibus ex aliquo ramo appensam aprico loco; renasci autem Aprili scribit. Hinc *Renati* nomen. Servata est sapius avis affixa stipiti intra cubiculum, & cum sex menses exanimis jacuisset, quo tempore natura sibi comparatum est, revixit, ac dimissa in agros volitarit.

Quam Clusius describit, & Urusiam ac Tominejum vocat, an eadem cum jam descripta sit, ignoro. Erat, inquit, hæc avicula, ut expectura observabam, à rostri mucrone ad pennarum caudæ extremitatem tres uncias longa. Caput vero cum integro rostro uncialis cum femisse erant longitudinis: alæ ad extremam fere caudam porrectæ, parem habebant longitudinem: dorsum vix unciam latum erat, ejus & alarum color ex cineraceo fuscus, ventris cineraceus. Pennæ quæ in cauda obscure rubescentes, earum extrema pars nigra. Capitis, colli gutturis plumæ elegantissimi coloris ex auro rubro & flavo mixti, quæ Soli expositæ, admirabilem varietatem, prout obvertebatur caput, ostendebant: rostellum nigrum tenuissimum & maxime acutum, pedes valde exiles, nigri, quatuor digitis ut reliquarum avicularum præditi, quorum tres in anteriorem partem porrecti, quartus in posteriorem, &c. Videtur tamen esse existis. Diversæ enim speciei sunt istæ parvulæ aviculæ, & promiscua nomina communicantur invicem. Urusia Solis radium significat.

Ajunt pulverem ejus intra corpus sumptum epilepsiæ mederi. Pennæ præsertim quæ in collo & pectore nascuntur, aureis staminibus à phrygionibus intexuntur. *Ufus.*

CAPUT XII.

De Avibus Cuntur, & alijs quibusdam Insulæ Maragnanæ.

Cuntur avis est mole vasta. Visæ quæ expansis alis XV. aut XVI. pedes occuparent. Pedes habet gallinis similes, caret aduncis unguibus. Rostro tam valido instruitur, ut eo vaccinum tergus perforet. Plumis albis nigrisque mixtis ornatur. Cristam parilem instar novaculæ, & non servatam instar gallinæ. Inter Carnivoras censerit debent. Duæ illarum vaccam occidere & comedere valent, nec ab hominibus abstinent. Non modo ovem dila-

Johan. de Laet. Indiar. Occid. lib. 10. c. 5.

dilaniant, sed & juvencam. Pauciores sunt. Plures si reperirentur, pecus universum in Peruvia destruerent. In Insula Maragnana quatuor imprimis occurrunt.

De Lact.
Ind. Oc-
cid. l. 16.
c. 13.

Prima quam *Ouyra Ovaßou* (observa, barbaros Toupinambautios universas aves uno & communi nomine appellare Ouyra five Ouyra) vocant. Aquila est pæne duplo major. Plumis vestitos elegantissimis, Rostro valido, Unguibus imprimis acutis. Vifa penna ex alis hujus avis extracta, quæ ulnam nostratam longe superabat, elegantissimo colore, & rotundis maculis distincta, instar Gallinarum quæ ex Africa advehuntur. Tanti est roboris, ut ovem integram abripiat atque dilaniet, homines facile prosternat, & nec à cervis abstinere.

Lerius in
Hist. Bra-
sil.

Alter est *Moyton* seu *Mouton* pavonis nostratis magnitudine aut paullo major, præ alta crista spectabilis, & per universum fere corpus nigris albisque plumis eleganter variegata. Carnes illarum cibo sunt opportuna, & multæ ejus visuntur species.

Huic *Toucan* accedat, palumbi magnitudine; rostro oblongo atque lato, ingluvie sub pectore tres quatuorve digitos transversos lata, crocei coloris elegantissimi & miniatis plumis circa oras distincta, pectore candido, dorso exquisite rubente; alis atque cauda nigris, pulchra aspectu & carne palato admodum grata. Hujus & alia species appellatur à barbaris *Ovaycho*, cui rostrum est paulo diversum & è rubro flavescens.

Quartum, locum avi *Ouru* dictæ damus, perdicis quidem magnitudine, sed galli gallinacei in modum cristata; plumis rubris, nigris atque candidis insigni varietate. Sunt ibidem & plures ejuscemodi rapaces aves Aquilis aut majores aut paullo minores, singularis adhæc formæ, & plumis variorum colorum eleganter distinctæ.

Sunt & quædam *Perdicum* forma, sed majores paulo, cæruleis plumis ornata, & cærulea ova ponentes. Tata *Ouyra Ovaßou*, & Tata *Ouyra miri*, itemque *Aroumara* singula sunt columbarum nostrarum magnitudine, sed singulari plumarum varietate & elegantia.

Iandou struthiocamelorum est species. Proceritate staturam humanam superans. *Salian* denique *Turcici Galli* magnitudine, rostro & cruribus ciconiæ, licet volare nesciat: tamen tam pertinaciter currit, ut venaticos canes effugiat.

C A P U T XIII.

De quibusdam *Brasilie Avibus.*

INter cæteras *Brasilie* aves, quarum alibi mentio facta & adhuc fiet, censentur

Guranhæ-engeræ, Tangaræ, Quereivæ, Tucanæ, Guirapangæ, Macucaguæ, & Mutu.

De Lact.
Indiæ
Occid. l.
15 c. 7.

GURANHÆ-ENGERA magnitudine est *Fringillæ*, tergo & alis cæruleis, pectore & ventre flavo; diademate supra caput flavo. Cæterarum fere omnium cantum imitatur, & mille modis vocem flectit & mutat. Variæ ejus reperiuntur species, quæ omnes aviariis inclusæ summopere delectant.

TANGARA Passeris est magnitudine, colore nigro, capite subflavo, non canit. Epilepsiæ quia obnoxia creditur, ideo illius carnibus abstinent barbari. Narrant iidem aviculas hæc inter se choreas ducere, & una mortuæ instar humi procumbente, inconditum murmur & strepitum edere. Hac confurgente, & eundem strepitum edente, omnes una avolare.

QUEREIVÆ totum pectus, pulcherrimo colore rubro tectum est, alæ nigro, reliquum corpus cyaneo. Propter exquisitam plumarum elegantiam maximi fit à barbaris.

TUCANA, quam *Lerius* & *Thevetus* vocant *Toucan*, picæ magnitudine, flavo pectore, reliquo corpore nigro. Rostro ingenti & minimum palmum longo, extus flavo, intus late rubente. Cicuratur ita ut sub tecto pullos suos excludat.

QUIRAPANGA est tota alba, & cum modicæ sit magnitudinis, stentoream habet vocem, & quæ instar tintinnabuli, ad dimidiam pæne leucam exaudiatur.

MACHCAGUA phasianæ avi non ab similibus, Gallinas Europæas magnitudine superat, & triplici cute munita est. Ova quotannis bis tredecim aut quindecim ponit. Graditur quidem humi, sed petit ad conspectum hominum arbores. Largam delicatamque carnem habet. Multæ illius species reperiuntur, quæ capiuntur facile.

MUTU Gallinæ est species admodum domestica. Cristam istar galli, nigri atque albis punctulis interstinctam gerit. Ova illius sunt grandia, alba, & ita dura, ut inter se collisa instar ferri tinniant. Quare barbari *Maracas* suas ex illis conficiunt. Ossa illarum canibus sunt lethalia, hominibus nihil nocent. An eadem sit cum *Moutone* de qua superiore capite actum est, ex comparatione liquebit.

Huc pertinet quedam ex rapacibus magnæ molis & tam clamosa, ut ad dimidiam leucam audiatur, tota nigra, pulchris oculis, rostro galli gallinacei, cui cornu impositum palmi pæne longitudine, quod iis qui linguæ vitio laborant, ad collum appensum occulta, quadam naturæ vi mæderi, experientia comprobatum volunt. Coronidis loco hisce *Bambiayæ* in *Cuba* insula frequentes accedunt. Paullum

De Lact.
Indiæ
Occid. l.
1. cap. 9.

supra solum feruntur magis quam volant, ita ut incolæ ferarum instar illas venentur. Carnes coctæ jus croceo colore inficiunt, saporis alioquin pergrati, & phasianarum avium æmuli.

TITULUS II.

De Avibus Exoticis Aquaticis.

CAPUT I.

De Passere stulto, & Anserè Magellanico.

Nieremb.
Hist.
Exot. 1.
10. c. 4.

Passer stultis nomen ex eo accepit, quod manus apprehendentium nec fugiat nec timeat, admiratur solum aut stupet. Præter frontis partem rostro adjacentem, quæ cinerea est, palmipes, rostro tres uncias longo, tenui, obrotundo rectoque, sed prope extrema nonnihil incurvo, pedibus quoque qui cæterorum palmipedum sunt, & cruribus nigris, pupilla etiam nigra, & membrana oculos tegente in ambitu cinerea.

Vescitur pisciculis. Voce imitatur graculum. Magnitudine picam, forma Larum. Nobilis est avium insulæ Mauritii mansuetudo. Appellentibus nautis perinde insident ac arboribus. Eadem securitas venatus est. Accedunt ac subeunt manus.

ANSER MAGELLANICUS à loco ita dicitur. Batavi forte à pinguedine Penguinem vocant. Describam eum verbis Clusii. Marina est hæc avis, inquit, & ex Anserum genere, tametsi rostro dissimilis. In mari victitat: pinguis oppido est, prægrandis anseris magnitudine; nam adultiores in eo genere tredecim, quatuordecim etiam, sedecim interdum, juniores vero octo, decem & duodecim libras pendere observantur. Prona parte, nigris pennis tectæ erant. Supina & in ventre albis. Collum, quod crassum & breve habebant nonnullæ, albis pennis tamquam torque cinctum. Earum cutis crassa & densa interfuillæ. Alarum erant expertes, sed earum loco binas parvas coriaceas pinnas habebant, & latera tanquam parva brachia propendentes, prona parte brevibus, angustis & rigidis pennis confertim tectas, supina autem minoribus & rigidioribus, iisque albis, quibus nonnullis locis intermixtæ nigræ; minime quidem aptas ad volandum, sed quarum adminiculo velociter natarent. Maxima enim ex parte in aqua versari intelligebam, & terram duntaxat petere fœtificationis vel pullationis tempore, & plerunque quaternas aut quinque in una scrobe latere. Rostrum corvino majus habent, non adeo tamen elatum, & valde brevem caudam, pedes nigros, planos adserinorum pedum forma, non

Clus.
Exo.

adeo tamen latos. Erectæ & sublimi capite incedunt, demissis in latera pinnis, tanquam brachiis, sic ut procul intuentibus homunculi aut pygmæi appareant. Piscibus duntaxat vesci, referebant Diariæ; non ingrati tamen saporis esse illarum carnem, nec piscem sapere: scrobes vero valde profundas in litore fodere, cuniculorum instar; totum solum adeo cavum interdum efficientes, ut per illud gradientes nautæ, sæpiuscule genutenus in eas scrobes inciderent. Hi sunt fortasse anseres, quos Gomara ait sine pluma esse, nunquam è pelago prodire, plumæque loco villo longo protegi.

CAPUT II.

De Avibus Iochualcuachili, Xochitenacatl, & Tlanquechul.

Avis quam Chillenses *Iochualcuachili* seu caput nocturnum appellant admirandi est opificii. Assurgit illi à rostri exitu corona quædam, aut orbis in tres divisus cuspides, superiori parte mediocriter crassus, & è luteo rubescens: ab anteriori alarum bini aculei contorti exeruntur. His armis avicula imbellis adversus fortiores defenditur. Nullius vitam natura contempsit. Avis est littoris Oceani Septentrionalis alumna, salforumve lacuum, è quibus victum sumit. Inventa apud flumen Tupspe, vix æquat sturni nostratis magnitudinem, sed collo constat tenui & longo, capite parvo, & in longum producto; prolixo rostro luteoque, prolixisque cruribus, & pedum digitis atque unguibus: ungues autem lutei sunt, digiti & crura cinerea cum inferiorum femorum parte, nam superior fulva est cum anteriori alarum parte, quarum posterior cyanea est. Reliquum corpus nigrum, quibusdam tamen fulvis circa ventrem permixtis pennis.

Nieremb.
Hist.
Exot. 1.
10. c. 16.

XOCHITENACATL est columbæ magnitudine, rostro præ corpore mole maximò, superiori parte luteo, inferiori vero subnigro, & in purpureum colorem vergente, oculis nigris, sed iride rubescente ex-luteo, ac reliquo corpore cæruleo cinereoque. Vivit circa litora Oceani Australis; piscibus, quos rapit, vesci solet.

Nieremb.
1. 10. c.
9.

TLANHQUECHUL dicitur avis peregrinæ gulæ: vivis duntaxat piscibus vescitur, mortuos non attingit; raptu gaudet, specie similis est plateæ aut pellicano, sed coccineo pulcherrimoque universi ferre corporis colore, aut ex albo rubescenti, lato atque obrotundo circa finem rostro, cinereoque pupilla nigra, iride rubra rugosa, fronte galli pavonis, auræve, depili

depili pane capite, candentique cum univ-
erso fere collo, & parte pectoris, & fascia
nigra latiuscula, capet à collo distinguen-
te. Circa littora maris aut fluminum vivit.

C A P U T III.

De Avibus *Acolin*, *Quachiltone*, &
Acacalotl.

Nie-
remb.
Hist. E-
xot. l. 10
c. 22-28
24.

A *Colin*, Coturnicis est magnitudine
fusca, prolixo rostro & curvo in in-
feriora, pedibus longis: juxta aquarum
summitatem cursitat celerrime, nunquam
fere volat. Versatur in lacu Mexicano. Ve-
scitur pisciculis & ipsa esca vulgo. Bene
Coturnicem aquaticam dixeris.

QUACHILTONEM, seu *Avem sili-
quastrini capitis*, aliqui *Jacacintli* vocant. Co-
lor illi purpureus, ex nigro interfertis pen-
nis. *Rostrum* initio pallet. Adolescentibus
rubit calvities juxta rostri exortum. Ful-
cam imitatur. Lutea crura invirorum assur-
gunt, in quatuor desinentia digitos palli-
dos, citra ullam membranam. Oculi nigri,
iris fulva.

Lacus tris avis est. Piscibus vescitur, ip-
saeque non ingrata palato. Intempesta no-
cte, & sub primo mane gallinaceorum ri-
tu canit.

ACACALOTL mas seu corvus aqua-
ticus à cauda extrema ad rostri usque acu-
men quatuor fere spithamas longa, & me-
diocris amplitudinis; crura sesqui spitha-
mea, *rostrum* arcus instar incurvum, duos
palmos longum, ac mediocre tenue: pe-
des in quaternos finduntur digitos nigerrimis
munitos unguibus: crura minus nigres-
cunt digitis, *rostrum* cyaneum est, ac ca-
put exiguum. Plumæ infernæ fuscae inser-
tis rubris, superiores vero promiscue pur-
pureæ, subnigræ, virides atque splenden-
tes: *cervix* est septem digitos longa. Caput
collumque pennis fuscis, albis & viridibus
teguntur ac paulisper fulvescentibus. *Oculi*
sunt nigri, iris vero sanguineo tegitur colo-
re. Cæterum ab externis oculorum angulis
usque ad *rostrum*, uncia unius intervallo
deplumis & glabra est, pellis rubescensque
in albo. Alæ viridi splendentique subtus
pellucens colore, & qui pro variis solis re-
percussibus evariet atque mutetur; super-
næ vero prope exortum passæ sunt, dein-
de vero viridi atque pavonino spectabiles
colores. *Indigena* Mexicanæ plagæ avis est:
versatur circa lacus, ac piscibus victitat.
Masculus fortassis est ejus avis, quam re-
centiores vocant *Arcuatam*, aut illi saltem
congener. *Educat* filios veris tempore juxta
lacustria loca.

Bonum præstat alimentum, nec valde
injucundum, crassum tamen, atque (ut
lacustres aves decet) piscosi odoris.

C A P U T IV.

De Avibus *Xomotl*, *Acototloquichitl*,
& *Acacacahoatli*.

X *omotl* palmipes est, dorso & alis desu-
per nigris, pectore fusco. Cristatam
iracundia facit. Pennas intexebant Indi
suis vestibus.

Nie-
remb.
l. 10 c.
41. 35.
36.

ACOTOTLOQUICHITL seu *Passer a-
quaticus mas*, passerem similitudine & forma
simulat. *Rostrum* tamen nigrum, crura
& pedes fulvi, inferiora corporis plerum-
que candida. Cætera fulva, candore
aliquo & nigrore variegata. *Reperitur* in
Mexicanis plagis. Juncetis & carectis insi-
det, ibique *nidificat*. Non minus occinit
quam Sol pergit. Ab ejus exortu ad occa-
sum contumaci garrir sonitu mures imitan-
te.

ACACACHOATLI seu *Avis aquatica
raucum sonans*. Halcyonum species illa est
inquit Nierembergii, quam nostri mari-
netum Piscatorem vocare solent, circa a-
quarum fluenta victus gratia à congenita
quadam versantem natura. Anate fera
paullo minor est, colloque & rostro spitha-
meo: hoc tres digitos latos prominat, me-
dio, cum sortitur crassitudinem, in aciem
desinit, ac morsui est peropportunum. Su-
perne vero nigrum est, inferne album, &
palescens circa latera. *Oculi* nigri sunt, iris
rubra prope pupillam, deinde pallida, ac
demum candens. Ab oculis ad rostri usque
exortum fascia procedit viridi palescens.
Crura pedesque in digitos fissi virescunt
extrinsecus, intrinsecus vero inclinant ad
pallorem, color totius corporis magna ex
parte albus est, fulvis pennis insertis, ve-
rum superna magis fusca sunt, inferna ve-
ro candida. *Alæ* infernæ cineræ, ac desu-
per circa extrema nigræ, mox è fulvo ru-
bescentes, deinde palescentes ex fulvo,
ac demum fulvescentes ex fulvo, ac de-
mum fulvescentes circa dorsum. Piscibus
victitat: mitescit minimo negotio, nec est
cantu insuavis, indulgenter tamen ac blan-
de vermiculis & aliis animalibus exiguis,
quæ in paludibus gignuntur, ex alenda.
Carne etiam vescitur, & aliis non paucis,
ubi fieri aliter non possit. Crassi est nutri-
menti, neque dissimile ei, quod anates fe-
ræ præsentare solent. *Indigena* est Mexica-
næ plagæ, & vere educat inter juncta sobo-
lem. Mirum est, cum sit *cervix* pro ratione
reliqui coloris longissima, in quam brevi-
tatem illam. Cum libet contrahit, quod
frequentius facere solet. *Cauda* pusilla est,
nigraque, & nihil præ se ferens splendoris,
quæ in majorem procedit amplitudinem.
Patrio nomine appellant *tolcomotli*. Simi-
lis omnino esset hæc avis compari, nisi ro-
strum

strum desuper nigricaret, subtus rubesce-
ret, velut pedes & crura, nec per univer-
sum corpus fulvum, nigrumque promiscue
cerneretur.

CAPUT V.

De Avibus Iacacintli, Xlepapantototl, &
Hoaetli.

Nie-
remb.
H. Exot.
l. 10. cap.
43. 44.
45.

Jacacintli seu rostrum spica mayzii, tres
pæne spithamas est longa, virentibus
cruribus, capite ventreque cyaneis,
sed in purpureum vergentibus, alis promi-
scue fulvis nigrisque, luscis oculis ac ro-
stro, sed in coccineum prope exortum ver-
gente, quod tres pæne digitos latas lon-
gum est, anteriori parte capitis depili &
calva. Piscibus juxta lacus & flumina vivit.
Edulis est ejus caro, sed nec bono, nec
grato alimento.

XLEPAPANTOTOTL Anatis fere
species est, importuna Mexicanæ paludi,
rostrum tamen in acutum finit: nullus illi
negatus color. Pulchritudinem varietas de-
dit, pulchritudo nomen.

Nec contemnendi spectuaculi est HO-
ACTLI, sive TOBACTLI, id est, avis
sicca, lacus Mexicani alumna, ternas spitha-
mas à rostri ipsius acumine ad caudam po-
stremam longa, ac gallinæ nostræ magni-
tudine. Crura prolixa, pedem, rostrum cum
uncia trientem, crassitudine vero polli-
cem æquans. Superne id nigrum est, late-
ribus autem pallens, ac inferne nigrum &
subfuscum. Oculi sunt magni, iris lutea, &
palpebræ rubeæ: vertex plumis nigris te-
gitur, itemque crista insigni, similiter ni-
gra: collum, venter, corpusque universum
candet: sed cauda cinerea est, velut & de-
super alæ, nam infernæ sunt albidiores,
superiores alarum partes virore quodam
splendent. Dorsum, etsi candidis tegatur
plumis, pennis tamen nigris in virentem
splendorem inclinantibus vestiri solet. Pe-
des qui in digitos fissi sunt, & crura quo-
que, pallefcunt. Alba fascia circumcingi-
tur caput, à rostri exortu ad oculos usque
procedente Lacus Mexicani advena est,
vocaturque ab Hispanis indigenis, velut
& quædam aliæ aves, martinete piscador,
ob piscium quibus alitur capturam. Arun-
dinetis educat sobolem, gravem infert
morsum, ac gravem similiter vocem edit.

CAPUT VI.

De Avibus Heatototl, Achalalaetli, &
Amalozque.

Nie-
remb.
H. E. l.
10 cap.
47. 48.

Idoneum quoque conspectum HEA-
TOTOTL, seu avis venti exhibet. Ma-
gna crista exornatur, orbiculari, ac coronæ

modo eminenti, & paulisper candida. Pe-
ctus è fusco vergit in cinereum: venter al-
bus est, ac pedes plani: crura fulva, & pen-
næ circa ea ortæ: cauda orbicularis, & va-
riata inferne candido, pulloque colore,
superne vero fusca. Alæ subtus canden-
tes, cinereæ ac pullæ sunt, desuper nigræ,
candidis tamen quibusdam infertis pen-
nis; reliqua vero eadem quæ aquaticis est
natura.

Similis alteri HEATOTOTL, quæ ana-
te domestica paulo minor est, rostro atro,
tenui, obrotundo, ac prope extrema con-
torto, plumis inferne candidis, superne
vero juxta femora fulvis, lineis tamen ni-
gris intercurfantibus; circa residuum ve-
ro, & caudam fulvis. Alæ sunt subtus cine-
ræ; supernæ vero fuscæ, nigræ atque al-
bæ. Caput est nigrum cristatumque, sed ab
occipitio teniæ albæ utrimque procedunt
ad oculos, qui atrii sunt, & lutea constant
iride, cum cætera sint similes avibus inco-
lentibus paludes.

Suus quoque torques argenteus hone-
stat ACHALALACTLI, seu avem piscium
vibraticem. Alii vocant Michalacti. Colum-
bina est magnitudine, & forma, rostro nigro
acuminato, tres digitos longo, & pro cor-
poris proportionem crasso; caput crista orna-
tur è colore cyaneo in nigrum tendente,
longaque. Venter candidis tegitur plumis,
& collum torque candenti insignitur: Alæ
inferne albescunt, sed postremis partibus
videntur fuscæ, & candicantibus maculis
interstinctæ, superne vero sicut reliquum
corpus sunt cyaneæ, extremis partibus ni-
græ, & albis undique resperis maculis.
Cauda partim nigra, partim cyanea est, sed
maculis albis per intervalla quoque varia-
ta. Crura rubea sunt, pedes diversi in digitos,
in atros ungues desinentes; oculi nigri, &
iris candescens. Advena avis est huic Me-
xicanæ regioni, versaturque juxta fontes
& flumina, pisciculis & aliis aquatilibus
victitans edulis, sed reliquarum avium pa-
lultrium sapore atque nutrimento.

Neque exiguus decore est AMALOSQUE,
seu avi rubescentis colli. Palustris ea est, no-
strati turturi magnitudine par, cruribus pe-
dibusque in digitos fissis, atque ex albo ru-
bescentibus nigris unguibus, rostro medio
circiter longo, exili & nigro, atris oculis,
& iride rubra, pectoris & ventris, & ala-
rum inferna alba sunt; sed cauda, quæ me-
diocrem magnitudinem nanciscitur, ful-
vo & nigro colore est inspersa: at collum
pectusque torques bini, minimi fere digi-
ti distantes intervallo, nigrique cingunt,
quorum anterior undiquaque circuit, po-
sterior superna deficit ac disparet parte.
Ex utroque latere maculæ binæ candentes,
pari amplitudine, supra oculos versus col-
lum, illud fere attingentes, discurrunt. Su-
perna

perna corporis, adeoque ipsa cauda, albo, nigro, fulvoque sunt colore; alæ vero de super fulvo & fusco. Indigena est avis, lacus Mexicani alumna, ac veris tempore educans sobolem. *Estur* caro, quæ eodem quo cæterarum aquaricarum est nutrimento. *Vescitur* ipsa culicibus, pisciculisque & vermibus lacustribus: vehementius *perstrepi* quam pro corporis ratione, nec tamen potest garrulis avibus adnumerari.

C A P U T VII.

De Avibus Farrensisibus.

INsula Farræ à plumarum copia nomen adeptæ videntur. Cum enim avium sint foetura felices, nod mirum & plumarum abundare copia. Cæterum aves quæ ibidem reperiuntur, in aliquot distinxit classes Hojerus.

In prima CLASSE *Lundam*, *Alkam*, & *Lomwiam* invenies. Illa mole corporis Anate est inferior, rostro rubente & latiusculo, pectus candida, tempus & alas nigra, pedes rubra. Revertitur primo vere. In præcipitibus cellarum rupium cavernis nidificat. Ova gallinaceis tum colore tum magnitudine paria edit. Quo sub autumnum abeat ignotum.

Alka illa aliquanto major est, rostro lato & nigro, itemque corpore, nisi quod sub pectore & extremis alis albicat. Pedes nigri, caput denique fuscum, nisi linea alba ab utroque oculo ad rostri partem proximam duceretur. Nidificat in editissimis scopulis. Ova ex albo & nigro maculata ponit

Lomwia quæ illa major, corpus totum est nigrum excepto pectore quod albet. Pedes nigri, rostrum nigrum acutum, oblongumque. Ova in editioribus scopulorum marginibus excludit, cyanei quidem coloris, sed lineamentis undique diversorum colorum mire variegata ac velut picta.

In altera CLASSE, duas diversas species ponit, quæ quod pedes ad incedendum inutiles habeant, nunquam terram ingrediuntur, & mole corporis minorem æquant Anserem. Prior *Ilbrimel* vocatur. Caput ejus fuscum, sub collo circulus albus, pectus candidum. Tergum & alæ nigricant, maculata passim punctis albis, pedes nigri. Forte est mergus Farrensis maximus Clusii. Creditur in undis marinis Alcyonis more foetum producere.

Alter est *Goisugel* rostro admodum lato & incurvo. Capite oblongo atque nigro. Alis exiguis, pedibus nigris ad incedendum ineptis. Oculorum margines candido circulo tinguntur. Rarissime & non nisi aliquibus annis visitur, nec ubi foeturæ operam det, ignotum.

Tertiam CLASSEM tres species for-

ma discrepantur, tempestatum prænuncie, & quæ in alto tantum Oceano versantur, constituunt. Primo est *Hafflert* seu Equus marinus, ut inconvenienter appellant, quæ magnitudine gallinam mediocrem, forma falconem utcumque æquat. Cinericio est colore, maculis albis passim interstincta, rostro incurvo velut falconis sed brevior. Ad ejus conspectum exhorrescere & littora legere piscatores solent. Certi tempestatem in propinquo esse noxiam.

Alter dicitur *Stormfinck* passere paulo major. Tota est grisea, sive maculis, rostro admodum exili. Pesagum præ superiore rectius dixeris. Siquidem super ipsos fluctus incredibili pedum velocitate transcurrere, ac nimbi instar ferri solet. Videtur illi cognata quam Oviedus Patines à Nautis vocari reliquit. Catervatim si navigantibus appropinquet, deponenda esse subito vela innuit.

Tertiæ nomen est *Barnfiard*. Magnitudine hæc Passeri par, sub pectore candicans, collo dorsoque nigricans, rostro nigro & nonnihil latiore, pedibus rubris. Tam velocem se natando præstat, quam Stormfincka currendo.

In quarta CLASSE duæ diversæ Anserum species censentur. Prior *Helsingegans* capite & collo nigro, circulo albo cincto, pectore albo, alis gryseis, tergo cyanei coloris, pedibus rubris, magnitudine Anati respondens dici.

Alter *Erandgans* anseris sylvestri pæne minor, capite & pectore griseis, collo rubro circulo cincto, alis, collo, pedibus rubris. Rarissime in Farris conspiciantur, neque ibi fatificant. Unde veniant, & quo migrent, nemini cognitum. Mutationem magistratus ubi apparuerunt imminere, superstitio ex longa experientia credit.

Ultimum locum sibi *Skua* vindicat, avis aquilino generi & corporis mole & rapacitate respondens. Rostrum habet curvum. Sed non admodum latum, pennas corpus tegentes griseas, sola alarum extremitate albicante, pedes griseos. Pisce vescitur, sed & in omne genus avium grassatur. Foetum negligenter ex ovis griseis, grandioribus, anatinis similibus, quæ exilibus nigris maculis notata sunt, in apertis campis producit. Aliter eam describit Clusius, & eandem fere cum vulture aquatico Oviedi existimat.

C A P U T VIII.

De Avibus Lomsbay, Vulturibus aquaticis, Flamencos dictis, & aliis quibusdam.

AVES LOMSBAY ab Hollandis dictæ, corpore sunt magno, alis parvis, ut mirum sit, tam gravia corpora attollere posse,

Ovied.
Hist. Ind.
l. 14. c. 1.

Clusius
Exoticor.

Navigat.
Holland.

Hojerus
in Epist.
ad Clu-
sium.

Clus.
Exo. l. 5.
c. 5.

posse. Frequentes circa portum Lomsbay in insula Aurangia, volant, unde & nomen invenerunt. *Nidulantur* in præruptis montium locis. Unicum duntaxat ovum pariunt. Ab hominibus nihil metuunt, etiamsi in suis nidis comprehendantur.

Nie-
remb.
H. Exot.
l. 10. c.
82.

VULTURES AQUATICOS facit O-
viedus mole tam grandis quam magnus
Larus est. *Rostrum* habent Larorum, sed
magis mucronatum. *Pedes* diversi generis,
sinistrum anatum & anserum instar pla-
num, dextrum curvis unguibus instru-
ctum. *Vescuntur* piscibus & avibus, iidem-
que cum illis qui Astures aquatiles ab Hi-
spanis vocantur, de quibus Hernandes in
Paralipomenis agit, esse putantur. Fre-
quentes sunt in Hispaniola & insula quæ à
Divo Johanne nomen accepit.

De Lact.
Indiæ
Occid. l.
I. c. II.

Avis quam Hispani FLAMENCO vo-
cant, grui est forma non abfimilis. Junio-
res habent plumas candidas, ubi adoleve-
runt, mira elegantissimorum colorum va-
rietate distinguuntur. Gregatim volant,
sed haud alte. juxta littora insulæ Cubæ at-
que in ipsis marinis fluctibus *victum* quæ-
runt, falsis undis ita assuetæ, ut quum ab
Indis domi aluntur, (nam & cicurantur)
sal potui earum necessario admisceatur.
Habent & insulæ *Bermude maritimas*, quæ
in subterraneis cavernis cuniculorum in-
star, nidulantur & ova sua ponunt, magni-
tudine & colore gallinarum ovis paria, ipsæ
carne sunt obesa, & grati nutrimenti.

Idem. l.
I. c. 20.

Idem. l.
10. c. 5.

Colophonem isti de Exoticis Avibus pro-
miscuæ historiæ imponant illæ in Peruano
ciconiis majores. Plumis sine ulla mixtura
candidissimis, cruribus altis Ratiores sunt.
Binæ ut plurimum incedunt. Et piscibus
victitant. De reliquis quæ ad sua genera re-
ferri poterant, vide Notas.

TITULUS III.

DE

AVIBUS

BRASILIANIS:

Ex Georgii Marcgravii Historia
Naturali Brasiliæ.

*De Avibus Brasilianis in genere notetur: Vix
ullibi elegantiores Aves reperiri quam in Bra-
silia, si varietatem plumarum & colorum spectes;
verum nulla fere suave canit, ita ut cantu longe
à nostratibus superentur.*

CAPUT I.

*Nhandugvacu. Iacana, varia ejus species.
Curicaca.*

NHANDUGVACU Brasiliensibus,
EMA Lusitanis; Struthio avis. In-
gentes hic reperuntur, minores tamen

liquanto Africanis. Longa illi *crura*, infe-
riora sesquipedem, superiora pedem cir-
citer longa. Tres habent in pedibus digi-
tos anteriori versus, unguibus nigris, cras-
sis, haud acutis præditos; posteriori unum
digitum, sed rotundum, grossum, unde
difficiliter in arena levi aut tabulato possunt
incedere, sed facile labuntur. *Collum* ge-
stant incurvatum, ut Cygnus vel Ciconia;
Longitudine circiter duorum pedum: *Ca-
put* anserinum, *oculos* nigros habent pul-
chros; *rostrum* compressum, non admo-
dum latum, duos & semis digitos longum.
Alas habent parvas, & ad volandum ine-
ptas, quarum tamen unam instar veli eri-
gentes citissime cursum promovent, ut
vix, ac ne vix quidem à cane venatico su-
perari possint. Plumam habet gryscas per to-
tum corpus, ut grus, in dorso longiores &
elegantiores, & corpus plumis tectum fere
rotundum apparet. *Caudam* non habet e-
jusmodi cristis præditam, ut vulgo pingi-
tur, sed plumæ sunt per dorsum expansæ
ad anum usque.


Tesseras lusorias, aliaque ferramenta lu-
benter deglutit, sed non concoquit, at in-
tegra per anum reddit: *Vescitur* fructibus &
carne.

Frequens in Capitaniæ Serigippo cam-
pis, itemque in Capitania Rio Grande. In
Pernambuco non visitur. *Caro* illius bona
ad comedendum.

JACANA Brasiliensibus, gallina aquati-
ca, ~~Waterhun~~ diversæ reperiuntur. Ilius spe-
cies, colore differentes. Hæc elegantissi-
ma, magnitudine Columbæ, sed cruribus
multo longioribus, flavi coloris, cui viri-
ditas immixta. *Crura* inferiora plus quam
duos digitos longa, superiora (maximam
partem nuda ut aquaticis) paulo minus:
quatuor habet in pedibus digitos, quorum
medius è tribus antrorsum versis, duos di-
gitos longus, reliqui duo paulo breviores,
quartus retrorsum versus, pedem, aut et-
jam amplius longo: omnes autem ungui-
bus semidigitum longis & flavis armantur.
Cauda brevis ut gallinæ sylvestris; *penna*
in dorso, alis & ventre ex viridi & nigro
mixtæ, sub cauda albæ; versus collum, &
in toto collo & pectore ejusdem coloris
cum plumis quæ in collopavonum aut co-
lubarum quorundam visuntur. *Caput* ha-
bet parvum, ut gallina sylvestris, quod
tegitur membranaceo quodam tegumen-
to rotundo, coloris ut gemma Turcois.
Rostrum rectum gallinaceum, plus uno
digito longum; ab initio ad medietatem
egregii miniati coloris reliqua pars eximii
flavi, cui aliquid viriditatis admixtum.
Frequentissima in palustribus Brasiliæ lo-
cis ubique. *Caro* illarum edulis, sed haud
magni pretii, sunt enim plerumque macræ.

Alia species appellatur à Brasiliensibus

Aguá



Iacana
Wasserhuhn



Iacamaciri



Curicaca Numenius
Indicus Clus
Ardea species



Iupuiuba
Syapu



Gallina Afucana



Iyepiranga



Sayacu



Ibiou Noitibo



Guira:
tancima



Guira Guainumbi



Iaguacati



Mituporanga



Agua peccata, priori figura & magnitudine par; verum colore diversa & inferior. *Penna* illius sunt ut in dorso prioris, *ale* magis brunefcentes: Carent autem mitella, at in qualibet ala interius habent corniculum directum, quibus se defendunt.

Tertia species prioribus figura & magnitudine equalis, colore autem differens, totum *caput*, *collum*, *dorsum*, *cauda*, nigri sunt coloris, initium alarum brunni: reliqua viridis; extremitates remigum brunni: *pectus* & infimus *venter* itidem brunni coloris, & uti *crurum superiorum* medietas superior. *Rostrum* rectum, crocei coloris, cum cuticula ruffa in exortu illius & parte capitis anteriori. *Crura* nuda, *pedes* cinerei. In qualibet *ala*, antica parte habet corniculum simile flavum.

Quarta species itidem figuræ est ut reliquæ. *Rostrum* illi flavum, mitella cutacea in initio capitis prope rostri exortum rubens, processus habens ad latera extensos more gallinarum Numidicarum. Totum *caput*, *collum*, *pectus* & infimus *venter* plumis vestiuntur nigri coloris, *dorsum*, *cauda*, & initium alarum ruffum, seu dilute brunnum; remiges alarum pennæ thalassici coloris cum extremitatibus nigris. Sed hæc remiges teguntur ruffis illis in exortu alarum, nec videri possunt nisi cum avis volat. *Crura* longa, *digiti pedum* longi, quilibet quatuor internodiis, cinerei coloris. Quælibet *ala* in anteriori parte habet corniculum acutissimum coloris crocei.

CURICACA Brasiliensibus à clamore dicta, *Masarino* Lusitanis, avis Numerio, iudicio Clusii, similis: magnitudo illi mediocris Anseris: *capitis* autem magnitudo ut Anatis: *collum* sex digitos longum, tres crassum, aut paulo plus: *Rostrum* sex digitos longum, incurvum plane ut ensis Hungaricus, coloris ex igneo fusci. *Corporis* longitudo à collo ad podicem undecim digitorum, *caudæ* novem, desinentis cum fine alarum. *Crura* octo digitos longa, *pedes* duos & semis, rubri instar anatis sed non plani, quatuor digitis & unguibus nigris, tribus anterioribus, uno posterioribus verso. *Caput* & *collum* habet plumas albas flavo mixtas, & in superiore parte paulum oblongas: *Oculi* illi sunt nigri, circulo ruffo. Circa oculos & sub origine gutturis cutis nigra. Totum corpus nigris pennis vestitum, excepto dorso, capite & ventre, ubi cineræ obscuræ, & in medio alarum albæ, cano mixtæ, ut in ciconiis. Reliquæ pennæ corporis, initii & finis alarum, & totius *caudæ* nigræ. *Tibia* superiores ad medietatem usque carent pennis, nam aquatica est avis.

Carnem bonam habet, quam sæpe comedi coctam & frixam butyro.

Alia species reperitur huic similis, sed

multo minor, & magnitudine fere gallinæ, quæ vocatur *matui tui*.

Frequens est ad Flumen S. Francisci, in Itapuama & alibi.

C A P U T II.

Tjjepiranga. *Iacapu*. *Iambu*. *Gallina Africana*.

Guiratangeima. *Iupujuba*, *Sayacu*. *Ani*.

Guira guainumbi.

TJIEPIRANGA Brasiliensibus, *Avis* alaudæ magnitudinem paululum superat, & cantum passeris nostratis æmularatur. Totum *corpus*, *collum* & *caput* egregie rubicundi seu sanguinei est coloris: *ala* vero & *cauda* splendide nigri; præterquam in initio alarum, ubi aliquid rubicundi admixtum est. *Crura* nigra inferiora quidem nuda, superiora autem nigris pennis vestita. *Rostrum* instar passeris, superiori parti nigrum, inferiori versus acumen nigrum, reliqua versus caput album. *Penna* in capite breviores, quas crispare interdum solet more Passerum. Omnes pennæ totius corporis interius sunt nigræ, exterius rubræ, ita tamen complicatæ, ut exterius totæ rubræ appareant. *Cauda* longitudine ferme tres digitos æquat. *Digiti pedum* quatuor & ut in plerisque avibus dispositi.

Alia hujus species reperitur passeris magnitudine; quæ pennis per totum corpus vestitur ex cinereo cærulefcentibus; *ala* tamen quodammodo ad thalassinum colorem accedunt. In ventre & inferiori parte colli seu gutture albicat, vel potius argenteo colore niter. *Crura* cinerei coloris, ut & *rostrum*, quod ipsi simile Fringillæ. *Digiti pedum* quatuor secundum communem avium modum.

JACAPU, Brasiliensibus; *Avis* magnitudine Alaudæ; *cauda* extensa, alis brevioribus: *cruribus* brevibus & nigris; unguibus acutis ad quatuor digitos: *rostrum* paulum incurvato & nigro, semidigitum longo. Totum *corpus* vestitur pennis nigris splendentibus; sub gutture tamen nigredini illi maculæ coloris cinnabarii sunt admixtæ.

JAMBU Brasiliensibus dicta avis est perdix, nostratibus quidem, magnitudine par, uti & figura. *Penna* autem per totum corpus obscure flavescens, verum fusco mixtæ atque maculatæ.

GALLINA Africana ex Insula do Majo, magnitudine nostratium gallinarum, figura corporis fere ut perdix: *collum* item coronatum portans, & *caudam* perdicis habens inferius dimissam: *pedes* gallinaceos: *rostrum* flavum: & in capite mitellam cuticæam fuscæ: ad latera porro capitis *alba*, ut & ad quodlibet latus prope *rostrum* cri-

stam rubram ad latus protensam. Totum corpus vestitur pennis nigris, quæ elegantissimis maculis albis variegatæ sunt, in alis quidem oblongis, in reliquis autem partibus rotundis; suntque in dorso minores, quam in reliquis partibus. Huic similes vidi è Sierra Lyona advectas, sed eorum collum circumligatum seu circumvolutum, quasi linteamine membranaceo coloris cinerei cærulescentis. *Caput* tegit cristra obrotunda, multiplex, constans pennis eleganter nigris. Punctula albicantia per totius corporis ambitum, quasi umbra thalassina variegantur.

Congenibus hæc avis dicitur *Quetele*.

QUIRATANGEIMA Brasiliensibus; Avis paulo major Alauda, Picæ variæ æqualis. *Corpus* habet circiter tres digitos longum, *collum* sesquidigitum: *Caput* parvum, *rostrum* rectum, acutum, digitum longum, crura pedesque, ut reliquæ aves communiter: *Caudam* longam, rectam, quatuor digitos longam: Color *rostri* niger, excepta inferiori parte, ubi inferitur quæ aliquid fusci habet: *Caput* nigerrimum & collum usque ad initium pectoris. Colli superior pars à capite fere ad initium dorsi uranica est: per initium dorsi transversam habet maculam nigram usque ad alas extensam: *ala* autem sunt nigerrimi coloris, verum in medio secundum longitudinem habent maculam albam sesquidigitum longam: *Cauda* quoque tota nigra: reliquum corpus coloris uranici: *crura* subcærulea. *Oculorum* pupilla subnigra, albo subflavo.

Nidificat in altis arboribus *Acaya*, idque libenter prope ædes. Nidos egregios exstruunt hæc aves, cylindraceæ figuræ, & appendunt magno numero extremitatibus ramorum, qui constant è virgultis. Clamant fere ut picæ variæ nostrates.

JUPUJUBA seu **JABU** Brasiliensibus, ejusdem formæ cum præcedenti, & eodem modo in eadem arbore nidificans (una est femina, alter mas) cauda paulum breviori. *Corpus* habet totum nigris pennis vestitum: in utriusque alæ medio maculam flavam digitum longam; in extremitate dorsi, & prope anum tota est flava (vidi quoque totaliter nigras, dorso sanguinei coloris) cauda inferior ab exortu ad medietatem flava, reliqua medietas nigra, superius nigra in totum, solum in ea ad latera utraque usque ad medium pennam habens flavam. *Crura* nigra & pedes. *Rostrum* sulphurei coloris: *oculi* Sapphyrini, pupilla nigra: *linguam* cæruleam habet antè fissam seu duplicatam.

Prope ædes domini Ingenii *Tupucuraj* arbor *Uti* sita, in qua plusquam quadringenti nidi harum avium pendent, maxi-

moque numero sunt hæc aves, quæ ter quottannis ibi pullos excludunt: nidus autem quilibet ex arido gramine, & pilis equinis aut fuillis mixtis est compositus, coloris fusci, figura cucurbitæ angustæ cum suo alembico, longus in totum sesquipedem circiter, & ab infimo ad unum pedem altus, cavus ut bursa, reliquem superius ad semipedem simplum est, & sua extremitate pendet à ramulo extremo: omnes autem nidi ex ramulis minimis extremis arborum dependent.

SAYACU Brasiliensibus, Avis Fringillæ magnitudine: totum corpus vestitur pennis, coloris è cinereo & thalassino mixti, in alis autem & dorso thalassinum admiscetur, ita ut Sole illustratæ egregie splendeant; *rostrillum* nigrum, *oculi* quoque nigri in totum.

ANI Brasiliensibus; Avis Turdelæ magnitudine, totaliter nigra, pennis, rostro, oculis, pedibus *Caudam* longam erectam habet, sex digitos longam: *Rostrum* altum, latum, digitum aut paulo plus longum: inferior pars directæ fere, superior alta, lata, semilunaris figuræ, & compressæ, ita ut acumen fere superius habeat. *Crura* & *pedes* satis exiles, & in iis quatuor digiti, duo antè, duo postè, more psittacorum. Clamat elata voce *yiiiij* uno tono, in medio elevatiori.

Frequentes sunt in sylvis omnibus, verum cibo inutiles.

GUIRA GUAINUMBI Brasiliensibus *Tupinambis*; avis magnitudine Columbæ ad visum, quia plurimas plumas habet, sed revera corpus non superat magnitudinem Turdelæ. *Caput* paulo majus habet quam Turdela: *rostrum* nigrum, duos circiter digitos longum, cujus superior pars paulo longior inferiore. Est autem *rostrum* superius & inferius in latera serratum instar ferræ, inservitque dentium loco. *Crura* habet brevia, haud multum digitum excedentia, nigra; quatuor in pedibus digitos, quorum unus retrorsum vergit, tres antorsum, sed primus versus interiorem pedis partem brevior, medius longissimus, & tertius iterum brevis, sed non æqualis cum reliquis exortus: primi enim exortus est ad pedem, secundi itidem, tertii vero prope tertium articulum medii, habetque primus tres, secundus quatuor, tertius ibidem tres articulationes, qui retrorsum vergit duas. *Ungues* nigri deorsum incurvati. *Cauda* longissima, directæ pennis paudis rectis, digitum circiter lata, sed decem longa: & quidem duæ tantum pennæ extremam caudam constituunt, quæ ad duos digitos plumis carent, in extremitatibus autem rursus plumas habent ad duos digitos. *Corpus* totum sex circiter digitos longum



Mitu Mutu



Mitnporango




Tacupema



Guara

*Ibiau magni:
tubuc noctue*



Matuitui



*Cura
querea*




Soco



Guainumbi



Iacurutu



Iamacajj



gum est. *Pennae* elegantissimæ: nimirum in capite quasi mitram gerit ex pennis Sapphyrinis, quæ prope exortum rostri Turcoidis colorem referunt: in medio autem hujus mitræ macula visitur nigra magnitudine grossi Misnici. Infra oculos (qui flavi sunt, pupilla nigra) etiam nigras pennas habet Sapphyrinis mixtas: *guttur* inferius, totum pectus & totus venter obscure luteum habet colorem; superior colli pars, totum dorsum, alæ & cauda viridis seu graminei est coloris, sed cui (præsertim in alis & cauda) thalassinus admixtus, ut in collis anatum & pavonum; à genibus ad ventrem crura superiora pennis virentibus sunt prædita. In medio collo inferius quasi pro insigni gerit tres vel quatuor pennulas nigras, & circum eas Sapphyrinas, quæ maculam quandam seu notam constituunt.

C A P U T III.

Iaguacati guacu. Mitu. Mituporanga. Ibijau.

IAGUACATI GUACU Brasiliensibus, *Papa Peixe* Lusitanis, nam piscibus victitat. Avis Turdelæ magnitudinem æquat; figura corporis ut Picus major. *Rostrum* habet nigrum, rectum, & in extremitate acutum, tres ferme digitos longum: *Oculos* nigros & *crura* brevissima nigra: superiora crura ex parte carent plumis; in pedibus digitos quatuor, (unum retrorsum) inæqualis longitudinis, duo enim versus exteriora pedis breves sunt, tertius interior longe brevissimus & remotior. *Ungues* nigri. *Cauda* duos digitos longa, excedens alarum fines. *Penna* totius corporis superiores, nimirum in capite, collo, alis, cauda sunt ferruginei coloris & splendentis: Circa collum transversim, anulum habet ex albissimis plumis; *guttur*, inferius collum, pectus, & totus venter pennis vestiantur albis, prope utrumque oculum etiam maculam habet ex albis pennis: in cauda autem albæ pennæ interferuntur guttatim, ut & in alis, sed quæ vix videntur, nisi cum alas explicant & volant.

MITU vel **MYTU** Brasiliensibus dicta avis ex Phasianorum est genere, major gallo gallinaceo. *Corporis* longitudo à collo ad exortum caudæ est decem digitorum: colli longitudo sex digitorum, totaliter nigris pennis est vestita, excepto ventre & sub ano, ubi brunni coloris est, fere ut perdix. Tenuiores sunt pennæ ad collum, caput, & in pectore, & holosericum illosum nigrum pulchritudine æquant. In summo capite habet pennas nigras complicatas in planissimam quasi mitellam, ut

nesciens vix possit agnoscere, quas irascens, aut etiam alias in cristam erigit. *Rostrum* habet insigne, non crassum, incurvatum, sesquidigitum fere longum; inferior pars ejus parva, superior ferme quadruplo major. *Rostrum* autem coloris est egregii incarnati, versus acumen tamen albicat. *Crura* habet gallinacea decem digitos longa, nimirum quatuor à pedibus ad genua, & sex superius, atque hæc vestita pennis nigris: digitos item quatuor gallinaceos, qui in exortu usque ad primam juncturam cuticula sibi invicem annectuntur, ut in aliis quibusdam avibus. *Caudam* habet pedem longam, instar gallo-pavi, quam semper in latum movet, *Kit, Kit*, clamando, ut illi. *Caput* bene formatum, anserini magnitudine: *Collum* sex circiter digitos longum: *Oculos* habet magnos, egregios, nigros, & pone aures maculam cuticeam albescentem ut gallinæ. Mansuefcit facile. Lubenter in alto sedet ut gallo-pavi, scanditque arbores, ut illi. *Carnem* denique habet admodum bonam. *Reperitur* & alia ejusdem species, quam *Mituporanga* vocant Brasilienses, solo rostro & pennis capitis differens; hæc *rostrum* habet haud longum, satis crassum non tamen ita altum ut *Mitu*, neque sic lunatum: ejus extremitas utrobique nigra, reliquum totum crocea cute vestitum, qualem & circa oculos habet. *Oculi* nigri egressi: collum & caput nigerrimas habet plumas instar holoserici; & in summitate capitis crispatas atque cochleatim tortas habet pennas usque ad initium colli; has erigere in cristam crispam potest. Reliquum totius avis nigrum, cui nigredini hinc inde aliquid viridis transplendet. Circa anum albas obtinet pennas. *Crura* cinerea, figura ut *Mitu*. *Cauda* nigra, sed extremitates illius pennarum albæ. Et hæc quoque avis optime mansuefcit.

IBIJAU Brasiliensibus, *Noitibo* Lusitanis: *Avicula* Hirundinis magnitudine: *Caput* habet latum & compressum: *oculos* magnos, elegantes, nigricantes, pupilla atra splendente ellipticæ figuræ, exterius autem oculos ambit circulus ex albo flavescens. *Rostrillum* minimum habet, quod non excedit crassitiem dentis aranei, nec tam est longum: nares tamen patentem in rostro: *Os* amplissimum, quod clausum non potest videri, at quando rostrillum aperit, os ad oculos diducere potest, ita ut digitum fere sit amplum; *Linguam* habet minimam. *Crura* alba, & secundum corporis molem parvula, vix semidigitum longa; quatuor in pedibus digitos, tres antè, quartum retrorsum versum, unguibus incurvatis nigricantibus. Secundum longitudinem in unguiculo digiti medii cujuslibet pedis versus interiora habet pinnam quasi multi-

multipliciter sectam, seu dentatam, videturque unguiculus quasi plumatus versus interiora, sed non sunt plumæ, verum cutacea materia & aspera. *Caudam* habet elegantem, quam in latum potest explicare, duos digitos longam, cum ejus extremitate etiam alæ desinunt. *Pennas* in toto inferiori corpore habet ex albis & nigris mixtas, ut Nisus: In capite, dorso, alis & cauda nigricant, & albedo inspersa grata varietate: nonnihil quoque flavedinis albedini admixtum: uno verbo, nigra est & punctulata subtiliter hinc inde.

Reperitur & species hujus magnitudine Noctuæ, ejusdem coloris & conformationis. *Os* quando aperit, pugnum humanum facile admittit.

CAPUT VI.

Guainumbi varia species.

GUAINUMBI quæ & *Guinambî*, item *Aratica* & *Aratarataguacu* vocatur à Brasiliensibus, à Lusitanis *Pegafrol*, à nostratibus potest appellari *Bloemen Specht*. Hujus autem multæ hic reperiuntur species.

Prima: Totius corporis aviculæ longitudo ab initio capitis (ubi rostrum est insertum) ad exortum caudæ duorum digitorum. *Capitis* magnitudo una cum pennis magnitudinem cerasi dulcis mediocris æquat. *Colli* longitudo tres quartas partes digiti, corporis longitudo unius digiti est & quadrantis. Magnitudo autem corporis cum pennis olivam grandem vix æquat. *Rostellum* habet sesquidigitum longum, subrotundum, æquale, tenue, & valde acuminatum, rectum palulum tamen versus extremitatem dorsum versus; color hujus niger, excepta inferiori parte prope exortum, ubi rufescit. *Linguam* habet duplicatam, seu bisectam, tenuissimam instar ferici filii tenuissima, albam, longam, ita ut illam longe extra rostellum possit exserere: *Ocellos* parvos nigros. *Crura* & *pedes* minimos brevesque, nigri coloris; in pedibus quatuor digitos, tres anterior, unum posterius versus, longis, simularibus, acutissimisque unguiculis nigris præditos. *Caudam* habet directam, digitum longam, quatuor ut plurimum pennis constantem. *Ala* autem quæ duorum digitorum longitudinem habent, ad extremitatem caudæ fere pertingunt, pennæ singulari arte à natura sunt compositæ. Ab exortu enim alarum ad tres quartas partes digiti circiter duplex ordo pennarum est, unus longior altero, & superpositæ sunt sibi invicem pennæ, quasi alæ breves super longas. Hinc post has pennas, alæ pennæ (quarum circiter decem sunt) sequens interior semper longior sit antecedente exteriori, ita ut intima sit omnium longissima

finem alæ definiens. His alis expansis volare diu potest, ac in aëre quasi pendula manere; inter volandum strepitum edit instar *bruchi*, seu rectius *hur, hur, hur*, instar rotæ linteariorum quæ circumvolvitur: admodumque tenues apparent & transparentes pennæ alarum expansarum. *Color* plumarum aviculæ per totum caput, collum superius & ad latera, per dorsum totum & initio alarum est resplendens mirifice, nec à pictore bene exprimi potest; nam viriditati, qualis in Pavonum & Anatum collo, aureus, igneus, flavus mire admixtus est, ita ut Sole illustrante mirifice splendeant. In gutture, inferiori collo, pectore & toto infimo ventre, cruribusque superioribus albæ sunt pennæ, quibus in collo inferiori eximii coloris simul sparsim admixtæ, in ventre albis subjacent nigræ.

Alarum initium miro colore constare dixi, reliqua pars tota brunna est, seu spadicei coloris splendentis. *Cauda* pennis constat coloris instar chalybis politæ caeruleo. *Vicitat* floribus solum, ideo capta viva detineri non potest, sed moritur. Frequentes autem in floribus arboris, quæ Mense Januario potissimum floret, & potest aliquis vel sexaginta uno die sclopeto figere. Inveniuntur & super aliis arboribus variis. Toto autem anno, magno numero in silvis inveniuntur, & præsertim matutino tempore ingentem strepitum excitant. Non autem canunt, sed clamant, *Screp, Screp, Screp*, uno sono & continenter, fere ut passeris. *Volantes* velociter alas movent, & cum vix videantur, & per longum temporis spatium in aëre velut quietæ, vel se moventes hæere possunt alarum ope. *Flores* rostellis carpunt inter volandum. *Nidum* faciunt in ramis arborum solidi Hollandici magnitudine. *Ova* ponunt albidissima testa, duo ut plurimum, ovalis figuræ, pisco haud majora.

Secunda: Pulchrior priori, ejusdem magnitudinis & figuræ. *Rostellum* tamen brevius, nimirum duas tertias partes digiti longum, ejusdem figuræ & coloris cum prioribus; *Lingua* eadem, ut & ocelli, crura, pedes, cauda & alarum figura. Plumarum color in capite, collo superiori, dorso, alis, cauda similis priori; at in gutture, seu collo inferiore, toto pectore & infimo ventre usque ad extremum corporis, tam eleganti & splendente viriditate cum aureo colore transplendente sunt plumæ, & mire resplendeant. Prope anum macula est satis magna (respectu aviculæ) constans plumis candidissimis.

Tertia, minor reliquis omnibus. Ab initio capitis, seu exortu rostri ad exortum caudæ duos & semis digitos longa. *Collum* unum fere digitum longum: *Caput* haud magnum. *Corpus* sesquidigitum longum.

Rostellum paulo plus digito longum, nigrum, subrotundum, acutum ac fere rectum. *Crura* & pedes, ut reliquarum. *Pennarum* corporis & alarum etiam eadem dispositio, sed color diversus. *Caudam* longiorem habet reliquis omnibus, paulo plus tribus digitis longam, pennis constantem, quarum ea quæ exortui ejus vicinior, brevior, secunda semper longior; estque cauda furcata, & avicula volans eam in duo amplissima cornua expandit, ita ut extremitates cornuum sesquidigitum à se invicem distent. Totum *Caput* & collum hujus aviculæ ex nigro serico colore elegantissime cæruleum transplendet, ut in collo Anatum. Totum *dorsum* & pectus viride, aureum, & thalassino transplendens, ut in secunda specie, atque etiam prope anum talis macula est è plumulis albis. *Alarum* color epaticus est. *Cauda* ex nigricante cœrulenti instar polito ferri cœruleo imbuti.

Quarta, paulo minor tertia: Corporis figura & plumarum dispositio eadem, sed alio colore, nec non differens rostro, & crurum colore. *Rostellum* sesquidigitum longum, deorsum incurvatum instar ensis Polonici, subrotundum, ubique æqualis crassitiei, & in extremitate acuminatum. Superior ejus pars nigra est, inferior flava, excepta extremitate quæ etiam nigricat. *Caput* superius, collum superiori parte, ut & alæ, colore sunt, ut prima species, guttur, collum inferius, totum pectus & infimus venter ex albo rufescentis sunt colores. *Caudam* habet plus digito longam, desinentem cum fine alarum, constatque pennis ex nigricante virescentibus, quæ in Extremitatibus albæ. *Crura* eodem modo disposita habet, ut cæteræ species, sed haud nigra, verum alba seu flavescencia, similibus digitis, & unguiculis semilunaribus, acutis, & nigris.

Quinta, magnitudine par tertiæ speciei: *Rostello* nigro, paulo plus quam digito longo, & paulum deorsum incurvato, *ocellis* nigris, uti & cruribus & pedibus. *Guttur*, collum inferius, & totus venter nigris holosericeis vestiuntur pennis, cui nigredini quasi paulum cœrulei transplendet. Prope anum macula est albis plumulis. Extremitates autem nigri, nimirum ad latera colli, pectoris & ventris mire thalassino, aureo & viridi mixti resplendent. Totum *caput* superius, collum superius, & totum dorsum ornantur pennis, aureo, igneo & viridi mixtis, ut & initium alarum. Reliquum alarum ferreum est, seu fuscum. *Cauda* paulo plus digito longa, eleganter brunnis, cui cœruleus transplendet, pennis constat, circa oras autem pennæ illæ habent colorem, qualem chalybs politus cœrulefcens.

Sexta, quintæ magnitudine par. *Rostel-*

lum habet paulum curvatum, digitum longum, inferius album, superius nigrum. Totum *caput*, collum, dorsum & venter, ac initium alarum insignis coloris resplendentis pennis vestiuntur, nimirum plurimo aureo, dimidio fere igneo, & minimo viridi mixto. In summa, splendet ut Sol. In ventre pennæ albæ paucae mixtæ. *Crura* nigra sunt. *Alæ* nigricantes. *Cauda* sesquidigitum ferme longa, elegans & lata, constans pennis quibusdam insignis illius coloris, quo reliquum corpus, quædam ex viridi & aureo mixti coloris, & per oras albæ, quædam in uno latere, seu medietate albæ altero virides, cui transplendet aureus.

Septima, paulo minor quinta & sexta specie. *Rostellum* habet non omnino digitum longum, coloris per totum corpus cinerei fere, ut passer, cui hinc inde mire resplendens rubrum instar Rubini perlucet.

Octava: omnium elegantissima. *Rostellum* rectum, nigrum habet, semidigitum longum; *Linguam* longam duplicatam: magnitudo & conformatio est ut secundæ speciei. Totum *caput* superius & collum superius miro rubini colore fulgent, ac si rubinus radiis solis illustraretur. *Guttur* autem & collum inferius merum aurum Hungaricum politum, & radiis solis illustratum exhibent, ita ut impossibile sit perfecte similitudinem horum colorum reddere, multo minus à pictore repræsentari. Initium *dorsi* holoserica nigredine tectum est, reliquum fuscis pennis, quibus tamen aliquid obscuræ viriditatis admixtum. Totus infimus *venter* ejusdem cum dorso coloris pennis vestitur; *Alæ* fusco ut in reliquis speciebus: prope anum maculam habet albam. *Crura* exilia nigra. *Cauda* digitum, & paulo plus longa, pennis constat brunnis rufescentibus (*feulemori*) quæ in extremitatibus per oras fuscescunt. *Cauda* lata, quam inter volandum egregie explicat. *Alarum* extremitas cum cauda desinit.

Nona, figura & magnitudine, ut prima. *Rostellum* superius nigrum, subtus rufum. Totum *corpus*, exceptis alis, insigni illa splendet viriditate cum aureo transplendente, quali secunda species in ventre. *Alæ* fuscæ, *Cauda* digitum longa, latiuscula, pennis constans coloris, ut ferrum politum cœrulefcens.

Sortitur autem avis hæc varia apud Brasilienses nomina, præter generale *Guainumbi*, ut *Guaracyaba*, id est, radius Solis, & *Guaracigaba*, id est, capillus Solis. Fr. Ximenes scribit à Mexicanis appellari *Huitzitzil*. Avicula est, inquit, quæ habet plumas pictas variis coloribus, è quibus mixtis & compositis cum artificio, & admirabili industria faciunt Barbari imagines Sanctorum & aliarum rerum, atque ita conjungunt, ut optime similitudinem repræsentent.

tent. Hujus aviculæ ea natura est & proprietas, quod non diutius vivat, quam flores plantarum durant, cujus melle victitat, quibus decidentibus, rostello suo se affigit arborum truncis, & sex mensibus ita immota manet, donec flores renascantur: quod tam multis testimoniis confirmatur, ut de eo dubitari non debeat. Ajunt pulverem hujus aviculæ haustum, curare arthritidem coralloidem. Hæc ille. Vidimus plures ejusmodi icones artificiose ex hujus aviculæ plumis concinnatas ita dextre, ut coloribus picta viderentur; si autem Soli obvertas, mirabiliter splendet.

CAPUT V.

Iacupema. Iacacaii. Iacurutu. Scoco. Matuitui.

JACUPEMA Brasiliensibus, Phasiani est species; paulo major gallino minore domestica nostrate. *Caput* illi gallinaceum haud magnum; *Rostrum* gallinaceum: *Oculi* nigrescentes, *collum* septem circiter digitos longum; *corporis* autem longitudo ab exortu colli, ad exortum caudæ novem circiter digitorum. *Caudam* habet longam & latam, longam nimirum pedem. *Crura* longa, superiora plumis vestita & quinque digitos longa, inferiora tres, aut paulo plus. In pedibus quatuor digitos gallinaceos, quorum medius è tribus anterioribus duos digitos longus. *Plumis* tota avis vestitur nigris, quibus brunni aliquid mixtum. Ac capitis quidem plumas in cristam erigere potest. Cingunturque illæ nigræ aliis albis in ambitu. *Guttur* sub capite, & ad sesquidigiti longitudinem, in collo plumis nudum est, & rubra cute tectum. *Collum* totum inferius plumulis albis in nigris dispersi est variegatum, ut & totus infimus *venter*, ac alarum medietas posterior: superiora *crura* & *cauda* solis nigris constant, cui aliquid brunni mixtum. *Crura* inferiora & *pedes* elegantis rubri coloris. Cicurantur. *Carnem* habet bonam. Hæc avis à clamore suo nomen accepit, clamat enim *Iacu, Iacu, Iacu.*

JAMACAII, Brasiliensibus. Avicula Alaudæ magnitudine. *Corpus* tres digitos longum, *collum* plus digito, *crura* duos digitos, *cauda* fere quatuor. *Caput* habet parvum: *Rostrum* digitum longum, directum, paulum deorsum inclinatum, acutum, nigrum quidem, at inferius prope exortum paululum cœrulescens. *Caput* nigris vestitur pennis, uti & *collum* inferius, superius luteis: totum *dorsum*, *pectus*, & infimus *venter* luteis, *ala* nigris, in quorum medietate albæ insertæ, quæ maculas albas faciunt, in qualibet ala unam: ad exortum alarum transversim per dorsum tendit nigra

macula: *Cauda* etiam nigra. *Crura* & *pedes* fusci. Elegans est avis.

JACURUTU Brasiliensibus. *Bufo* Lusitanis. Noctua est, magnitudine æquat Anferes: *Caput* habet rotundum instar felis. *Rostrum* aduncum, nigrum, superiori parte longius. *Oculos* magnos, elatos, rotundos, & splendentes instar Crystalli; in quibus interius circulus flavus versus extrema apparet. Latitudo oculorum aliquanto major grosso Misnico. Prope aurium foramina plumas habet duos digitos longas, quæ instar aurium in acutum desinunt & attolluntur. *Cauda* lata est; neque alæ pertingunt ad illius extremitatem. *Crura* pennis vestita usque ad pedes: in quibus quatuor digiti, tres anterior, unus posterior versus, atque in quolibet unguis incurvatus niger, plus quam digitum longus, & acutissimus. *Pennis* totius corporis variegatæ è flavo, albo & nigricante pereleganter.

SOCO Brasiliensibus, avis Aquatica, cujus multæ hic observari possent species; hæc cujus Iconem addimus, magnitudinem habebat Ardeæ minoris. *Rostrum* obtinet rectum, nigrum, & in extremitate acutum, duos & senis digitos crassum, ubi crassissimum. *Caput* illi instar Ardeæ, uti & *collum* pedem longum. *Oculi* nigri circulo aureo. *Alæ* & *cauda* simul desinunt: *Cauda* enim brevis, nec supra quinque digitos longa. *Crura* satis longa, superiora quippe quatuor, & inferiora totidem digitos: in pedibus porro quatuor digitos, videlicet tres anterior, unum posterior versus. *Crura* autem superiora ad medietatem sunt nuda pennis: cætera fusca cute tecta. *Caput* & *collum* brunnis quidem pennis, sed quæ punctulis nigris variegatæ sunt, vestiuntur. Per totum collum inferius ad pectus usque tendit linea plumis albis, nigris & brunnis mixta. *Dorsum* & *alæ* nigris quidem, sed quæ minutissimis punctulis flavescens variegatæ sunt, vestiuntur; *Venter* quoque ad eundem modum: sub alis denique nigræ, & albo maculatæ sunt pennæ.

MATUITUI Brasiliensibus, Avis Alaudæ magnitudine. *Rostrum* habet rectum, nigrum quidem, at in exortu inferius croceum. *Oculos* elegantes nigros. Totum *Caput* superius, *collum*, *dorsum*, *alæ* & *cauda* superius coloris sunt obscure grysei, & remiges alarum nigricantes. *Caput* inferius, *guttur*, *pectus*, & infimus *venter* albicant, ut & *crura* superiora, quæ mediam partem pennis vestita, more avium aquaticarum. Supra exortum rostri in fronte maculam habet albam, & anulum album circa collum, & inferius semiannulum obscure gryseum, huic contiguum: nam guttur totum album est, *collum* superius totum

tum obscuru gryseum. *Crura* sunt subluteola; *digiti* autem pedum aliquid fusci admixtum habent. Tres solummodo *digiti* habet in *pedibus*, omnes antè verios, qui in exortu cute ex parte junguntur: Unguiculi nigri.

Avis hæc ad littora maris & ripas salforum fluminum discurret.

CAPUT VI.

Iabiru. Iabiruguacu. Manucodiata.

IABIRU Brasiliensibus, Belgis vulgo *Negro*. Avis hæc magnitudine superat cygnum. *Corpus* illius quatuordecim *digiti* longum: *Collum* totidem, & brachii humani habens crassitiem. *Caput* satis magnum, *Oculi* nigri, *Rostrum* nigrum directe extensum; & superius versus extremitatem paulum incurvatum; undecim *digiti* longum, duos & semis latum; versus exteriora acuminatum; estque superior *rostri* pars paulo altior, & major inferiori. Caret lingua, & sub gutture ingluviem habet mediocris magnitudinis. *Crura* longissima, duos nimirum *pedes*: superiora enim unum *pedem* & *digitum* longa, & mediam partem *pennis* nuda; inferiora undecim *digiti*. Sunt autem *crura* recta, nigricantia, & quasi squamata, *digitum* medium crassa. In *pedibus* *digiti* quatuor, tres antè, unus postè versus; quorum medius quatuor *digiti* longus, cæteri paulo breviores. Tota avis vestitur albis *pennis* instar cygni aut anseris. *Collum* fere rotum, nimirum octo *digitorum*, longitudine à capite numerando, caret *pennis*; ac hujus medietas cum capite tegitur nigra cute, reliqua alba cute. Sed puto in cute hæsisse *pinnulas* albas, & fuisse abreptas. *Cauda* lata desinit cum extremitate alarum.

JABIRUGUACU Petiguaribus, *Nhandu opoa* Tupinambis: Belgis *Daurvogel*. *Rostrum* habet magnum, septem & semis *digiti* longum, in extremitate teres & inferius incurvatum; caret lingua, & *rostrum* inferius canum est. In summitate capitis mitram ossèam coloris albi, & cinerei mixti gerit. *Oculi* nigri, & pone eos aurium foramina ampla. *Collum* decem *digiti* longum, cujus medietas, uti & caput, plumis, ac cute squammosa cinerea est tecta, cujus squamæ albicant. *Corpore* æquat Ciconiam, *Caudam* habet brevem & nigram, cum qua alæ desinunt. *Crura* superiora ex parte albis vestita *pennis*, cætera tota cinerea, & quidem superiora *crura* longa sunt *digiti* octo, inferiora sex, aut paulo plus: *digiti* pedum quatuor, ut in priore. Totum *corpus* & *collum* albis vestitur *pennis*, & à collo longiusculæ *pennæ* propendent & circum. *Alæ* albæ, remiges illarum *pennæ*

nigræ, rubini colore transplendente in nigro. *Pellis* detrahitur huic avi, ac caro ejus cocta comeditur; pinguis est & sicca, boni saporis, præsertim si cocta butyro frixetur. Comedi sapissime.

MANUCODIATA. & quidem Rex creditus; ad aspectum Columbam, sed revera hirundinem æquabat. *Caput* habet parvum, *Oculos* parvos, *rostrum* rectum, satis crassum, acuminatum, sesquidigitum longum: *Collum* *digitum* longum; *Corporis* autem longitudo à collo ad caudæ exortum vix trium *digitorum* & semis. *Alæ* supra septem longæ; *Cauda* lata & sex *digiti* longa. *Crura* duo habet, quodlibet inferius duos *digiti* longum; quatuor *digiti* in *pedibus*, tres antè, unum retrorsum versus, more communi; medius anteriorum paulo longior cæteris; posterior etiam satis longus; quilibet ungue lunato, seu adunco accipitrino forti præditus. Suntque *crura* & *pedes* satis crassi, ac ad rapinam comparati. *Ala* & *cauda* *pennas* habent latas & fortes *digiti* latitudine. Totum *dorsum*, infimus *venter*, alæ, *cauda* elegantis sunt brunni coloris; superius ad *rostrum* *pennulas* habet holosericum leve referentes, viridi & fusco mixtas; inferius ad *rostrum* similes nigri coloris. *Collum* superius flavi, seu aurei est coloris, inferius viridis cum aureo transplendente. *Pectus* saturate brunnum; sub alis in lateribus inter alæ & *crura*, exoriuntur multæ *pennæ*, *pedem* plus, vel minus longæ, elegantis structuræ, quæ supra *caudam* longe extenduntur: sunt autem prope exortum flavi, seu aurei coloris, reliqua ex albo flavescentes, brunno umbratæ, seu dilute intermixtæ: inter has *pennas* duo quasi fila extenduntur; quodlibet longum duos *pedes* & amplius, ac versus extremum incurvata, obscure brunni coloris. *Crura* fusca sunt, unguibus magis albicantibus. *Rostrum* coloris est ex viridi & cæruleo mixti, versus acumen tamen albicans.

Hæc est illa avis, quam alii Paradiseam vocant: cujus aliquod reperiuntur species.

CAPUT VII.

Guirapunga utraque. Guiraquerea. Iacamaciri. Cariama.

GUIRAPANGA Brasiliensibus; Avis cujus sonus longe auditur; Turdellæ majoris magnitudinem superat, & columbæ fere æquat. *Rostrum* habet *digitum* longum & latum, antè acutum, cujus superior pars paulum prominet super inferiorem, ac deorsum est incurvatum, nigrum, naribus patentibus. *O*s illi amplum, quod aperire potest usque sub

oculos, ita ut oris apertura cum rostro triangulum formet. *Linguam* habet brevem. *Oculos* è nigro cœrulescentes. Sub gutture autem, quod latum habet, & in collo inferiori, multas digitum longas propèndentes particulas carneas nigras habet, figura spiculi hastæ, vel quasi ligulæ. *Caput* obscure brunnis pennis vestitur. Totum *collum*, pectus, venter, dorsum & crura superiora leucophæis teguntur pennis, (quibus potissimum in dorso) nigricantes admixte, ac versus caudam etiam virescentes. *Caudam* habet tres digitos longam, leucophæis ac nigricantibus pennis pauca viriditate admixta. *Alæ* (non multum post exortum caudæ desinentes) in initio sunt nigræ, reliquam partem nigricantes, quibus obscure virescentes pennæ admiscuntur. *Crura* inferiora nigricant, suntque plus digito longa; digitos quatuor habet cum cæteris communes, nigris unguibus: *Pectus* bifidum est, seu convallem habet per medium secundum longitudinem; tracheam amplam, unde etiam fortem clamorem potest edere. Duplicem autem sonum edit promiscue, una vice quasi quis securi percuteret cuneum ferreum, in silva (*cock, cick*) altera autem quasi quis campanam fissam tangeret *Kur, Kur, Kur, &c.* Clamat autem solum media ætate, Decembris & Januarii initio per quinque aut sex septimanas, reliquis mēsis non auditur; unde Lusitanis *Ave de Verano* vocatur.

QUIRA PUNGA, fœmina; Turdelæ nostræ majoris magnitudine est & figura, & eodem modo carnosa. *Caput* habet latiusculum, *rostrum* quoque latum, haud longum, *oris* hiatus amplus quando aperitur. *Rostrum* nigrum. *Oculi* satis magni. *Cauda* tres digitos aut paulo plus longa, nec alæ ad illius finem pertingunt. Tota avis vestitur pennis nigricantibus, quibus fuscæ & dilute virentes sunt mixtæ: magis tamen fuscus est in dorso color, in gutture, pectore, & ventre magis dilute virens, & mixtus ut nostræ turdelæ. Avis est pinguis & copiosæ carnis. *Crura* & pedes nigricant, cætera nihil differunt à communi norma.


QUIRAQUEREA Brasiliensibus, Avis Alaudæ magnitudine, sed quia longas alas, & caudam habet multo longiorem, videtur major. *Caput* latum, compressum, ac satis mangum habet. *Oculos* magnos & nigricantes; *rostellum* parvum, triangulare, compressum, & superiore parte aduncum. *Os* amplum, longe amplius rostro, quod apertum triangulum efformat. Ad utramque autem extremitatem rostri superioris ad latera digiti fere longitudine, in quolibet decem, aut duodecim circiter setas crassas suillas habet pro-

tenfas antèrius & ad latus. *Corpus* haud longum, sed rotundum fere est. *Pedes* quatuor digitis more communi constant, quorum medius longior reliquis, & unguiculo suo (quos omnes habet nigros) pectine corneo subtiliter ferrato dotatus est. *Alas* longas habet, nimirum semipedem. *Cauda* octo digitos longa, constans in extremitate duabus pennis longioribus reliquis. Tota avis ex fusco cinerei coloris cum maculis obscure flavis aut albicantibus mixtis, more Nisi. Circa totum collum autem pone caput annulum habet obscure aureum. *Crura* cinerea seu fusca. *Digiti* exigua pellicula connectuntur, non ita lata, ut in anatibus, nam non est avis aquatica.

JACAMACIRI Brasiliensibus, Avis Alaudæ magnitudine. *Rostrum* rectum, acutum, nigrum habet, duos digitos fere longum. *Linguam* brevem. *Oculos* cœruleos. *Alas* breves, quæ paulo post exortum caudæ desinunt. *Cauda* autem tres & semis digitos fere longa, recta, septem aut octo pennis constans. *Crura* superiora pennis vestita, inferiora *nuda*, cute *flava* & viridimixta. *Pedes* itidem. In quolibet pede quatuor habet digitos, duos antèrius, duos posterius versos; estque uterque interior, tam antèrius, quam posterius, dimidiam tantum partem longus præ exterioribus. *Unguiculi* nigri.

Totum caput, collum superius, totum dorsum, alæ, cauda superius coloris sunt viridis cum aureo & igneo mixti, ita ut mirifice resplendeat; ejusdem coloris annulus etiam circumdat collum. Sub gutture autem, in pectore & infimo ventre, & sub cauda obscure flavi coloris est, ut cera vetusta.

CARIAMA Brasiliensibus, Avis Ardeæ majoris magnitudine; ex aquaticarum est genere: In capite super exortu rostri cristam plumatam gerit nigram cinereo mixtam, erectam. *Rostrum* breve, superius paulo aduncum, ex obscuro flavo fuscum. *Oculos* habet elegantes aureos, pupilla nigra, longis superciliis nigris. *Alæ* desinunt paulo post exortum caudæ. *Crura* habet longa, superius mediam partem pennis vestita, cætera *nuda* & obscure flava: *digitos* tres in pedibus, medium longissimum exteriorem brevior, interiorem adhuc brevior. Suntque digiti ad partem cute connexi. In postica parte pedis digitum parvum habet, altiori loco positum, & calcaneum rotundum, more Struthionis. *Ungues* digitorum breviusculi, lunati, fusci. Totum *corpus* pennis vestitur gryseis, seu finereis fusco undatis, ut in falconibus, & obscure flavo mixto: extremitas alarum & caudæ fusca est, obscure flavo, & gryseo undata: in pectore & inferiore ventre plus habet grysei. *Caudam* demissam, collum ere-



Labiru



Labiru gnacu



Guirapunga



Cariama




Urutaurana




Araracanga




Guiraru nheengeta



Tamatia



Ipecu



Tamatia alia



rectum gerit. *Clamor* ejus instar gallo-pavi foeminae, & longe auditur. *Carne* est valde probata.

C A P U T VIII.

Guara. Urutaurana. Maguari. Guarauna. Ajaja. Picui pinima. Pica Cureba. Tuidara. Guacaguacu. Taperia.

GUARA Brasiliensibus (in Marahoon frequentissima, & Rio pe Ieneiro) avis est aquatica & terrestris, Albardcolæ magnitudine. *Rostrum* habet ensis Polonici figura, longum, ex albo subcinerescens. *Oculos* nigros. *Collum* & *corpus* instar Albardcolæ. *Ale* desinunt cum cauda, quæ brevis & demissa. *Crura* longa, quorum superior medietas pennis vestita, reliqua nuda. *Digitum* pedum quatuor communi modo longiusculi, brevibus unguibus, prope exortum cute inter se connexi: crura autem nuda cum pedibus coloris ex albo grysei, uti & rostrum.

Tota avis vestitur pennis elegantis coloris coccinei; remiges tantum alarum nigras habent extremitates. Hæc avis primum exclusa coloris est nigricantis, hinc evadit cinerei, deinceps albi, sensim autem rubescere incipit, & secundo ætatis anno coloris est in totum, quem *Columbin* vocant, quoque magis senescit, elegantissimum illum colorem coccineum acquirit. *Vivitat* piscibus, carne, adjuncta semper aqua.

Brasiliiani è plumis hujus avis varia componunt corporis ornamenta.

URUTAURANA Brasiliensibus: & *Urutani cuquichu Cariviri*, Avis Aquilæ magnitudine. *Rostrum* habet nigrum, cujus superior pars adunca, prope exortum tamen flavum; *Oculos* eleganter aureos, pupilla nigra, quos cuticula cinerea obducere potest, licet palpebras non claudat. *Caput* aquilinum quidem sed superius compressum, seu planum, in cujus summitate duas habent pennas nigras, duos circiter digitos longas, cum duabus parvulis ad latus quod libet: illas autem quando vult, in altum furrigit, atque iterum componit, *Ale* paulo post exortum caudæ desinunt. *Cauda* ei lata instar Aquilæ. *Caput* superius fuscis tegitur pennis, quarum oræ subflavescent. Totum *collum* superius, & ad latera brunnis (ut perdix:) totum *guttur* cum collo inferiori est album, ita tamen, ut albedo ad latera pennis nigris sit variegata. Totum *pectus* & infimus *venter*, crura superiora & inferiora usque ad pedes pennis vestiuntur albis, quibus nigræ squamatum admixtæ sunt. *Ale* & *cauda* fusci sunt coloris cum umbra mixti, atque oras habent subtiles albicantes. Remiges alarum

pennæ sunt fuscae & nigris undis variegatae. In pedibus digitos habet quatuor flavos, unguibus lunatis fuscis. Clamat *Geb, Geb*, ut pullus gallinaceus qui matrem perdidit. Rapax avis, crudam comedens carnem Projectam sibi avem, sive vivam, sive mortuam, unguibus arripit, & rostro egregie deplumat, dein dilacerat, & carnem ossaque deglutit; unam harum diu vivam alui in munimento Mauritii ad Flumen S. Francisci.

ANNOTATIO. Icon hujus avis haud male convenit cum Icone Nycticoracis Gesneri; non tamen Nycticoracis veterum, sed vulgo sic dicti circa Argentinam, & alibi circa Rhenum, avis piscatoriæ) nisi quod in Capite tres pennas habeat.

MAGUARI Brasiliensibus; Avis Ciconiæ similis figura & magnitudine, atque etiam ex parte colore. *Collum* habet pedem longum. *Rostrum* rectum, acutum, novem digitos longum. *Crura* longa & nuda, ut ciconia. *Caudam* brevem, cum qua alæ desinunt. *Rostrum* in exortu ad medietatem usque ex viridi flavescent, reliqua medietas extrema ex cœruleo cinerea. *Oculos* habet parvos, argenteos, pupilla nigra, & circa eos cutem cinnabriam, ac similem etiam inferius prope exortum rostri, seu inter rostrum, & guttur: quam more *Senembi*, irascens dependere finit sub gutture.

Totum *Caput*, *collum*, & totum *corpus* albissimis vestitur plumis; ac inferiori parte colli pennæ albæ illæ sunt longiusculæ. *Cauda* autem quoque alba, at superius nigris aliquot pennis tegitur. *Ale* in exortu albis teguntur pennis, sed prope dorsum nigris: nigredini autem persplendet viriditas. *Crura* sunt rubra, ut & pedes, quos cum Ciconia communes habet. Rostro crepitat, ut ciconia nostras. *Caro* illius edulis.

GUARAUNA Brasiliensibus, Rusticola aquatica, magnitudine *Iacu*. *Rostrum* habet teres, paulo deorsum inclinatum, flavum at in extremitate fuscum, quatuor & semis digitos longum; *corporis* autem illius longitudo est totidem. *Crura* superiora mediam partem pennis vestita, sex digitos longa: *Digitum* pedum quatuor ita dispositi, ut communiter, quorum medius tres digitos longus, cæteri breviores.

Tota avis vestitur pennis fuscis, multa umbra mixtis. *Caput* autem & *collum* totum ejusdem coloris, & præterea albo punctulatum, ut in *Iacu*.

Carnem habet satis bonam, quam sæpius comedi.

AJAJA Brasiliensibus, *Colherado* Lusitanis, Belgis *Lepelar*. Avis figura conveniens cum Europæis, solo colore differens. Anserius magnitudine. *Rostrum* instar cochlearis lato, albo: *Collo* longo, pedibus latis.

Tota alba est, sed in dorso & alis dilute incarnati coloris persplendentis. *Caro* illius edulis, & sæpe comedi. Frequens est ad Flumen Sancti Francisci, & alibi passim in locis palustribus.

PICUI PINIMA Brasiliensibus. *Columbæ silvestris* species, paulo major Alauda, *Rostellum* habet columbinum, fuscum. *Ocellos* nigros, circello aureo. Totum *caput*, collum superius & ad latera, dorsum & alæ pennas habent obscure cinereas, seu lividas, oris nigricantibus lunatis. Longiores autem alarum pennæ, seu remiges, quæ inter volandum videntur; ruffi sunt coloris, uno latere nigricantes, ut & in extremitatibus. *Cauda* longiuscula ex pennis constat è cinereo fuscis, quarum & quædam nigræ, & medietate exteriori albæ. *Venter* albas pennas habet oris lunatis fuscis. *Crura* & pedes columbini albescentes. *Carnem* habent bonam, & sunt admodum pingues.

PICA CUREBA Brasiliensibus; quoque *Columbæ silvestris* est species, coloris cinerei cum ruffo mixti; pedibus & cruribus rubris.

Avicula (cujus nomen *Auctor non prodit*) passeris magnitudine & figura, tota nigra, capite tamen albo, & cauda ex multo nigro & gryseo colore mixta. Clamat *zip, zip*.

TUIDARA Brasiliensibus; *Ululæ* est species, Germanis *Schleier-Culu* / Belgis *Kerckuple*. *Capite* rotundo, naso elato, & plumis compexis constrato; sub naso rostrum habet aduncum, album: *oculos* autem nigros. Tota avis faciei superficies, cordis, uti pingitur, habet figuram, plumulis obscure ex albo flavis, cum pauco nigro mixtis, quasi fimbria circumdata essent. *Pluma* totius avis mixtæ albo & pallide flavo ac gryseo: *Alæ* undatæ, uti & cauda. *Corpus* subtiliter punctatum cum fusco. Describitur & à Gesnero.

GUACA GUACU Brasiliensibus, Lusitanis *Gaiyota*, Belgis *Mecuwe*. Avis gallinæ vulgaris magnitudine, rostro recto, longo, crasso, flavo. *Caput* superius nigris tegitur pennis, ut & ultima medietas alarum & Cauda. *Guttur*, totum collum, pectus & infimus venter, ac initium alarum sunt alba. *Ova* ponit in arena, gallinaceis figura, magnitudine & colore similia: quæ quidem boni sunt saporis, sed *caro* avis nullius est pretii.

TAPERA Brasiliensibus, *Adorinha* Lusitanis; *Hirundinis* species, nostratibus similis, ejusdem magnitudinis, & eodem modo circumvolitans. *Rostrum* breve, latiusculum habet & nigrum. *Os* amplum, quod aperire ultra oculorum regionem potest, ut *Ibia* junior. *Oculos* elegantes, nigros. *Alas* longas, desinentes cum fine caudæ, quæ latiuscula est. *Crura* & pedes ut nostra-

tibus. Totum *caput* superius, collum, dorsum, alæ & cauda pennas habent coloris ex fusco cum gryseo mixti; remiges alarum & extremitas caudæ paulo magis fusciscunt reliquis partibus. Sub gutture & in pectore grysei est coloris cum albo mixti. *Venter* est albus, uti & sub cauda albet. *Crura* & pedes fusci.

CAPUT IX.

*Psittacorum majorum & minorum
varia species.*

PSITTACORUM in Brasilia maxima est copia & summa varietas; quos Brasilienses communi nomine vocant **A JURU**. Aristoteles lib. IV. *Histor. Anim.* cap. X. scribit; *Ea quæ ova pariunt, an somnient incertum est, manifestum vero ea dormire.* Ego utrumque adfirmo cum Jul. Scaligero in *Commentariis*, & quod ille de suo *Turdo* & *Accipitribus*, ego de meo *Psittaco*, quem *Lauram* vocabam, nam sæpius de nocte seipsum expergiscens semisomnis sublocutus est. Idem Lib. VIII. cap. X. scribit, *Psittacum* à Græcis etiam *διεραπέλοισιν* vocari. *Psittaci* nidificant in cavis arboribus, ubi foramen extra rotundum faciunt, ac ova duo aut tria columbinis similia imponunt sine nido aliquo ficto. *Ova* si tangas, nihilominus excluduntur, nec *Psittacus* ea deserit. *Pullos* excludunt medio Junio & fine: plumati autem pulli inveniuntur apti ad eximendum fine Julii, & medietate Augusti. *Psittaci* juniores primum exclusi vermes crassiusculos habent, in quolibet narium foramine unum, ac præterea in summitate capitis tuberculum, in quo itidem vermis crassus latet. Omnes autem vermes brevi sponte excidunt, ac locus per se sanatur. Fiunt varii coloris à *Tapuyis*, deplumando juniores, & cutem variis coloribus inficiendo, Lusitani vocant *Papagios contrefeitos*. Nullus *Psittacorum* Brasiliensium, præter *Curicos* se manibus tangi in corpore permittit.

Prima species **A JURUCURAU** elegantissima est. *Supra Rostrum* in capite mitellam habet eleganter cœruleam: *Guttur*, latera capitis & superior illius pars elegantè flavo vestiuntur, totum corpus læto viridi. In alarum extremitatibus pennæ una medietate nigræ, altera crocæ, partim etiam in extremitate cœruleæ, partim hinc inde virides. In summa, elegantè variegatæ. *Cauda* viridis, sed quando illam explicat, fimbriata nigro, rubro, cœruleo. *Crura* & pedes cinerei coloris. *Rostrum* ex cinereo fuscum. *Oculi* nigricantes, circulo aureo. *Lingua* omnibus lata & crassa.

Secunda species priori similis, paululum aliter

aliter variegatur coloribus, nimirum in summo capite mitella flava, cui albedo mixta, super oculos & in gutture clare flavo. Circa rostrum superius macula est thalassina.

Tertia species; AJURICURICA. Mitram habet in capite ex cœruleo & paulo nigro mixtam, in medio mitræ maculam flavam. Infra oculos flava, & in gutture cœrulea est macula. Viriditas in pectore, alis & dorso paulo saturior, in extremitatibus alarum & cauda dilutior. Extremitates pennarum alæ flavæ & rubræ, & Indico colore mixtæ. *Cauda* inferius ex flavo & viridi mixta, superius dilute viridis. *Crura* è cinereo cœrulescentia. *Rostrum* superius cinereum, in extremitatibus nigrum, unguis pedum nigri.

T U I, vulgo *Perroquet.*

Prima species: Magnitudine Hirundinis: in totum viridis coloris: *cauda* longissima, *rostro* nigro, adunco.

Secunda: *Tui* apud *juba*, viridis in totum & quidem dilutius in reliquo corpore, in ventre flavescens, in alis obscure viridis. *Cauda* longissima: magnitudinis ejusdem cum priori; *Oculis* magnis, subnigris, circello ex pennis circa oculos luteo, & supra rostrum, quod nigrum & aduncum, in capite maculam habet magnam ex pennis *Auraici* coloris.

Tertia TUI TIRICA, paulo majores sunt *Guineensibus*, in totum viridis coloris, qui tamen in dorso & alis plerumque saturior, in reliquis partibus dilutior: *rostro* incurvato incarnati coloris. *Oculis* nigris; *Pedibus* cœrulescentibus; *Cauda* paulum ultra extremitatem alarum protensa. Admodum hi mansuescunt, & cibum ex alicujus ore capiunt, & manibus se tractari sinunt. Item instar *Psittacorum* garrum addiscunt.

Quarta: Magnitudine *Sturni*, ejusdem coloris cum secunda specie, sed breviori cauda.

Quinta JENDAYA: Sunt magnitudine *Merulæ* aut minoris *Turdæ*, *rostro* & *cruribus* nigris, oculis nigricantibus, circulo aureo, exterius albo: *Dorsum*, alæ & cauda, ut & anus viridibus pennis vestiuntur, quibus thalassinus mixtus: Extremitas alarum quodammodo nigrescit. Totum caput, collum & pectus flavi coloris sunt, cui luteus intermixtus.

Sexta TUJETE, magnitudine *Alaudæ*, in totum dilute viridis coloris. At initium alarum egregie cœruleum est, & omnium pennarum in alis oræ cœuleæ, ita ut complicatæ, quando quiescit avis, maculam longam cœruleam prope oram lateralem alæ ostentent. In dorso ad exortum caudæ usque etiam macula cœrulea est. *Cauda* brevis. *Rostellum* incurvatum,

incarnati coloris. *Crura* & pedes cinerei.

Septima: TUIPARA *Tupinambis*, magnitudine *Alaudæ*, in totum dilute viridis coloris, cauda brevior, ita ut cum alis desinat. *Rostro* incarnato; *cruribus* gryseis. Prope rostri exortum in fronte, maculam habet semilunarem miniatam, quasi coronam, quæ & inferius est, in cujuslibet alæ medio lutei, seu *Uranici* coloris. *Nidificant* in cumulis à formicis relictis, qui in arboribus reperiuntur.

Psittaci & *Tui* semper catervatim volant nimirum bini ac bini juxta se invicem. *Sylvæ* his plenæ sunt, & sæpe quadringenti & quingenti simul volant, strepitum magnum clamore excitantes. Confident in altissimis arboribus: nidificant potissimum in mediterraneis. *Caro* boni saporis, si affertur, maxime *Perroquet.*

ARARACANGA *Brasilienfisibus*, *Psittacus* maximus, majores sunt corvis nostratibus. *Caput* magnum, superius planum, & latum habet. *Oculos* pulchros, cæcios, pupilla nigricante: *Oculos* autem exterius ambit membrana alba, ut & maxillas & rostrum inferius: hæc subter oculos semilunari forma est producta. *Rostrum* incurvum, magnum, superius albicans, inferius nigrum. *Linguam* habet ut *Psittacus*, & eodem modo edit. *Voces* etiam quasdam sonare discit. *Rostrum* superius tres circiter digitos longum, altum seu latum. *Crura* & *pedes*, ut *Psittacus*, habet nigros. Totum caput, collum, pectus, venter, crura superiora, & cauda inferius, ut & initium alarum superius elegantibus rubris pennis vestiuntur, per medietatem autem alæ tectæ sunt viridibus, extrema autem medietas alarum usque ad finem cœruleis ornatur. Extremitas dorsi prope anum superius, & cauda cœruleis constant, quibus aliquot brunni coloris admiscetur. *Cauda* longa est decem circiter digitos, & longe prominent ultra finem alarum.

ARARAUNA *Brasilienfisibus*: Figura alteri similis, sed alteris coloris. *Rostrum* nigrum, *oculi* cæcii; *pupilla* nigra. *Cutis* circa oculos alba nigris pennulis variegatur quasi acu picta esset. *Crura* & *pedes* fusci coloris. *Caput* anterius supra rostrum mittellam habet viridibus pennis; sub rostro inferiori ambiunt guttur pennæ nigræ: *Colli* autem latera, reliquum guttur, totum pectus & infimum ventrem tegunt pennæ flavi coloris. Extremum caput, collum posterius versum, totum dorsum & alas exterius cœrulei. Extremitatibus alarum plumæ flavæ sunt admixtæ. *Cauda* constat longis pennis cæruleis, quibus aliquot flavæ immiscetur. In genere autem cœruleæ pennæ interius sunt nigræ, & quodammodo etiam nigredinem ad latera de se spargunt.

A N A C A Brasiliensibus: *Perroquet*; magnitudine *Alaudæ*. *Rostrum* fuscum, aduncum. In capitis summitate epatici coloris pennæ, ad latera circa oculos brunni; *guttur* cinereum; *Collum* superius & latera viridia. *Venter* habet pennas & brunno rufescentes. *Dorsum* viride maculam habet dilute brunnam. *Cauda* quoque dilute brunna. In alarum initio sanguinea macula sive fimbria est: reliquum alarum viride, extremitas thalassini coloris. *Crura* superius viridibus vestita pennis, inferius cute cinerea, unguibus nigricantibus. Elegans plane avis.

M A R A C A N A Brasiliensibus, avis *Psittaco* plane similis (cujus & species) sed major, plumæ totius ex gryseo subcœrulescunt, clamat ut *Psittacus*. Fructus amat, *Murucuja* imprimis.

M A R A C A N A Brasiliensibus, itidem *Araræ* species minor: magnitudine *Psittaci*, figura *Araræ*, cauda longa tali, rostro, & cute circa oculos. *Rostrum* nigrum, cutis circa oculos alba punctulata plumulis nigris. *Oculi* flavescentes, pupilla nigra. Totum *caput* collum & alæ saturate viridis coloris ut in *Amuricurica*; summitas capitis dilutior & quodammodo cœrulescit. *Cauda* superius viridibus & in extremitate cœrulescentibus, inferius saturate constat pennis. *Alæ* interius etiam rubræ, exterius virides, & extremitates cœruleæ obscure. In exortu cujuslibet alæ maculam habet miniatam. Super rostri exortum, superius maculam habet parvam fuscam. *Crura* & *pedes* fusci. Clamat *Oe, Oe, Oe*.

Q U I J U B A T U I flavus est totus, magnitudine *Tuiapara*; *rostro* incurvato gryseo, *Oculis* nigris. Extremitas alarum obscure viridis est: *cauda* longa flava. *Crura* coloris incarnati. Facile & valde mansuescit.

P A R A G U A *Psittacus* est niger, magnitudine *Ajurucariu*, pectore dorso & ventre medietate anteriore insigniter rubro. *Oculis* nigris, circello rubro. *Rostro* fusco, seu obscure cinereo. *Cruribus* & pedibus obscure cinereis.

T A R A B E Brasiliensibus, *Psittacus* est viridis: major quam *Paragua*, *capite* rubro & pectore atque initio alarum. *Rostro* & pedibus obscure cinereis.

A J U R U C A T I N G A Brasiliensibus, *Psittacus* magnitudine pulli gallinæ mediocris, totus viridis, *oculis* rubris, & circa oculos cute alba. *Rostro* albo, & *cruribus* albis. *Caudam* habet longam, viridem.

A J U R U A P A R A Brasiliensibus, in totum convenit cum præcedenti, sed minor est.

CAPUT X.

Ipecu. Urubu. Tamatia utraque. *Guirajemoja. Gurraru nbeengeta.*

I P E C U Brasiliensibus, *Cortapao* Lusitanis, Avis magnitudine columbæ. *Colli* longitudo duorum digitorum, *corporis* autem quatuor, & *caudæ* idem quatuor, *crurum* fere sesquidigiti; in pedibus quatuor habet digitos, duos antrorsum, duos retrorsum versos, ut in *Psittacis*. *Caput* vestitur pennis cinnabrii coloris, in quo & cristam habet instar columbæ: *collum* ad rostrum usque inferius nigrum, ut & superius; In utroque autem latere linea est alba, crassa, quæ divisim ad dorsum protenditur. *Alæ* exterius totæ nigræ, interius albæ; *Cauda* nigra; in ventre & *cruribus* superioribus pennæ sunt nigræ, & albæ. *Rostrum* illius rectum, acutum, sesquidigitum longum, quæ arborum cortices excindit, ut *Picus*.

U R U B U Brasiliensibus, vulgo *ein Menschen-esser*; Avis rapax, magnitudine *Milvi* & *Nisi*, pedibus gallinæis subalbicantibus, *cauda* longa, & alis ea longioribus. *Penna* totius corporis sunt nigræ cum paucillo ravi coloris hinc inde mixtæ. *Caput* habet parvum, figura pene gallinarum *Indicarum*, cute tectum paululum rugosa. In summitate autem capitis secundum longitudinem quasi dividitur cutis, & in sinistro latere capitis infra oculum crocei est coloris, supra oculum cœrulei, in summitate item, reliqua parte ex ruffo subbrunni. In dextro latere capitis circa oculum superne & inferne crocei coloris, in summitate itidem, reliqua parte ex croceo albicantis. *Rostrum* habet satis longum, exterius aduncum, acutum, & ad medietatem usque à capite cute obtectum ex croceo cœrulescente. In mediate rostri superiorium foramen unum amplum transversum positum; extremitas rostri, quæ cute caret, est alba. *Oculos* habet elegantes rubini fere colore, *pupilla* rotunda nigra: *Palpebræ* sunt crocæ: *Linguam* carinatum, in ambitu denticulis acutis præditam. Fœtet ejus *caro* instar cadaveris: nam & cadaveribus vescuntur, & in maxima copia statim advolant in *Capitania Sirigippo*, & *Flumine Sancti Francisci*, quando quis bestiam aliquam mactat. Fœda avis, semper macra, nunquam satuta.

T A M A T I A Brasiliensibus; Avis *Alaudæ* magnitudine, seu *Pici*. Tota punctulata, & variegata maculis ut *Turdus* minor, Germanis vulgo *ein Trostel*: in ventre albas habet pennas, maculis fuscis: sub gutture autem flavescit uti & circa collum. *Rostrum* habet longum rubrum, superior

rius paululum fuscum ; cujus superior pars paulo longior, quam inferior. Supra nares subtiles aliquot extant pennulæ instar pilorum. In pedibus quatuor habet digitos unguibus aduncis. Caret cauda. Caput illius majus quam proportio corporis requirat, uti & rostrum.

TAMATIA itidem Brasiliensibus dicta, avis aquatica, forsan gallina. Nisi rostrum obtinet, magnitudine Yassana asu: dorso incurvato incedens & collo incurvato. Caput habet magnum, oculos magnos nigros, prope exortum rostri existentes. Rostrum duos digitos longum, plus uno latum, instar anaticis quidem, sed antierius acuminatum: estque superior ejus pars nigra, inferior flavescens. Crura superiora pennis nuda, satis autem longa: Digiti in pedibus quatuor, quorum tres antierius, unus posterius versus, more gallinarum, suntque longi ut in *Waterhoen*. Crura & digiti coloris ex virescenti flavi. Cauda brevissima, & non longior quam in Yassana. Caput nigris pennis vestitum, reliquum corpus brunis; in ventre autem albicantes pennæ intermiscuntur.

GUIRAJENOJA Brasiliensibus, Avicula magnitudine Fringillæ. *Rosellum* habet vix semidigitum longum & nigricans, ocellos nigros. Totum caput, collum inferius, pectus, infimus venter & dorsi medietas extrema pennis vestiuntur cœruleis: Collum superius & dorsi medietas anterior nigris: Alæ quoque nigræ, sed quibus in initio illarum inspersæ cœuleæ; reliquæ nigræ sunt, sed oras habent cœruleas. Cauda sesquidigitum fere longa & itidem nigra, desinuntque alæ paulo post initium caudæ. Crura fusca; in pedibus quatuor digiti vulgari modo.

GUIRARU NHEENCETA, Brasiliensibus; Merulæ aquaticæ magnitudine, aut paulo major. *Rostrum* habet rectum, compressum, nigrum, plus dimidio digito longum: Oculos Sapphyrinos, pupilla nigra. Crura quæ superius vestita, sunt pennis cinereis, inferius nigra cute teguntur, uti pedes, in quibus more vulgari quatuor sunt digiti, unguibus acutis nigris.

Totum caput, collum, pectus & infimus venter pennis vestiuntur albis ad gryseum dilutum accedentibus, dorsum autem leucophæis sive cinereis. A rostro in utroque latere per oculum usque ad finem laterum capitis, macula oblonga tendit nigra. Alæ nigræ, non tamen obscure. Cauda nigerimas habet pennas, quarum tamen extremitates sunt albæ, & superius quoque aliquot albisteguntur.

CAPUT XI.

Cocoi Ardeæ species: alia species. Guiratinga. Ardeola. Tacarini. Guiratarica. Guiranheemgatu.

COCOI Brasiliensibus, Ardeæ species est elegans, Ciconiæ ferme magnitudine. *Rostrum* habet rectum, acutum, sex circiter digitos longum quod in exortu ex flavo virescit: Oculos crystallinos, circello aureo: circum oculos cutem cineream. Colli longitudo quindecim digitorum, corporis decem; cauda, cum qua alæ desinunt. Crura superiora mediam partem plumata, octo digitos longa, inferiora sex & semis, cute tecta cinerea; digitos in pedibus quatuor, vulgari modo, quorum medius digitum longus, ceteri breviores unguibus lunaribus, fuscis. Guttur & totum collum sunt alba, summitas capitis & latera nigri coloris cum cinereo mixti. Ejusdem coloris cristam elegantem gerit erectam; atque ab ea duæ elegantes plumæ deorsum posterius dependent, coloris ex nigro subcinerei, quælibet quinque digitos & semis longa. Anterius collum secundum longitudinem maculatum est plumis è nigro & cinereo mixtis. In colli parte anteriori & inferiori, elegantes habet plumas longas, albas, subtiles propendentes, quas in pileis gestare solemus. Totum dorsum, alæ & cauda cinerei sunt coloris diluti cum pauxillo albo mixti; superior medietas crurum superiorum, albis vestitur pennis. Per dorsi autem longitudinem cinereæ plumæ extenduntur subtiles, elegantes, figura similes illis in collo. Caro illius bona est, & sæpius comedi.

Reperitur hic & alia Ardeæ, Anatis domesticæ magnitudine, aut paulo major. *Rostrum* habet rectum, acutum, medietate anteriore, tam superius, quam inferius, dupliciter ferratum, quatuor & semis digitos longum. Caput & collum habet Ardeæ: Oculos nigros, circulo aureo; Collum pedem longum; Corpus quinque digitos & semis, caudam quatuor cum qua desinunt alæ. Crura tota novem & semis digitos longa, superiora mediam partem pennis vestita: quatuor digiti in pedibus vulgari modo. *Rostrum* superius est fuscum, prope exortum autem virescit è flavo. Totum caput & collum superius pennas habent longiusculas, pallide flaves, nigro undatas; sub gutture albicat. Collum inferius, pectus, & infimus venter plumas habent albas fusco undatas, quod in ambitu flavo est fimbriatum. Totum dorsum & alæ teguntur pennis fuscis flavo undatis, & remiges alarum pennæ sunt è nigro & cinereo, æquali parte, mixtæ, extremitatibus albis. Cauda constat ejusmodi pennis, qua-

qualibus extremas alarum, sed transversim albo lineatis. *Crura* & pedes sunt obscure grysei coloris, unguis fusci. *Caro* comeditur, sapit ut aliarum Ardearum.

QUIRATINGA Brasiliensibus, *Garza* Lusitanis, Ardeæ species, Alberdeola magnitudine & corporis figura. Erecte incedit, collo longo, rostro extenso, recto, acuto, flavo, quatuor digitos longo, cuius pars superior nigra, inferior alba. *Crura* alta, ut Ardeæ, sex circiter digitos longa, pedum digiti ad vulgarem modum: crura exterius (ut & digiti) sunt flava, interius ex viridi & fusco mixta. Per totum corpus albissimis vestitur pennis: In collo elegantissimis plumis albis, quæ subtiliores sunt plumis Struthionum.

Aquatica est avis. *Crura* superiora sine pennis.

ARDEOLA columbæ magnitudine vix par: *Collum* habet longissimum. *Rostrum* rectum, acutum, superius fuscum, inferius ex albo flavescens, duos & semis digitos longum, *linguam* brevem, acutam. *Oculos* mediocres, circello aureo, pupilla nigra. *Caput* parvum, *Collum* tenue, ac septem digitos longum, cum corporis longitudo vix sit quatuor. *Crura* longa, quodlibet quinque digitos; superior medietas mediam partem nuda. In pedibus digitos quatuor communi modo dispositos, unguibus lunatis acutis. *Color* talis est: prope oculos, ubi rostrum inseritur, cutis melini coloris est. *Caput* superius vestitur pennis chalybei coloris pallide fuscis inspersis: totum collum cum pectore & infimo ventre plumas habet alas leucophæis mixtas & pallidis, ut variegatus appareat. *Dorsum* nigrum est, ex parte chalybeo fuscum cum cerei coloris pennis mixtum. Alarum pennæ longæ virentes, in extremitate maculam habent albam, reliqua superficie ex fusco, chalybeo, cereo, & leucophæo eleganter variegata. *Cauda* duos digitos longa, quam regunt alarum extremitates, quæ cum illa desinunt. *Crura* superius leucophæo & cereo mixta. Nuda pars & pedes cute melina tecta sunt. *Ungues* leucophæi. Erecta incedit avis & decenter.

JACARINI Brasiliensibus, Avis carduelis magnitudine. *Rostellum* habet crassum, cinereum. *Crura* & pedes cinereos, cum quatuor digitis more vulgari. Totum corpus nigris vestitus pennis, sed in quibus resplendet color instar chalybis politi. *Ala* interius albicant. *Oculi* cœrulei, & pone illos amplum foramen loco aurium.

QUIRATIRICA Brasiliensibus, Avis Alaudæ magnitudine. *Rostrum* habet crassum, rectum, superius fuscum, interius album, & paululum incarnatum. *Crura* cinerea cum quatuor digitis more vulgari. Totum *caput* cum gutture, & colli in-

feriore & media parte egregie sanguinei sunt coloris: *Oculi* cœrulefcunt; aurium foramina ampla. Latera colli, totum pectus & infimus venter albis vestiuntur pennis. *Collum* superius habet nigricantes, quibus pauca albæ mixta. *Dorsum* gryseum est (inspersis nigris paucis) ut & initia alarum: reliquum alarum nigrum, ut & *cauda*, quæ tres circiter digitos longa: Oræ laterales in alis sunt albæ.

GUIRAN HEEMGATU Tupinambis; Avis passeris magnitudine. *Caput* superius luteum, & guttur: *Collum*, pectus, & infimus venter flavi coloris, alæ ex virescenti & flavo mixtæ ac fusco distinctæ, uti & *cauda*, ocelli & rostrum sunt nigra. *Crura* fusca; hic mas egregie canens ut Fringilla, vulgo *Dunche*.

Fœmina ejusdem magnitudinis plumis passeris vestitur, nec ita canit, sed clamat 'tschrip, 'tschrip, ut passer.

CAPUT XII.

Curucui. Caracara. Tijeguacu. Teitei. Guiraguacu heraba. Guiracoreba. Guiraperea. Iapacani. Cabure.

Andira aca.

CURUCUI Brasiliensibus; Elegantissima avis, fere magnitudine Picæ. *Rostrum* habet breve, latiusculum, coloris fulvæ. *Os* amplum, & quando aperit, triangulatum. *Oculos* pulchros cœruleos circulo aureo; & sub quolibet oculo maculam cutaceam albam, ut gallinæ: in palpebris superius & inferius pilos nigros duriusculos. *Collum* haud longum. *Crura* brevina, & ad pedes fere plumata pennis nigris. *Caudam* habet quinque & semis digitos longam, latiusculam. Sub rostro inferiori in medio, & ad atrumque latus quasi barbam fetis compositam nigris, sed in quibus transplendet cœruleus, ut in Anatum collo: sub gutture autem plumæ tantum nigræ. Totum *pectus* & infimus venter egregie miniati sunt coloris; totum *dorsum* & *cauda* superius ex cœruleo & igneo splendide virefcunt. Extremitas *cauda* oram habet nigram: inferius autem *cauda* pennas habet albas, nigro transversim eleganter striatas. Initium alarum etiam insigni illa viriditate splendet, media pars canescit, nimirum plumis nigricantibus, minutissimis punctulis canis conspersis, ut anates esse solent. Ultima pars, scilicet longe alarum pennæ ex fusco nigrescunt. *Crura*, ut dixi, fere tota vestita, nigris pennis, cætera cum pedibus fusca sunt è cinereo. *Digitos* habet dispositos ut Psittacus. *Pennæ* subter alas sunt canæ.

CARACARA Brasiliensibus, *Gaviaon* Lusit-

Lusitanis, Nisi species, Avis magnitudinis Milvii, *caudam* habet longam novem digitos; *alarum* longitudo quatuordecem digitorum, quæ tamen nondum ad finem caudæ pertingunt. *Color* pennarum totus est ravi coloris cum albis & flavis punctulis. *Cauda* albo & fusco est variegata. *Caput* Accipitrinum, *rostro* adunco, mediocriter magno, nigro. *Crura* habet lutea, pedibus accipitrinis, unguibus semilunaribus nigris acutissimus & longis. Avis gallinis valde infesta.

Habui aliam ejusdem magnitudinis, & colore pennarum ut præcedens, sed pectus & venter erant alba. *Oculi* aurei, & cutis circum eos flava. *Crura* lutea.

TIJEGUACU Brasiliensibus, Avicula passeris magnitudine, aut paulo major. *Rostellum* habet breve, triangulare, latiusculum, nigrum. *Ocellos* sapphyrinos: *Crura* & pedes cerei coloris, unguiculis fuscis, digiti dispositi more vulgari. Tota avicula vestitur pennis coracinis: at in summitate capitis maculam habet clypeiformem splendentis sanguinei coloris. Totum *dorsum* autem ferè & utramque alam superius ad partem obtendit macula nigro-cœrulea, *Cauda* brevis & nigra.

TEITEI Brasiliensibus quam etiam vocant *Guiranhemgeta* & *Guraundi*. Avicula Rubeculæ magnitudine. Aviaro includitur pro canera ave, sed pipit tantum ut Rubrica, Germanis **Gimpel**. *Vescitur* paco & mamao. *Rostrum* habet breve, crassiusculum, nigrum. *Caput*, collum superius, alæ, & totum dorsum, & cauda nigris vestuntur pennis, quibus aliquid cœrulei, admixtum, ita ut splendeant instar chalybis. *Guttur*, collum inferius, pectus, totus infimus venter, & crura superiora sunt lutea: ad exortum rostri superioris post nares maculam habet è pennis luteis. *Crura* & pedes fusci sunt coloris; & hic est mas.

Fœmina proportione & magnitudine plane respondet mari, eodem rostro, & iisdem cruribus; sed color plurimum differt, est enim viridis, ut Acanthis. Germanis, **Zeischen**. Alæ ac caput cum collo superius paulum fuscescunt & cœrulescunt mixtum. *Delectantur* hæ aviculæ quinque aut sex conjunctim aviario includi.

GUIRAGUACU BERABA Brasiliensibus. Avis Carduelis magnitudine. *Collum* inferius, *dorsum* & ventris extremitas lutei seu aurei est coloris. *Caput* superius & collum, *dorsi* medietas anterior, alæ & cauda dilute viridis. In alarum extremo fusca pennæ mixtæ sunt. Sub gutture ad oculos usque maculam habet magnam, nigram. *Rostellum* habet rectum, acutum, flavum, superna parte paulum nigricans. *Crura* & pedes fusci coloris.

GUIRACOEREBA Brasiliensibus:

Avis Fringillæ magnitudine. *Rostellum* habet nigrum, tres quartas partes digiti longum, acutum, & paululum deorsum flexum. *Oculos* nigris. *Linguam* multipliciter fissam: In capite superius micellam thalassinis pennis, reliquum caput, guttur, & totum corpus inferius, pectus, & totus infimus venter, cum *dorsi* medietate posteriori cœruleis vestiuntur pennis, lactescentibus, & à pectore per initia alarum ad dorsum, ubi incipit cœruleus color, linea lata cœrulea transit transversim per exortum alarum: totum autem collum superius cum medietate *dorsi* anteriore profunde nigris subtilibus holosericeis vestitur plumis. *Cauda* sesquidigitum longa est & nigra. *Alæ* magnæ, quæ ad medietates laterales flavescunt. Plavedo autem illa tegitur, nec videri potest, quando avis consistet, quando vero volat, alæ ex nigro & flavo eleganter striatæ videntur. Interius alæ ferme totaliter flavæ sunt. *Crura* superiora pennis nigricant, & cœrulea quodammodo sunt: Inferiora nuda, & cinnabarii coloris una cum pedibus, unguiculi in pedibus nigri. Habent autem pedes digitos quatuor, vulgari modo dispositos.

GUIRAPEREA Brasiliensibus; Avis Alaudæ magnitudine. *Rostrum* habet breve, crassiusculum, nigricans. *Caput* superius & collum, totum dorsum & infimus venter, pennas habent obscure flavi coloris, ut cera citrina: *Caput* inferius, guttur & collum inferius cum pectore nigras, quales & pauca in ventre flavis sunt intermixtæ. *Cauda* duos digitos longa, & præterit alas. Constat autem cauda & alæ pennis fuscis & nigricantibus, quarum quælibet cum laterali extremitate thalassina, ita ut fusca alæ thalassino videantur striatæ. *Cauda* itidem. *Crura* superiora etiam cerci coloris; inferiora cum pedibus obscure cinerei. Digiti quatuor modo vulgari, unguibus nigricantibus.

JAPACANI Brasiliensibus, Avis magnitudine *Bemtere* aut *Schanepue*. *Rostrum* habet nigrum, oblongum, acuminatum, & paululum deorsum incurvatum. *Oculos* aureos, pupilla nigra. *Caput* vestitur pennis nigricantibus, collum superius, dorsum, alæ ex umbra & nigro mixtis. *Cauda* superius albo maculata est. *Pectus*, & totus infimus venter ac crura superiora ex albo & flavo mixtes, ac lienis seu striis transversis nigricantibus intertexta. *Crura* fusca. Digiti in pedibus quatuor vulgari modo, unguibus acutis & nigris.

CABURE Brasiliensibus; Nocturæ species: Avis magnitudine Turdelæ. *Caput* habet rotundum, rostrum breve, aduncum, flavescens, duo foramina narium. *Oculos* pulchros, magnos, rotundos, flavos, pupilla nigra. Sub oculis, & ad latera rostri

multos habet pilos, longiusculos, fuscus. *Crura* brevia, totaliter pennis vestita, flava, uti & pedes. In iis autem quatuor digitos, more vulgari, unguibus semilunaribus, acutis, nigris. *Caudam* latam, prope cujus exortum alæ desinunt. In tota capite, dorso, alis, cauda, coloris est umbræ dilutæ: ac in capite & collo minimis, in alis majoribus maculis albis variegatur. *Cauda* vero albo est undata. *Pectus* & infimus venter albicant, & maculis umbræ dilutæ variegantur. Facile mansuescit. *Collum* ita circumagere potest, ut rostri acies exacte dorsi medietatem ostendat. *Ludit* cum hominibus instar simiæ, & varios mimos facit ad spectu suo, & crepitus rostello; præterea pennas ad latera capitis erigere potest, ut cornicula, seu auriculas repræsentent. *Vicitur* carne cruda.

ANDIRA ACA Brasiliensibus, Vespertilio cornutus. Multi hic reperiuntur in Palmis nuciferis degentes; paulo majores nostratibus, præpingues, cinerei coloris, mollibus & longioribus pilis, auribus latis. In singulis pedibus habent quinque digitos, acutis unguibus armatos. *Dentes* candidi, & supra nasum corpusculum, ejusdem cum auribus longitudinis, satis grande ex materia qualis illius rictus, flexile seu mobile. Alarum longitudo æquat semipedem Rhylandicum.

CAPUT XIII.

Macuacagua. Columba silvestris species. Anas silvestris. Urubitinga. Mareca utraque. Tjeguacu parvula. Tangara utraque.

MACUACAGUA Brasiliensibus: Gallinæ silvestris species, magnitudine Gallinæ nostratis vel etiam major. *Rostrum* habet nigrum, plus sesquidigito longum, anterius paulo incurvum, ut perdicis: In rostri medietate duo narium foramina ampla. *Oculos* nigros, post eos aliquanto spacio aures more gallinarum. *Corpus* crassum, *Alæ* cum eo desinunt, nullam enim habet caudam. *Crura* inferiora nuda, duos & semis digitos longa. In pedibus tres habet digitos antrorsum versos, crassiusculos, unguibus brevibus, obtusis. *Calcaneus* rotundus, ut in Struthione, & paulum supra illum breviusculus digitus versus interiora, ungue obtuso. Totum *caput* & *collum* punctulatum est obscure flavo & nigro, sub gutture albicat. *Pectus*, venter & dorsum obscure cinerei sunt coloris. *Alæ* umbræ coloris per totum undatæ nigro, præter remiges pennas, quæ totaliter nigrae. *Crura* superiora pennis vestita, uti venter, inferiora cærulescunt cum pedibus, unguibus grysei. *Carnosa* admodum est avis, &

tantum carnis habet, quantum duæ gallinæ domesticæ vix habeant; estque boni saporis. Sub cute crassa & pingui cuticulam habet, aliam qua caro tegitur. *Vicitur* variis fructibus qui ex arboribus silvestribus decidunt. In ventriculo illius inveniuntur fabas silvestres, semina Araticu. *Humi* currit, nam pedes inepti ab arboribus scandendum. *Ova* ponit Gallinaceis paulo majora, coloris cæruleo viridis.

COLUMBA silvestris species ex Insula. S. Thomæ allata, nostratum magnitudine & figura: sed rostro superius aduncum, & coloris in medietate anteriori tota cærulei, cum albo & pauco flavo mixti, in posteritate tota sanguinei. *Oculi* nigri, circulo cæruleo. Pennis tegitur per totum viridibus, ut Pstittacus. Remiges alarum ex viridi fuscescunt, ut & extremitas caudæ. Sub ano flavo habet pennas. *Crura* & pedes eleganter crocei coloris, unguibus autem fusci.

ANAS Silvestris, magnitudine Anseris. *Rostrum* habet nigrum; *Crura* fusca, uti & pedes. Tota nigra est, exceptis principiis alarum, quæ alba; Nigredini tamen illi viridis color transplendet. *Cristam* in capite gerit nigris plumis constantem, & massam carnosam corrugatam, rubram supra rostri superioris exortum. *Cutem* quoque habet rubram circum oculos. *Caro* bona & copiosa. *Finguntur* plerumque in altis arboribus confidentes; nam post lotionem in aqua frigida altas subeunt arbores, captandi aëris & Solis causa.

URUBITINGA Brasiliensibus (sed dubito adhuc de hoc nomine, nam nobilior est hæc avis quam Urubitinga) Avis Aquilæ similis, Anseris semestris magnitudine. *Rostrum* habet crassum, aduncum, nigrum, & circa nares cutem flavescentem. *Oculos* magnos, splendide aquilinos. *Caput* grossum. *Crura* & pedes luteos, in pedibus quatuor digitos vulgari modo dispositos; *Unguibus* lunatis, longis, nigris: *Alas* amplas: *Caudam* latam. Tota vestitur plumis fuscis & nigricantibus; Per alas autem undatim quasi cinereus miscetur. *Cauda* novem digitos longa, ad sex alba, in extremitate ad tres nigricans, in extremitate tamen rursus minimum est albi. Egregiæ staturæ est avis.

MARECA itidem Anatis silvestris species, sed parva. *Rostrum* habet anatinum fuscum, ad cujus exortum in utroque latere macula rubra. *Caput* superius est leporini grysei coloris, latera capitis sub oculis tota alba. Totum pectus & infimus venter ligni querni secti colorem obscure æmularunt, variegati præterea punctulis nigris. *Crura* & pedes nigri. *Cauda* grysea. *Alæ* elegantes, in exortu ex gryseo subfuscentis coloris, remiges autem sunt in uno latere



Curucui

Tangara



Guiragua Ciberabq



Atingacucamucu

Iyegua Cuparoara



Guiraacan: gatara

Pilangua guacu



Pullus galli
Naccus Monstrosu.



Aracari



Matuitui

Ipecali Apoa



Anhinga







Urubu



Macucagua



Cocoi ardeæ



Caracara



Anhima



Ardeola



Tangara



Vricbitinga



Guiraienoua



prioris coloris, tota autem medietas extrema dilute brunefcentis, qualis in pedibus esse solet, immedio autem coloris viridis transplendentis, cum fimbria nigra, qualis in anatum collis. *Caro* valde bona.

MARECA alia species, ejusdem cum antecedente magnitudinis & figuræ. *Rostrum* habet nigrum splendens. *Summitas capitis*, *collum superius*, totum *dorsum* umbræ coloris cum fusco mixti. *Subguttur* albicat. *Oculi nigri*, & *antequemlibet macula parva rotunda*, plumis ex albo flavescens. Totum *pectus* & *infimus venter* obscure grysei coloris cum aureo mixti. *Cauda nigra*. *Alarum pennæ* fuscæ, quibus viride transplendet: & *mediæ pennæ* alarum eximia viriditate & cœruleo in fusco transplendent, hic & undam nigram habent, *extremitas* autem *remigum* tota est alba. *Crura* & *pedes* insigniter rubri seu *miniati* coloris. *Assata avis* pedibus *apprehensa manus* & *linreamina* tingit colore *miniato-sanguineo*. *Boni saporis* habent *carnem*, sed paulum *amaricantem*.

TIJEGUACU PAROARA Brasiliensibus; *Avis Alaudæ* magnitudine. *Rostrum* habet breve, crassum, superius fuscum, inferius albicans. *Caput* superius, latera ejus & *guttur ac collum* inferius habent pennas flavas, sanguinei coloris pennis punctulatas (& hæc fœmina quidem, mas enim hæc tota habet sanguinea) *Collum* superius, & totum *dorsum* cinereas, umbra aliquatenus mixtas. *Alæ* fuscas oris albescentibus præditas, ut & *cauda*; sed *alæ* teguntur cinereis, *dorsum* maximam partem exceptis *extremitatibus*. *Latera colli*, *pectus* & totus *venter*, & *crura* superius albis teguntur pennis. *Crura* inferiora & *pedes* fusci sunt coloris; quatuor *digiti* more vulgari positi. *Ocellos* habet nigros.

TANGARA Brasiliensibus. (Reperiuntur ejus aliquot species colore variantes.) *Prima* elegans, magnitudine *Fringillæ*. *Rostrum* habet rectum, crassiusculum, nigrum. *Oculos* nigros. *Crura* & *pedes* ex cinereo fuscis. *Supra rostri exortum* superne *maculam* è pennis nigris. Totum *Caput* & *collum* splendidibus viridibus seu *thalassinis* pennis vestiuntur. *Initium dorsi* instar *collaris* ambiunt *nigerrimæ pennæ*. *Dorsum* autem sub *alis* usque ad *exortum caudæ* vestitur plumis luteis. Totus *infimus venter* egregie cœrulescit. *Alæ* nigræ sunt, & earum *extremitates laterales* cœruleæ, ita ut totaliter cœruleæ appareant *complicatæ*, & sola *extremitas nigra* videatur. *Initium alarum* exterius etiam *thalassinis* pennis nitet, & cuique *alæ* superius in *dorso*, seu in *extremitate superiori laterali* flavæ pennæ sunt mixtæ. *Caudam* habet latam, sesquidigitum circiter longam, nigram pennis, sed quarum *extremi-*

tates laterales cœruleæ sunt. *Extremitas caudæ* est nigra. *Includitur cavæ*, & clamat *zip, zip*, seu ut *Rubrica Germanis* *Gimpel*. *Vescitur* farina & pane.

Secunda species: figura & magnitudine *passeris nostratis*. *Rostellum* habet ex flavo fuscum, latiusculum, in *extremitate acutum*, cujus *inferior pars* multo brevior superiore. *Ocellos* nigros. Totum *caput*, egregie *miniatis* tegitur pennis, totum reliquum corpus cum *alis* & *cauda* splendide nigris. *Crura* superiora albis pennis, & in *latere exteriori* *maculam* ablongam *miniata* habent, quasi sanguine maculata. *Crura* inferiora & *pedes* cinerei sunt. In *pedibus* *digiti* quatuor more vulgari. *Cauda* brevis *digitum* longa, & *alæ* prope illius *exortum* desinunt.

CAPUT XIV.

Anhima. Pitangua guacu. Attinguacu camacu. Guira acangatara.

ANHIMA Brasiliensibus: *Avis aquatica* ex rapacium genere, major *cygno*. *Caput* habet haud magnum, *Gallinaceo* simile & *rostro nigro*: cujus superior pars paulo longior inferiori, & in *extremitate* deorsum incurvatum. *Oculos* pulchros, aureos, *pupilla nigra*, & exterius nigro circulo. In *capite* prope *exortum rostri* cornu gerit erectum, *extremitate* sua *antrorsum* versus incurvatum, paulo plus quam *duos digitos* longum, *crassitie chordæ* majoris in *Viola majore*, rotundum quasi *tornatum* esset, coloris albicantis, seu *ossei*. *Circum cornu* *plumellæ* subtiles breves eriguntur *albæ* & *nigræ*. *Collum* habet plus *septem digitis* longum, reliquum corpus ad *caudæ exortum* fere *sesquipedem*. *Alas* amplissimas, utpote quarum *plumarum* *longitudo* *sesquipedem* superet. In *cujusque* *alæ* *antica parte* duo *cornua* recta *triangulata* ex ipso *ossè* *alæ* enata obtinet, *crassa* *minimi digiti* apicem, & *conicæ* *triangulatae* figuræ. Est autem quodque *anteriorum* *digitum* longum, *posteriora* paulo breviora coloris *fulci*. *Caudam* habet *decem digitos* longam, instar *anserinae* latam. *Crura* superiora quatuor *digitos* longa, & quoad *medietatem inferiorem* pennis *nuda*: *Inferiora* *quinque digitos* longa, fere *duos* crassa. In *quolibet pede* quatuor *digitos* obtinet more *Gallarum* dispositos, quorum *mediis* *trium* *anteriorum* quatuor & *semis* *digitos* longus, reliqui *duo*, *tres* & *semis*: *posterior* autem fere *duos*. *Quilibet unguem* habet *corniculatum* nigrum, *digitum* longum, & in *posterioribus* *digitis* paulo longiorem. *Cute* fusca & *squamosa* teguntur & *digiti*, & *crura* *nuda*. *Capitis* *vertex* *plumulis* *variegatus*

gatus est albis & nigris: ad latera, in guttore & colli medietate superiori nigricat, inferior medietas colli & pectus variegantur albis, cinereis & nigris pennis. *Venter* inferior albas in totum habet pennas, ad latera sub alis, & in dorso sunt nigræ, sed quibus albæ hinc inde permiscentur. *Cauda* est nigra; *Alæ* etiam nigræ exceptis oris extremis (prope ossa) ubi ex albo flavescunt pennis variegatæ sunt. Terribilem clamorem edit *vyhu*, *vyhu* vociferando. Nunquam sola invenitur, semper parmas & foemina junctim incedunt, & una mortua, altera à sepultura nunquam discedit. *Cornu* quod in capite gerit, remedium est contra venenum, si in vino per noctem infundatur. Idem remedium est contra suffocationem uteri, & in difficili partu. Hæc quam descripsi, foemina est; mas duplæ magnitudinis. *Nidum* suum facit è luto ad caudices arborum super terram, figura furni.

PITANGUA GUACU Brasiliensibus, *Bemtere* Lusitanis, magnitudine æquat Sturnum. *Rostrum* habet crassum, latum, pyramidale, paulo plus digito longum, exierius acuminatum. *Collum* breve, quod sedens contrahit. *Corpus* fere duos & semis digitos longum. *Caudam* latiusculam, tres digitos longam, crura & pedes fuscus, quatuor digitos more vulgari. *Caput*, collum superius, totum dorsum, alæ & cauda coloris sunt è fusco nigricantis, pauxillo viridi admixto. *Collum* inferius, pectus, & infimus venter habent flavas pennas, superius autem juxta caput corollam (quasi monachicam) albi coloris. Sub gutture ad exortum rostri albicat. *Clamat* alta voce.

Quædam harum avium in summitate capitis maculam habent flavam, quædam ex parte luteam. Vocatur à Brasiliensibus *Cuiriri*, alias per omnia Pitanguaguacu similis.

ATINGUACU CAMACU Brasiliensibus: *Avis* Turdelæ fere magnitudine. *Caput* habet satis grossum, collum mediocriter longum; *Corpus* tres digitos longum: *Rostrum* paululum aduncum, coloris ex viridi & flavo mixti. *Oculos* sanguineos, pupilla nigra. *Crura* cinerea mediocris longitudinis, superius pennis vestita. In pedibus digitos quatuor, vulgari modo. *Caudam* longissimam nimirum novem digitos longam, decem circiter pennis constantem, quarum quædam inferiores sunt breviores superioribus. Totum caput, collum, dorsum, alæ, & cauda pennas habent brunnas seu fuligineas, quæ in cauda paulo saturiores sunt reliquis. *Extremitas* cujuslibet pennæ caudæ semidigitum longa, alba est, & inter album & ruffum nigro umbrata. *Guttur*, pectus, & infimus venter ac superiora crura cinereis pennis

vestiuntur. In capite longiusculas habet pennas, quas instar duorum cornuum potest surrigere. *Elegans* avis ob longitudinem caudæ.

GUIRA ACANGATARA Brasiliensibus. *Avis* picæ variæ magnitudine. *Rostrum* habet digitum longum, cujus superior pars paulum adunca, totum autem obscure flavescit. *Oculos* crystallinos, circulo fusco. *Collum* duos digitos longum. *Corpus* tres. *Cauda* longissima, nimirum octo digitos, constans octo pennis rectis. *Crura* superiora pennis vestita, & sesquidigitum longa, ut & inferiora. In pedibus digiti quatuor, more psittacorum, & quidem versus interiora sunt duo breviores, versus exteriora duo longiores in quolibet pede. Totum *caput* pennis vestitur, quæ in medio secundum longitudinem (proxime scapum) fusca, in lateribus flavescens, ut crista. *Collum* & alæ è contrario pennas habent in medio flavescens, & ad latera fuscas. *Extremitas* alarum fere plane fuscescit. Totum *venter*, dorsum, (exceptis alis) crura superiora, & exortus alarum, ad trium & semis digitorum longitudinem pennis constant ex albo pallide flavescens, reliquum caudæ fuscescit, extremitas autem albas oras habet. *Crura* inferiora, & pedes thalassini sunt coloris. In capite longiores pennæ in cristam eriguntur. *Ingentem* in sylvis excitat clamorem.

CAPUT XV.

Matuitui. Aracari. Anbinha. Ipecati apoa. Pullus gallinaceus. Innominata tres.

MATUITUI Brasiliensibus, *Avis* sturni magnitudine. *Brevi* collo, pectore forti, cruribus brevibus, cauda duos & semis digitos longa. *Rostrum* habet rectum, forte, cujus superior pars paulum prominet acumine inclinato, cinnabarii coloris. Totum *caput*, collum superius, dorsum, alæ, & cauda constat pennis fuscis pallide flavo maculatis; apparentibus partim punctulatis, ut in Niso. Sub gutture flavas habet pennas. *Pectus* & *venter* albis vestiuntur, quæ fusco sunt punctulata. *Crura* obscure cinerescunt.

ARACARI Brasiliensibus: *Avis* magnitudine picæ Martiæ. *Rostrum* habet quatuor digitos longum, sesqui latum, seu altum, tres & semis crassum, ubi crassissimum, paulum deorsum incurvatum, instar gladii Turcici, & in extremitate acutum, instar psittacini; estque superior pars paulo longior inferiori. *Rostrum* superius & inferius plus mediam partem ab extremitate numerando serratum dentibus: superior pars rostri major inferiore; est autem rostrum canum, levissimum, levius spongia,

gia, superius album, linea in summitate crassa nigra secundum longitudinem distinctum: Inferior tota est nigra; totum inferitur in caput triangulatum, & ubi inferio est linea triangulata alba. circumscriptum. *Linguam* habet quatuor digitos longam levissimam, aspectu plane pennam referentem, aut etiam plumata est & nigra, (si pennam habere lingua dici possit.) *Caput* non ita magnum habet, latum, compressum. *Oculos* magnos, pupilla nigra, circulo flavo, reliquas extremitates nigras. *Collum* haud longius Psittacino. *Corpus* à colli exortu ad caudam usque quinque circiter digitos longum. *Cauda* instar picæ latiuscula, & sex digitos, vel paulo plus longa. *Crura* & pedes nigricantes ex viridi, Psittacorum similes, duos digitos habent antè, quorum unus longior altero, duos retro, itidem inæqualis longitudinis; unguis incurvatus, fusci, seu nigri. *Crurum superiorum* longitudo duorum digitorum, inferiorem sequi. Totum caput & collum usque ad initium pectoris nigras habet plumas, & ubi desinunt, circulariter finiuntur. *Pectus* vero & infimus venter totus eleganter flavis vestiuntur pennis, cum pavonino mixtis: Per Pectus autem transversim linea digitum lata sanguinei coloris ducta est ab uno latere usque ad alterum. Totum dorsum, alæ, cauda, & crura superiora vestiuntur pennis ex nigro viridicantibus, uti in nostratibus piscis color esse solet. Extremitas dorsum ante initium caudæ etiam sanguinei coloris, plus uno imperiali in circumferentia. *Alæ* desinunt ad exortum caudæ, & interiorius è cinereo sunt subfusci coloris. *Rostrum* interiorius est nigrum. Avis hæc quasi suum nomen profert, clamando acuto sono, sed non admodum clangoso *Aracari*.

ANHINGA Brasiliensibus, Tupinambus Mergi aquatici species elegans, *corpus*, excepto collo, anatis domesticæ Europææ habet magnitudine. *Rostrum* rectum, haud crassum, acutissimum, tres digitos longum, & per rostri medietatem anteriorem tam superius, quam inferius duplicem ordinem acutissimorum hamulorum retro verforum. *Caput* parvum, longiusculum, serpentinum æmulum, paulo plus sesquidigitum longum. *Ocellos* nigros, circulo aureo. *Collum* tenue, teres, pedem longum, corpus autem tantum septem digitos, crura breviora, superiora duos digitos longa, pennata, inferiora vix sesquidigitum; quatuor digitos, tres antè versus, membranis junctos more anatum, aut corvi aquatici, quartus digitus brevior ad latus inferius extenditur, itidem membrana reliquis connexus; unguibus lunatis omnes acutissimis. *Caudam* latam, decem digitos longam, duodecim pennis constantem, alæ circa medietatem caudæ desinunt.

Rostrum gryseum est, & post exortum paulum flavescit. Caput totum & collum plumis subtilissimis tegitur ad tactum holosericum referentibus; Coloris in capite & collo superius ex gryseo subflavescentis; sub gutture, in collo inferius grysei coloris, ut pelles illæ (*Berchfelle* vocant) ex quibus mitræ fiunt muliebres, & ad tactum, & ad spectum illius pellis pilos refert. Totum pectus, & infimus venter, & crura superiora plumis mollibus vestiuntur coloris argentei. Initium dorsum pennis fuscis, sed quarum quælibet in sui medio maculam habet oblongam ex albo pallide flavam, ita ut punctulatum appareat: reliquum dorsum nigras habet pennas. *Alæ* obtinet longas, quarum initium totum ejusmodi brevibus pennis tegitur, uti initium dorsum, sequitur ordo mediam partem, id est, uno latere canarum, altero nigrarum: Remiges autem nigræ sunt. *Cauda* nigris splendentibus pennis constat, quarum extremitas grysea. *Crura* & pedes ex obscure flavescente grysei sunt coloris. Solertissima in capiendis piscibus: nam, more serpentum, contracto prius collo, ejaculatur rostrum in pisces, ac unguibus eos præhendit. *Carnem* illius comedit, sed haud melior est, quam caro Lari.

IPECATI APOA Brasiliensibus: *Pata* Lusitanis, id est, Anser, nobis Anas silvestris magnitudine anseris, octo vel novem mensium, figura plane ut nostrates anates. *Venter* & interior pars caudæ, collum totum cum capite pennas habet albas, dorsum usque ad collum, alæ, summitas capitis nigras, cui viriditas mixta, ut in nostratarum anatum collis. In collo & ventre albis pennis nigræ passim sunt insparæ. In his differt à nostratibus; quod sit *prima* major: *secundo* rostrum anatum quidem, sed nigrum, & in extremitate aduncum. Tertio super rostrum cristam gerit carneam, crassam, latam & rotundam fere, nigram, albis maculis insignitam. *Crista* altitudo eadem; inter cristam & rostrum (in summitate nimirum rostri) foramen transversum magnitudine pisi est, ab utroque latere conspicuum, quod narium vice fungitur. Quarto pedum & crurum color non ruber, sed è cinereo fuscus. *Carnem* multam & bonam habet, nam sæpissime comedit. *Reperitur* passim ad fluvios.

Alium habui per omnia similem priori, excepto, quod longiores illæ pennæ in alis, insigni brunno splendebant colore, puto marem hunc esse, alteram fœminam.

ANNOTATIO. Gesnerus pene similem dedit iconem sub nomine Anatis Indicæ, cujus picturam se à Cardano accepisse memorat. Sed color pennarum non nihil differt ab Auctoris nostri descriptione.

PULLUS gallinaceus muntrosus, magnitudine pulli recens exclusi. *Caput* habebat

bebat anaticum, superius tamen magis in acumen desinens, *rostrum* anaticum, latum, cujus superior extremitas deorsum inflexa. *Ocellos* parvos, collum breve; *alas* parvulas juxta priora *crura* positas: quatuor *crura* gallinacea, carebat pectore, quippe eo loco, quo pectus esse debebat duo *crura* habens, quodlibet superius tres quadrantes *digiti* longum, inferius quadrantem; & in singulis quatuor *digitos* gallinaceos. Posteriora duo *crura* ejusdem figuræ & longitudinis cum anterioribus mire posita erant, sinistrum quidem more naturali, dextrum vero in exortu suo sinistro erat adnatum, & quasi fursum vergebat, eo modo quasi duo sinistra *crura* fuissent, & unum dextrum loco sinistri in exortu fuisset adglutinatum: atque ideo urypigio carebat, quia nullum intervalum inter *crura* hæc posteriora, & *caudæ* loco ipsi sinistro *cruri* exterius longiusculi *pili* canescentes erant adnati. *Pedes* habebat gallinaceos, & *digitos* eodem modo dispositos: sed quilibet pes totus inverso ordine positus erat, ita, ut inferior pars esset superior, & superior inferior, unguiculi que etiam fursum non deorsum vergebant. Totum *caput*, collum, venter, *alæ*, dorsum, & superiora *crura* non vestiebantur pennis, sed *pilis* nigris semidigitum longis, qui sub ventre & gutture paululum canescebant. In summa, plane monstrosus pullus. *Crura* inferiora & *pedes* fusci coloris, uti & *rostrum*, vitalia viscera habebat gallinacea, sed inordinate disposita. *Cor magnum*. Vivebat excluderetur.

Avis (cui *Auctor* nomen non adscripsit) magnitudine *Alaudæ*, figura *Matuituy*. *Rostellum* habet rectum, nigrum: *Oculos* nigros; *crura* communia fusca: *Caudam* latiusculam, & alias longiorem. Totum *Caput* superius, collum superius, dorsum, *alæ*, & *cauda*, rufescentis sunt coloris, ex rubro, umbra & albo mixti. *Guttur*, collum inferius, & infimus venter albi sunt coloris. Per *oculum* utrumque à *rostro* transversim maculam habet oblongam fuscam. Clamat *Gip*, *Gip*, ut junior gallo-pavus fere.

Avis (cujus nomen *Auctor* non prodit) magnitudine *Patæ*, & ejusdem figuræ. *Rostro* nigro, crassiusculo; *capite* nigro, *pectore* & ventre cano; dorso, *alis* & *cauda* fuscescentibus, *cruribus* fuscis. Clamat *Zip*, *Zip*, ut *Passer*.

Avis (quam *Auctor* non nominat, sed tantum admonet esse speciem *Curucui*, de qua cap. 12.) magnitudine *Picæ* fere. *Rostrum* habet breve, crassiusculum, paulum deorsum incurvatum, gryseum seu cinereum: *Oculos* nigros, circulo croceo; *Caput*, collum, dorsum superius, & *cauda* superius coloris nigri cum viridi cœruleo persplendente, ut in chalybe polito: *Alæ* fuscæ; Totum pectus & infimus venter egregii coloris miniati:

Cauda inferius albas habet pennas, transversim nigro ordine undatas. *Crura* breviora, fusca sunt; *digitis* quatuor, more *Psittacorum* dispositis. Reperitur hic & alia *ARDEA* species: tota alba, *rostro* croceo, recto, acuto: *Oculis* nigris, circulo aureo, *cruribus* & *pedibus* nigris. *Rostrum* habet quinque *digitos* longum, *collum* longissimum, nimirum quinque *digitos* supra *pedem*. *Corpus* septem *digitos* longum, *caudam* quinque, cum qua *alæ* desinunt. *Crura* superiora octo *digitos* longa, & ex parte *pennis* vestita, inferiora sex *digitos*. *Digiti* *pedum* communi modo se habent, quorum medius anteriorum quatuor *digitos* longus, reliqui breviores, omnes unguibus lunatis præditi nigris.

DE

A V I B U S AQUATICIS BRASILIANIS.

Inter *Aves* marinas quæ in *Brasilia* reperiantur, septem sunt notatu digniores.

Prima est *QUIRATINGA* grui magnitudine par, plumis candidis, *rostro* prolixo atque acuto, crocei coloris; *cruribus* oblongis è rubro subflavis. *Collum* ipsius vestitur plumulis tam subtilibus & elegantibus, ut cum *struthionum* plumis certent.

Altera est *CARIPIRA*, quæ quod in binas partes bifurcatam *caudam* distinguat, interdum explicans interdum contrahens, *artoria* forcipis instar, *Raboforcado* ab *Hispanis* dicitur. Reperitur passim in utraque *India*. *Plumas* ejus quod longo tempore durent, sagittis suis adhibent *Barbari*. *Ximenes* *adipem* ad *cicatrices* faciei delendas, & *arthritidis* dolores sopiendos, singulare esse remedium narrat. Et sibi donati *alarum* remigium ita ut volant distentum, amplius quam mortalis ullus distentum utroque *brachii* possit complecti, occupasse *spacium*, addit. Non facile capitur, nisi forte in deserta aliqua *insula*, in qua pullos excludit.

Tertia *CALCAMAR* columbæ est magnitudine sed volandi nescia. In fluctibus ova ponit & excludit; quos etiam *alarum* atque *pedum* remigio fecat per velociter. *Malacia* & *pluviis* imminentibus tanto numero *naves* circumfluitant, ut à *nautis* fastidiantur.

Quartam *AYAYAM* nominant, *picæ* magnitudine, longo *rostro* cochlearis instar, plumis candidis rubris maculis eleganter suffusis, singulari in *piscibus* capiendis industria.

CARACURA est quinta, exili corpore, subcinerei coloris, pulchris *oculis*, *iride* eleganter rubente, ita *vocalis*, ut majoris longe molis quis opinaretur. Ante solis

Nie-
remb. H.
Exot. l.
10. c. 38.
De Lact.
Ind. Oc-
cid. l. 15.
cap. 13.

Phanix



Pelicanus



Harpjca



Gryphus Greiff





lis forte ortum & sub occasum auditur, certo, ut volunt, serenitatis futuræ indicio.

Sexta est GUARA, pice magnitudine, oblongo rostro, & anteriore parte recurvo, longis pedibus. Primum exclusa nigricat, deinde evadit cinerea; ubi autem volare incipit egregie candicat, sensim autem rubescit, donec ætate plumæ illius colorem induunt purpuræ æmulum, quem ad senectam usque retinent. Victitant piscibus, carnibus, & aliis eduliis semper aqua temperatis. Pariunt quoque subtectis. Gregatim volant, & soli expositæ pulcherrimum præbent spectaculum. Ex plumis diademata & alia ornamenta à barbaris conficiuntur.

Ultima est GUIRATEONTEON quasi dicas avem sapius morientem & rursus resurgentem. Epilepsiæ enim obnoxia est admodum; alioquin candidis & pulcherrimis plumis vestita.

A P P E N D I X.

De Avibus Fabulosis.

C A P U T I.

De Gryphibus & Harpiis.

PLacet & de Fabulosis aliquid adnectere, ne & in hisce quicquam nobis desideretur. Præcedat Gryps sue GRYPHUS, cujus nomine major forte Aquila, ut sane in Oriente & Septentrione majora nostris animalia gigni experientia compertum est, venire potest. Ejus formam si spectes, fingitur esse quadrupes, antica parte, seu capite; alis, rostro, & pedibus aquilam referens; postica leonem. *Magnitudinem* alii Leonis, alii lupi tribuunt. Mandevillius octies Leone majorem reliquit. Dorsum pennis integitur nigris, anterior pars rubris, alæ candidis. Montes *Riphaeos* seu Hyperboreos, haud procul ab ipso Aquilonis exortu incolunt; sed & apud Indos & Bactrianos inveniuntur.

Nidos ex auro quod effodere construunt, & ova duo Aquilinis majora duriora, calidiora & sicciora, ponunt. *Volatum* avium par viarum ipsis Philostratus tribuit. Non enim pennatæ, inquit, sunt, sed rubra pellicula alarum costæ tanquam digiti connectuntur. Dicuntur aurum in Scythia Asiatica custodire, ideo inter ipsos & Arimafpos internecinum vigere odium. Tractat de eo Ælianus, & quomodo aurum illud auferant incolæ describit, sed & equis peculiariter infestos esse rumor est. Videtur huc M. Pauli Veneri avis RUC dicta pertinere, aquilæ effigie, sed magnitudine immensa. Visitur certis anni temporibus in insulis ultra Madagascar sitis, tanti roboris ut sola, sine aliquo adminiculo ele-

phantem capiat, & in sublime raptum rursus ad terram labi sinat, quo carnibus ejus vescatur. Plæræque alarum pennæ passus XII. sunt longæ, ea crassitie, quæ longitudinis mensuræ conveniat. Fides sit penes Authorem. Navigationes & præteriti & hujus seculi, omnino de tali ave tacent.

HARPYIS nomen à rapacitate inditum. Ex Electoo Oceani filia genitas Herfiodus prodit. Ponti & Terræ filia aliis dicuntur. Tres fuisse Virgilius dicit, Ocypten, Aëllon, & Celano. Hyginus Alopen Acheloën & Ocypten appellavit; Homerus quartam nomine, Thyellam addidisse creditur. De forma sic Virgilius.

Virginei volucrum vultus, sædissima ventris Proluvies, uncaque manus, & pallida semper Ora fame, &c.

Collocantur in Strophalidibus insulis. Apollonius fugatas conjecisse in specie, qui in Creta sub Arginunte visebantur, tradit. De ipsarum rapacitate, ingluvie, & fœditate vide Valerium Flaccum, Virgilium, & alios.

C A P U T II.

De Stymphalidibus, Sirenibus & Se-leucidibus avibus.

S*tympthalidibus*, à Stymphala palude nomen datum est. *Magnitudine* grues æquant. Ibis cætera sunt simillimæ, rostra tamen, ejusdem nempe duritiei, ut hominum scuta perforare, firmiora habent, & non ut Ibes obliqua. Plinius eas cirrhatas facere videtur. Marinas eas Isidorus facit. Apollonius circa Aretiadem insulam collocat. Timagenes & Pisander in Scythiam avolasse tradit. Pausanias Arabiæ quoque deserta incoluisse ait. *Vescebantur* humana carne. Hercules eas ex Stymphalide palude abegit, seu crepitaculi arei sonitu, sed quod multas sagittis confecisset.

SIRENES qua forma fuerint, non convenit inter Authores. Alii eas superiori parte virginis formam intulisse, inferiore in piscis caudam desuisse: alii infera aviciam speciem habuisse fabulantur. Nonnulli in superioribus speciem passerum, in inferioribus mulierum eis tribuunt. Boccatus pedes gallinacos assignat. Eustathius vero à Venere, quod virgineam sibi delegissent vitam, in aves transformatas tradit. Bina sunt quibusdam, *Aglaopheme* nempe & *Thelxiepeja*: tres alias *Parthenope*, *Leucosia*, & *Ligia*. Sunt qui quatuor & quinque fuisse fingunt. Sed nec de eorum ortu eadem traduntur. Quidam è sanguine è cornu Acheloi destillante natas volant. Nonnulli ex congressu ejus cum Musarum aliqua, de Venere superius diximus. *Habitavere* primum juxta Pelorum Siciliae promontorium, postea in Capreis. Plinius Surrentum

In Theonid.

Virgilius lib. 3. Æneid.

Ovidius lib. 13. Metamorph.

Valer. lib. 4. Argonaut. Virg. l. 3. Æneid.

Pausan. in Arcad.

Plinius lib. 11. cap. 37. Ifid. lib. 12. Origin.

Ælian. lib. 17. de Anim. cap. 23.

Philostr. l. 3. de vita Apollonii. Ælian. l. 5. c. 27. Apuleii. lib. 11. Milesiac. Ælian. l. 4. c. 27. Barthol. Anglic. l. 19. c. 94. Philostr. l. 3. de vita Apollonii. Solin. cap. 25. Polyhist.

Ælian. l. 4. c. 27.

M. Paul. l. 3. c. 40.

tum Campaniæ oppidum, una cum promontorio Minervæ, earundem sedem fuisse scribit. Finguntur tam suavem harmoniam voce, tibiis, & lyraedidisse, ut & mare & ventos mulcerent. Cantu vero suo navigantes occidisse passim apud diversos Poetas legere est. Deorum cum Ulyssæ colloquio vide apud Ciceronem carmen.

Cicer. l. 5. de finib.

SELEUCIDES aves vocantur, quarum adventum Cassii montis incolæ, locustis fruges eorum vastantibus, à Jove precibus impetrant nec unde veniant, quove abeant, compertum, nunquam conspectæ, nisi cum præsidio earum indigetur. Voracitatem eis antiquitas tribuit. Ingestas locustas nullo negotio per alvum excernebant.

Plin. l. 10. c. 27.

CAPUT III.

De Phœnice, Cinnamomo & Semenda

Herodot. Hist. l. 2.

PHOENIX fabulosa est avis. Herodotus nonnisi pictum se vidisse testatur. Plinius unum in toto orbe, nec visum magnopere scribit. In ejus descriptione variant Authores. Herodotus non tantum ei Aquilæ magnitudinem tribuit, sed & toto etiam habitu eidem similem facit. Alii Pavone majorem scribunt. Herodoto pennæ rubore perfunduntur. Plinio vero & Solino circa collum auri fulgore micant. Cætera perpureus dicitur, cœruleam roseis maculam pennis distinguuntibus cristis, faciem, fauces caputque plumeo apice cohonestante. Idem Claudianus, Baptista Mantuanus & Lactantius produnt.

Plin. H. N. lib.

Tzet. l. 5. Hist. Chil. 6.

Locus. Amb. l. 5. Hexam. cap. 23. Plin. H. N. l. 10. cap. 2. Solin. Polyhist. Tacit. l. 14. Anim. Vetus.

Athênæ. lib. 14. Dipnos. Paris. Tacit. l. 14. Annual.

Locum ipsi quidam Arabiam assignant. alii Heliopoli civitate Ægypti primo visum reliquere. Quidam sub æquinoctiali ad Orientem & Meridiem reperiri scribunt. Claudianus, & Lactantius inaccessa loca habitare cecinerunt.

Nec de victu convenit. Plinius primum atque diligentissimum togatorum. Manilius de eo prodidisse author est, neminem extitisse, qui viderit vescentem, quidam rore victitare dixerant. Ovidius thuris lacrymis & succo amomi vivere scribit. De Nidificatione ejus & in parentem amore ita Tacitus: *Confecto annorum numero ubi mors propinquat; suis in terris struere nidum, eique vim genitalem adfundere, ex qua factum oriri, & primam adulto curam sepeliendi patris, neque id temere, sed sublato myrrhe pondere, tentatoque perlongum iter ubi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus, inque solis aram perferre atque adolere.* Idem Herodotus, ex quo ille desumisse videtur.

Ætas.

Annorum illorum numerus varie definitur. Maxime vulgatum quingentorum spacium, sunt qui asseverent mille quadringentos sexaginta unum interjici. Plinio sexcenti sexaginta placent; Philostrato sexcenti, Herodoto, Solino, Melæ quin-

genti quadraginta. Alberto trecenti quinquaginta; Chæremoni Ægyptio, sex supra septem mille. De terris quoque variatur. Jarchas Indus apud Philostratum prope Nilum assignat. Alii in Æthiopia, ut Chæremon Ægyptius, & Orus Apollo. Alii in Phœnicia, ut Lactantius.

Nido materia aromata, Cinnamonum, Cassia, thurisque furculi. Ubi illum conscendit, solaribus sese exponit radiis, alarumque continua ventilatione ignem excitare fingitur: sic se cremat. Ex cremato novum oriri pullum convenit inter omnes; quomodo vero id fiat, ambigitur. Plinius ceu vermiculum ex ossibus & medullis veteris Phœnicis primo pocreari, ex eo pullum nasci scribit. Philostratus nulla vel ossium vel medullarum mentione facta, ex cinere vermem, ex verme novam alitem generari nugatur. Oppianus ex cinere pullum exoriri refert. Orus ex effuso è patris vulnere, quod sponte sibi nimia ad terram allisione infligit, sanguine procreari affirmat. Sexum illi nullum attribuit antiquitas, sed inter vitæ remedia reposuit. Nam Plutarchus cerebrum ejus dulce esse tradit, nescio à quo gustatum; & Plinius inter prima à Magis ex cinere ejus nidoque medicinas proditas esse scribit. Heliogabalus in conviviis Phœnicem promittebat, aut M. auri libras pro eo.

Paris.

Plut. l. de laud. tuenda.

CINNAMOMUS seu Cinnamologus, avis hætenus nobis incognita est. Herodotus grandem esse dixit. Vicentius Belunensis passere aliquanto majorem, coloris partim flavi, partim cœrulei, rostri longi ad flavum vergentis scripsit.

Herodot. in Euterpe.

Locus ipsi ab Antiquis in Arabia assignatur. Dionysius Periegetes terram ignorari una cum Herodoto memorat. Albertus in Æthiopia eum locat.

Albertus l. 23. de Animal.

Nidum ponit seu in excelssimis arboribus, earumque ramis, seu in montium præruptis, illumque ex cinnamomi furculis exstructum. Aromate hoc cum potiri Arabes volunt, boum, asinorumque defunctorum membra minutatim concisa, juxta nidos ponunt, & absedunt. Frustra aves in nidos comportant, quibus sustinendis illi impares decidunt, & ab incolis colliguntur.

De SEMENDA non est quod dicam. Multa quidem sed parum verisimilia de illa Indica commentaria produnt. Caput ipsius, quod esse putabat, quod Aldrovandus in Musæo Ducis Florentini vidit, erat curvum, & valde crassum, colore in anteriore parte albicante, in posteriore purpureo obscuro, figura ovali. Rostrum habebat palmum longum, admodum acutum, intus quidem cavum, sed sine tribus illis fistulis, quibus musicam harmoniam à Semenda edi, quidam fabulati sunt.

Aldrov. Ornith. lib. 12. cap. 28.

D E

A V I B U S

Exoticis ad nostrates accedentibus.

I. De Aquilis.

Nierem.
Hist.
Exot. l.
10. c. 30.
& 31.

AD Aquilas pertinent *Itzquauhli* & *Tlacoquauhli* Indorum, nec non Leonis Africani *Ners*. Venu-
stum illud aquilæ ge-
nus, & insignito ca-
pite regium. Rostro
est ad radicem luteo,

deinde vero nigro, nigris unguibus, pedi-
bus pallidis, cruribus ventreque è nigro &
candido permixtis; collo fulvo, dorso &
cauda nigris ac fuscis, corona cristave ni-
gra. Magnitudinem circiter æquat vulga-
ris arietis, & vel ferocium audaciam ani-
malium, adeo ut homines etiam ipsos, post-
quam cicurata est, levi ex causa aggredia-
tur & involet: mitescit tamen, & aucupio
non minus ac reliqui accipitres, quorum
genus videtur, idonea est, atque inservi-
re solet. Avis digna quæ à Regis aucupi-
bus alatur ac circumferatur. Vilior est *tla-
coquauhli*, seu aquila virgæ: frigidas amat
plagas: asturis magnitudine, fusca & cine-
rea, rapax avicularum, murium, lacerta-
rum, colotorum, quibus vescitur. De *Nesir*
suo ita Leo Africanus: Avis est omnium
earum, quæ in Africa reperiuntur, maxi-
ma, grue procerior, crassiorque, prædita
rostro, collo & cruribus: adeo sublime vo-
lat, ut oculorum aciem effugiat, & conspe-
cto alicujus animalis cadavere, supra ter-
ram jacente, illico in illud irruat. Raro sola,
sed gregatim volare solet. Longæva est,
nam pleræque conspectæ sunt calvo & de-
plumi capite, tanquam vulsæ fuissent capi-
tis pennæ: inde colligere licet, prænimio
senio pennarum defluvium pati: ea de cau-
sa suos nidos veluti recenter natæ repe-
tunt, unde à suis pullis educantur. *Coronata*
in provincia Chiapæ habentur, ut apud
de Laet in Novo orbe habemus.

II. De Noctuis.

Nierem.
Hist.
Exot. l.
10. c. 39.
& 40.

EXoticum Oti genus *talebicuatli* vide-
tur. Cornuta avis est sive auriculata,
parva corpore, resima, rostro brevi, ni-
gra lumine, lutea erubescens iride, fusca &
cinerea plumis usque ad crura, atra & in-
curva unguibus. Cetera natura similis no-

strati Oto. Apud eosdem Americanos *Te-
coletl* genus est bubonis auriti, spectaculo
dignum, nigro & fusco colore variegatur
huic oculi magni & aurei.

III. De Struthio-Camelo.

Species quædam *Struthiocamelorum* in
Insula Maragnana invenitur. Proce-
ritate staturam humanam superant, & ma-
ximæ sunt velocitatis. Magis supra terram
feruntur quam volant. Barbari *yandeu* vo-
cant.

De Laet
Orbis
Novilib.
16. c. 14.

IV. De Psittacis.

Placet hic quædam de Psittacis ex *Her-
nando*, *Ximene*, *Clusio* & *Nieremberg*io
adjicere. Ille primus ita scribit, de *Tozne-
ne*: Psittacei id genus, viridi & luteo colore
micat, oculi rubeo, rostrum vero candenti
& nigro, fusco pede, sed in candidum in-
clinante. Propensius est, aptiusque ad ser-
mones humanos exprimendos cæteris, ac
frequentius apud Hispanos. Alterum ge-
nus *Cocho* vocant viridi colore, rubro &
candenti capite, ac minoris molis; quod
loquax est, nec admodum dissimile præce-
denti, etsi sono distet. Hos Psittacos vo-
cant Hispani catherinas. Tertium *Quilito-
ton*, tinctum virore, talandriæ vocatæ, aut
galeritæ non cristatæ magnitudine. Fron-
tem candida macula insignitum, rostro
candido & nigris pedibus. Humanas vo-
ces imitatur, & gregatim cum congeneri-
bus volat, cum reliqui compares tantum
reperiantur. Omnes vero in excelsis arbo-
ribus nidificant. Primum de quo diximus
genus, certas statasque arbores, quas nun-
quam deserat, eligit: quæ cum in hæres
transeant, dominis illarum haud sunt pa-
rum utiles. Sunt & quas Haitini *Quaca-
mayas* vocant, Mexicanes vero *Alo*. Totæ
rubeæ, præter humeros & caudam, quæ
cyanea sunt, & gallinæ corticalis nostræ circi-
ter magnitudine, rostro magno candenti
& resimo, pedibus nigris, ac carne similiter
nigra, ex quibus nonnullæ offenduntur,
quæ sermonem humanum doctæ æmulen-
tur, rustice tamen & incondite: filiosque
suos more aliarum avium domesticarum
educunt in domibus subialuntur. Offendas
& alios virore diluto tinctos, nigrante rostro
pedibusque, humeris & cauda virore tinctis

exaturato, nec præfatis minores. Vivunt hi juxta montium cacumina, excelsasque pinus. Acclamant vehementer, volantque bini. Sunt & montani incondita forma, qui non cicurantur aut aluntur domi. Nullius eorum caro est edulis, nam & atra est, & gustus injucundi. Omnibus est commune, utramque maxillam movere, quod nulli aliorum contingit animalium. Sunt & alia genera, de quibus alii Auctores latius.

Ximenes sic habet de Hispaniola loquens. Innumeri sunt Psittaci virides cum purpureis maculis, quorum *tria* in hac insula genera, *majores, mediocres, minimi*. *Majores* ab Indis vocantur Higuaræ. Hi in eo distant ab aliis reliquarum insularum, quod maculam albam supra rostrum gestent, non viridem aut rufam. Valde locutuleiæ sunt hæ higuaræ, si humanos doceantur sermones. *Minores* vocantur *xaxavis*, & viridiores sunt, à paucisque interstinguuntur miniatis plumis. Hi inquieti & turbulenti, mordaciores, iracundiores, & garruli, licet rudes humanis loqui vocibus, quas nunquam discunt. Decem ex his invadunt & fugant centum higuararum. Nulla inter hos pax. Diversis gregibus pervolant quacunquē pervadant, garrunt. Higuaræ integriorem & corpulentiorē edunt sonum, *xaxavis* acutiorem & tenuiorem: & licet ignari humanis vocibus loqui, placent tamen in caulis assiduo garritu & inquietudine. *Tertia species minimorum* est, nec excedunt passerēs mole, viridesque sunt. Hi silent, & pacatiorēs sunt: viror dumtaxat in illis placet.

Clusii Historia hæc est. Inter Neotericos autem, nemo mea opinione exactius & diligentius de hoc avium genere commentatus est quam Ulysses Aldrovandus Bononiensis, qui totum librum 40. Tomi primi Ornithologiæ suæ ei dicavit: Ille enim Philosophica methodo tradidit quicquid ad Psittacorum historiam pertinere potest, & quatuordecim diversas eorum species describit, tredecim vero icones exhibet, quarum duo priores maximæ sunt, & corvum magnitudine superant; tertia & quarta columbæ sunt magnitudine; quinta, sexta, septima, octava, nona, & decima mediocres sunt magnitudinis, caudamque brevem habent, saltem non adeo longam, ut tres subsequentes, quæ longiore cauda sunt præditæ: decima quarta brevem etiam habet caudam. Priorem illam elegantem, quæ Pectoris & ventris pennas flavas habet, tum & eas quæ alas dorsumque tegunt, tum etiam eas quæ in cauda cœruleas, non semel videre memini, & iconem habeo vivis coloribus expressam, atque illam ipsam esse arbitror, quam Joannes Lerijs cap. XI. Historiæ suæ Americanæ, Canide à Brasilianis appellari scribit. Alteram

speciem etiam videre memini in arce Cæsaris Ebers dorfiana ad Danubium sita infra Viennam, tum etiam Lugduni Batavorum apud Sionem Lucium Danistam binas aves ejus generis, quas postea Magno Duci Moscovitarum dono mittebat. Reliquæ vero species, (præter tertiam quæ illi alba cristata est, & decimam quartam, quæ erythrochloros, etiamque cristata) mihi etiam conspectæ, dum plerumque aliæ ab ipso non descriptæ, tam breviorē cauda præditæ, & majuscula corporis mole, quam minoris generis, quæ longiores caudæ pennas habent, & collum velut torque rubro atque atro ornatum. Humana verba exacte exprimere solitæ: quibus similem unam habuit nobilissimus vir Philippus Marnixius Sanct-Aldegondius, quam sæpe cacchinum humano more extollere audivi, cum ab adstantibus Gallico sermone compellaretur hoc modo. Riez perroquet, riez; id est: Ride psittace, ride. Sed quod magis mirum, Gallico sermone etiam subiciebat illico, tanquam ratione prædita, haud dubitate tamen ita edocta. O le grand sot qui me fait rire, hoc est, O magnum fatuum, qui me ad ridendum provocat. Illaque verba iterum ac tertio repetere solebat. Sed inter reliquas unam, psittacis primæ speciei magnitudine æqualem, apud Illustrissimam Dominam Mariam de Brimen, Ducem Croyam & Areschotensem felicissimæ memoriæ, priusquam ex Hollandia excederet, cui sane parem in coloris pennarum varietate & elegantia videre non memini. Etenim licet omnes fere pennæ corpus tegentes rubro colore essent infectæ, caudæ tamen pennæ, quæ valde prolixæ, partim rubræ erant, partim cœuleæ; at quæ in dorso & alis versicolores ex flavo, rubro & viridi, quibus cœruleus color etiam permixtus. Caput circum oculos albi coloris erat, sinuosisque lineis nigris, quemadmodum caudæ caput, distinctum erat. Psittacum, qui similis esset, apud nullum Auctorem descriptum memini. Ea porro avis Annam Illustrissimæ Ducis neptem, nunc Comitem Mergensem & Dominam de Grosbeteë, adeo diligebat, ut quocunque per conclave spatia retur, illam subsequeretur, nec quemquam vestem ejus attingere conspiceret, quin morsu illum appeteret, ita zelotypia quadam laborare videbatur. Ceterum psittacus ille majoris generis, quem Lerijs capite supra memorato à Brasilianis *Arat* vocari scribit, valde elegans etiam esse debet: nam alarum remiges pennas, & caudæ, quæ sesquipedalis longitudinis, media ex parte coccinei coloris esse refert, altera profus elegantis cyanei tubo seu nervo, qui medias pennas per longitudinem secat, diversos illos colores distinguente, reliquas vero

vero totius corporis pennas prorsus cœruleo colore tinctas esse. Addit utrumque genus illud majorum psittacorum. Arat videlicet & Canide, magna esse in æstimatione apud Brasilianos, quia illorum pennas ter quaterve in anno vellunt, ad vestem, pileos, clypeos & aulæa conficiendum, tametsi domesticum non sit, quia tamen in vastis arboribus medios vicos occupantibus frequentius versari solet quam in silvis. Præter binos illos ingentes, idem Leriis tria aut quatuor Psittacorum genera apud Brasilianos inveniri ait: *Primum* videlicet etiam majusculorum, & crassiore corporis mole præditorum cui *Aicourous* nomen induit Brasiliani Tououpinamboutii, caput ornatum habens versicoloribus, flavo, rubro, & violaceo extremis alis sua verubentibus, & caudæ pennis oblongis & flavis, reliquo corpore prorsus viridi: hoc genus rarissime ad externos transferri, nulum tamen facilius & perfectius edoceri ad humana verba pronuntianda, quam istud. Addit etiam, Brasilianam quandam mulierem in pago, binis milliaribus ab Insula in qua ipse cum aliis Gallis habitabat, distante, similem psittacum in deliciis habuisse, qui eo intellectu & ratione præditus videbatur, ut comprehendere & discernere posset, quidquid ipsa diceret quæ illum educaverat. Nam cum, inquit, animi recreandi gratia, in illum pagum profecti, ante illius mulieris ædes interdum, transiremus, compellere nos ipsa solebat his verbis: Vultis mihi pectinem dare vel speculum, & illico efficiam ut meus psittacus coram vobis cantet & saltet? Si ejus petitioni annuebamus, simul ac quedam verba avi pronunciaverat, psittacus non modo in pertica, cui insidebat, saltare incipiebat, sed etiam garrere, sibilos edere, & Brasiliorum ad pugnam sese parantium vociferationes imitari. Breviter, quando in ejus heræ mentem veniebat ut diceret, Canem, canebat; Salta, saltabat; sin vero ægre ferens, se quod petierat non impetrasse, paullo acerbius avi diceret, Auge, hoc est. Sile, immobilis silebat, nec ulla ratione cum ad linguam aut pedes movendum excitare poteramus. *Secundum genus Margarinas* à Brasilianis appellatur, quale est eorum psittacorum, qui in Europam inferri solent, nec magni apud illos pretii, propter abundantiam non vero minus illic frequentes sunt, quam apud nos columbæ. *Psittaci tertii generis*, ab ipsis *Touis*, appellati, majores non sunt sturno, & universum corpus tectum habent pennis impense virentibus, caudæ vero pennæ, quæ valde longæ, flavum colorem admixtum habent. Illud etiam addebat se observasse, psittacos illius regionis nidos ex arborum ramis propendentes non construere, ut topographi-

cis suis tabellis quidam persuadere conantur: at in arborum cavis, eosque orbiculari forma, satisque duros ac firmos. Ceterum cum sub extremum annum Christi millesimum quingentesimum sexagesimum quartum esse Olyssipone apud Sebaldum Linsium Germanum Ulmensem, memini filium ipsius Eodericum ex Fernambuco Brasilianorum, ubi commorabatur, eo appellere & navem mercibus onustam advehere, in qua etiam aliquod mancipia, & nonnulli psittaci quartæ speciei ab Aldrovando descriptæ, atque alii etiam minores, sturni magnitudinem non excedentes, prorsus viridis coloris pennis tecti, sed omnes brevi cauda præditi, & albo rostro: idque genus valde frugibus noxium referabat. Eos in itinere maizi granis alueret, cujus multas spicas cum adhuc habere observabam. In *secunda navigationem*, quam Batavi in Indiam instituerunt Orientalem, in Java vicinisque quibusdam Insulis psittacos observabant longe illis elegantiores, quos è Brasilia advehere solent, eosque à Lusitanis, qui in Java & Moluccis versabantur, noyras appellari intelligebant: & illos quidem corporis mola non valde magnos, sed adeo elegantis coloris, ut venustiores depingi non posse existimarent. Pectus enim & ventrem pennæ rubri coloris floridi splendentisque tegebant, dorsum aurei coloris pennæ, alas vero viridis & cærulei commixtorum colorum pennæ ornabant, sub alis suave rubens color splendebat. Valde autem ingens erat istic illarum avium pretium, ut non minoris æstimarentur, quam octo aut decem thaleris Germanicis. Linscotius scribit, Lusitanos sæpius periculum fecisse, an Olyssiponem transferre vivum aliquem possent, sed nunquam voti compotes factos fuisse, quod nimis tenelli & delicatuli sint: Batavi tamen eam Industriam adhibuerunt, ut unum vivum Amsteldamum usque retulerint, qui tametsi non esset è selectissimis, centum tamen & septuaginta florenis ejus Provinciæ, hoc est, paulo plurius quam septuaginta thaleris venundari potuit, quemadmodum in diario illius navigationis adnotatum comperio. Is in itinere pleraque verba Hollandica, quæ à nautis audiverat, pronunciare didicerat, adeoque cicurem ipsum ejus herus reddiderat, ut rostrum in os & aures ejus insereret sine noxa, pilosque barbæ ipsius componeret; at si quis alius manum admovere vellet, illico morsu illam appetebat, haud secus quam canis quispiam. Anno porro Christi quinto supra millesimum & sexcentessimum mittebat mihi Jacobus Plateau psittaci cujusdam iconem vivis coloribus expressam, cui cum similem hæctenus non viderim, neque apud quempiam adscriptum

ptum meminerim, in hoc Auctario ad Exoticorum historiam typis jam expressam adjunctam volui. Eum autem se plus quam biennio aluisse scribebat, columbæque esse magnitudine: caput illud habere pæne instar accipitris, ejuscemodi nempe coloris pennis tectum, ardentibus oculos. Collum & pectus versicolores pennæ obsidebant: quas, cum irascebatur, aut molestiam aliquis ipsi crearet, admoto ad caveam, qua conclusus erat, aliquo animali, surrigebat, ut cristatus quodammodo videretur. Erant autem illæ rubescentis coloris, & extrema parte cœrulei elegantissimi. Ventris pennæ similis fere erant coloris, fusco tamen insuper suffusæ colore. Dorsum pennæ virides & alarum remiges pennæ sub cœruleæ: cauda frequentibus pennis viridibus, sed non longis constabat. Prætermittere nequivi, quin psittaci pusillum, genus ex Ethiopia locisque Manicongo vicinis, proximis his annis à Batavis nauticis alatum, simul & marisiconem, (fœmina vero multo est elegantior, utriusque enim sexus allatus) Lectoris oculis proponerem. Corpusculi moles fringillæ magnitudinem æquabat, hoc est, duarum unciarum cum semisse longitudinem habebat ab infimo collo ad uropygium usque. Omnes pennulæ corpusculum tegentes viridis erant coloris, sed in quibus manifestum apparebat discrimen: nam quæ in dorso saturiores erant, quæ in ventre dilutiores. Remiges alarum pennæ trium unciarum longitudinem habebant: & tametsi prona parte, eo videlicet latere quo brevioribus villis erant præditæ, quoque sese invicem tegebant, viridi saturo colore essent tinctæ altero tamen, quod longiores villos habebat, & tota supina parte fusci erant. Caudæ pennæ elegantissimæ erant & pæne binas uncias longæ, paulo minus semiuncia latæ, colore ea parte, qua uropygio infixæ, viridi cum flavo permixto tinctæ, deinde rubro eleganti, demum nigro, postremo viridi: & tres isti postremi colores ab invicem distincti, veluti in quorundam psittacorum viridium, majore corporis mole præditorum, caudæ pennis videre est: istæ autem vix conspiciabantur, nisi cum caudam explicaret, quia ab aliis ejusdem longitudinis tegebantur, quæ prorsus virides. Collum breve & crassiusculum: plumulæ caput tegentes breves admodum & virides præter eas quæ verticem supra rostrum, quæque totum guttur tegebant; nam illæ rubrum, elegantem & floridum colorem habebant. De mare loquor, quia fœminæ pennulæ dilutius rubebant, neque tam amplum spatium occupabant, quam in mare. Oculi erant nigerrimi: rostrum crassum & firmum, superna pars adunca & mucronata, ut in reliquis psittacorum generibus

ejus color subrubens, crura breviter femuncie longitudinem vix æquabant, cineræque coloris squamis erant tecta, ut aliorum vulgarij psittacorum pedes, iique in quatuor digitos divisi, quorum bini anteriores & imparis longitudinis, bini posteriores & illi etiam impares, brevioribus quidem articulis duobus præditi, hi interni; longioribus autem tribus, & hi externi. Ungues albi & satis longi. Valde exilem habere vocem, & dumtaxat pipire observabam. Gaudet Consortio. Cum edebat, altero pede cibum non tenebat ut alij psittaci, sed rostro carptim cibum arripiebat. Cibus autem magna ex parte phalaridis semen: illo enim libentius vesci observabam, quam ullo alio seminis genere. Mihi autem quidam conspecti sunt adeo edocti, ut panem aqua tinctum carptim morsicando ederent. Potus est aqua. Illud præterea in hac avicula animadvertēbam, quod fœmellæ senescentes vix edere volebant, nisi cibum jam à mare carptum, & aliquamdiu in prolobo retentum, & quasi coctum suo rostro reciperent, ut columbarum pulli à matre ali solent.

Apud Nierembergium de Guacamayan hæc leges. *Guacamayan* genus psittaci est pulcherrimi, qui cum pueris ludit. Incompositæ formæ est, solo vestitu in pretio habetur, neque prætermittenda industria & mirificus instinctus hujus alitis. In Potosi quidam psittacus, quem lorum vocant, admirandi ingenii. Vocabat Indos occurrentes patriæ suæ nomine Colla, leuca, Huayru, Quechua, &c. quasi qui ipsorum mores & vestimenti ritus dignosceret. Dissimulatam Indam nobiliori natu & pæne Regio dignovit. Cum vidisset illam, dixit: Huayru, Huayru, Huayru. Ignobilior ista natio est, quam illa cujus generis se simularet fœmina. Finxerat se Pallam è Regia stirpe. Matrōna partim pudens, partim irata, sputo & maledicto avem affecit. Hispali etiam alius psittacus agnovit Medicum indignum nomine & arte, quem, quotiescunque occurrebat, convitiis variis proscindebat è fenestra, donec lite impetravit Medicus ne suspenderetur ibi. Alius Psittacus tabernarii vinarii solitus audire illum domi querentem vinum non vendi, quod acetum esset. Didicit hæc verba, atque ad januam suspensus garriebat repetito præconio, Acetum est. Acetum est, quod facile fuit e mentibus credere: donec herus madefaciens (aquam enim odio habent hæc aves) & castigans psittacum dictavit, Optimum merum, Optimum merum, quod psittacus sic animadversus didicit, & postea ad januam identidem publicabat, optimum merum esse. Multi psittacorum simplicissimi, ut ad crocitantem psittacum ex arbore, in

Nieremb.
Hist.
Exot. c.
63. & 46.

cujus

cujus ramis aucepslatet, multitudo ingens convolitet, capique facile patiantur: nil enim viso aucupe terrentur, sed ut laqueo trahantur ad collum coniecto expectant, nec aufugiunt uno captato, & in mantica, qua præcinctus est Venator ipsis cernentibus reposito. Psittaci faciem universim exprimit, quem quoque cantu ad amissim æmulatur *Noyra*, quæ ex Moluccanis Insulis in Indiam importatur, pennis tamen rubris crebrioribus vestita est. Illarum una viginti aut triginta pardavis in India vænit, quæ postquam cum psittacis & aspectus amcenitatem, & garritus jucunditatem communem habeant, hoc sibi peculiare quoque vendicant, quod educatorum suorum, aut alias quoque adstantium capita & barbas, ut & aures dentefque linguis suis blande defricent aut allingant, quas partes studiose quasi ad vivum emungunt, & emundant, adeo ut illarum alioribus ex his gesticulationis oblectationis emergat haud parum. Taceo, quod acutius attendenti coloris jucunda varietate psittacos haud leviter exsuperare videantur.

V. De Picis.

Nierem.
Hist.
Exot. lib.
10. cap.
48. 49.

PRæter enumeratas Picorum species dantur adhuc apud Americanos duo Pice nempe *Salutiferi* & *Imbrifeti*. Ille *Heuhqueholtotol*, seu avis capiti similis dicitur. Nobilis est à capitis dolore levando. Merula major est, rostro longo nigroque, sed inferna parte longe breviori, vertice ac pæne toto collo desuper rubeo, infernis partibus omnino cinereis; alis vero ac dorso nigris, sed albis transversisque lineis variatis. Degit Pavatlanicis agris provinciæ Totonacapæ. Pici species est arbores perforans, cujus capitis plumæ rubescentes applicatæ & conglutinatæ, capitis feruntur curare dolorem; sive in eam sententiam venerint, quod vertici avis adhæreant, sive id ita se habere experimento aliquoprehenderint. Hic *Quatotoni* audit, Upupæ magnitudine & fusco colore variatur. Rostrium, quo excavat arbores perforatque, tres digitos longum est, firmum & candens, & inferne brevius. Caput est parvum, ac rubris contactum plumis, crista quoque rubra insignitum, ac tres uncias longa, sed superna parte nigra. Alterutro colli latere fascia candida descendit ad usque circiter pectus. Crura pedesque livida sunt. Vivit non longe à mari Australi. *Nidificat* in arboribus excelsis: *vescitur* cicadis, tlaolli, & vermiculis: imbrium tempore educat, hoc est à mense Majo usque ad Septembrem: edulis tamen non est, nec alium (quod acceperim) præstat usum. Pici Martii datur in Nova Hispania species maxi-

ma. Cujus pulvis salutaris est hydropicis.

In Nova Galacia *Pica* sunt exiles, nec passeribus multo majores, sed tanto numero, ut integram segetem, ubi semel aristis incubuerint, prosternant atque conculcent, neque clamore aut aliis terriculamentis deterreantur. Est & *Pica Xochitmacatl* dicta columbæ magnitudine, rostro præ corporis mole maximo, superiori parte luteo, inferiori vero subnigro, & in purpureum colorem vergente, oculis nigris, sed iride rubescente ex luteo, ac reliquo corpore cœruleo cinereoque. Vivit circa litora Oceani Australis; piscibus, quos rapit, vesci solet. *Iconem* vide apud Nierembergium *Historiæ Exoticæ* pag. 209.

De Laet.
Ind. Oc-
cid. l. 6.
cap. 1.

VI. De Sturno.

AD Surnos videtur pertinere quæ *Pterophænicus Indiarum*, & *Acolchi* dicitur, de qua sic Nieremberg. Alarum insignis commendat acolchichi, seu avem humerorum rubeorum, impetravitque ab Hispanis honorificum nomen, qui aves commendadoras illas vocant, quod æmulentur Equitum militarium insignia. Simili rubore ad latus fulgentia. Surnorum, quos Hispani tordos vocamus, videatur species. Magnitudine, colore, & forma pares sunt, & cum eis ubicumque versantur, quanquam humeri primo fulvi appareant in rubrum vergentes, & cum atate processere, in fulvum omnino mutantur colorem. In caveas coniecti, voces reddunt humanas, & lepide garrunt. Quavis re oblata vescuntur, sed pane maxime atque Indico frumento. Calidis frigidisque eas aves reperies regionibus, ab Hispanis colonis rubeorum humerorum commendadozas, ut dixi, vocatos, sed numerosis agminibus sunt oppidanis admodum molesti, eosque audacter incurfant, præcipue regionibus fervidis & maritimis. Malum insuavemque præstant succum, & in arboribus non procul ab oppidis hominumque commercio nidificant, & fata, in quibus forte confedere, devastant atque depopulantur. Cantant luduntque, seu caveis includantur, seu libere per domos permittantur incedere.

Nierem.
Hist.
Exot. l.
10. c. 59.

VII. De Coturnicibus.

DE Coturnibus idem Nierembergii: Corturnices vocabat Nova Hispania *Colin*, quarum genera ex Francisco Hernando dabo. Nostratibus sunt similes, etsi ad perdicum species sint citra dubium referendæ. Multa genera apud Novos Hispanos reperiuntur nonnulla fusca & cristata, quæ *quauhtonecolim*

nuncupant, mediocris magnitudinis; alia fusca quoque, sed cristarum expertia, & paulo minora, alia omnium maxima fulvaque, sed capite albo & nigro, colore variato, extremis vero alis dorsoque candentibus, pedes vero ac rostrum nigra sunt. Hispanis, ut dixi, coturnicibus assimilantur. Omnia & bono & grato constant alimento, si tamen jugules duobus tribusve diebus, antequam assa apponantur mensis. Exhibetur earum caro etiam male habentibus: nec est apud Indos ulla alia post cohortales, quæ illi possit anteferri, aut alimenti salubritate aut gustu. Canunt nostratium instar, etsi aliæ aliis suavius. Caveis includuntur: vescuntur Indico nostrave frumento, & sunt quamplurimis hujus plagæ locis familiares. Alibi idem Auctor de *Coyolcozque* seu colli sonali inquit: species est colin, seu coturnicis Mexicanæ, inter quam plures alias, de quibus loquemur seorsim. Ergo coturnicibus vocatis à nostris similis hæc est, magnitudine, cantu, nutrimento, volatu & moribus. Sed diverso colore, qui superne est ex fulvo candidoque commixtus, inferne vero tantum fulvus, etsi verticem & collum nigrantes albæque plumæ occupent; & tæniæ ab utroque latere adeoque à collo ad utrumque collum efforment atque constituent. Oculi sunt atri, & fulva crura. Indigena avis est, campestribusque locis, velut & nostras, frequens, ac simili etiam alimento, quod ad illud perdicis Hispanicæ (est enim ejus species) proxime accedat. *Colcuicuiltic*, seu coturnicis simulacrum, coturnicis quoque nostræ species est, albis, nigris coccineisque variata plumis, & protractis desuper potius lineis quam circumscriptis maculis, subter vero potius maculis frequentibus, quam lineis, pedes cruraque cyanea sunt; sed cantu, magnitudine, moribus, cæterisque cunctis præcedenti omnino similis. Sturno est *Acolin* magnitudine par, cruribus pedibusque viridi pallecentibus, & in quatuor divisis prolixiores digitos. Rostrum est luteum, & longiusculum pro corporis proportione, tenueque & mucronatum, oculi nigri, iris fulva, caputque parvum. Inferna corporis candida sunt, lateribus fusco maculatis colore, superiora vero & cauda, quæ breviuscula est, fulva sunt, sed maculis nigricantibus distincta, & candidis lineis quasvis pennas circumambientibus, ejusdemque coloris punctis nonnunquam conspersis. Lacus incolit, piscosumque est, nec tamen admodum ingratum præstat alimentum. Vermiculis, muscis, & aliis parvis animalibus quæ volitant circa paludem, victitare solet. Indigena est Mexicani la-

cus. Caput mira colorum varietate micat; Quod medium atra linea secat, ac velut cineræ aliæ latera, maculæ vero parvæ & candentes canthos externos: collum petusque cinerea sunt, cætera è fulvo in viride potuis inclinant.

VIII. De Perdicibus.

Sunt in Peruvia Perdices quas à sono *Sutu* vocant. Duorum generum. Aliæ majores, quæ mole accedunt ad Gallinas, & tantum in solitudinibus reperiuntur. Aliæ minores quam Hispanienses, sed carne longe optima. Utræque sunt colore pardo, rostris & pedibus albis. Ibidem sunt aviculæ plumis rubicundis, quos Hispani ob similitudinem nominant *Lusciniæ*, quanquam cantus harum sit adeo ingratus, ut mali augurii olim dixerunt barbari.

De Laet. Ind. Occid. l. 10. cap. 5.

IX. De Turdis.

Genus Turdorum Chrappam incolit, quos vocant *Passeres fabros*. Nigri sunt, solam in pectore & capite rubri. Fructu quercino dumtaxat vescuntur. Rostrum perforant corticem pinnam, glandem singulis foraminibus aptissime accommodant, ut manu extrahi nequeat, sic omnem pinum ornatissime cingunt glandibus incis, Mox pedibus hærentes cortici, tendunt rostro glandem, & vorant. Alia sententia Gomaræ est de Passeribus, quos vocant Hispani *carpinteros*. In Dariene scribit nasci palmas, quarum truncus per extrema attenuatur: in medio nidificare quosdam passeres excavato rostris nidos. Hos passeres vocat ipse *Pitos*, & putat esse quos Plinius Picos dixit, Hispani Fabros. Addit ex Aliquorum sententia, vim recludendi nidos ferro impeditos non esse alicujus herbæ, sed ipsius pici, cujus tactu infringi metallum.

Nierem. Hist. Exot. l. 10. c. 57.

X. De Anatibus.

Genus est Anatis quam *Acitli* seu *aquatilem leporem* consueverunt vocare Mexicenses. Hæc cum descripta delineataque à quibusdam recentiorum eadem prorsus esset, nisi caput longe majori insigniretur crista, atraque, venter colore argenteo splenderet, & collum inferne niveo, superne vero è nigro vergente in fuscum. Lacubus innatat, ac juxta eos perpetuo versatur: nam neque volandi potis est, neque per terram commode incedendi; femoribus ita reliquo corpori connexis atque coalitis, ut natatui non incuissui queant inservire. Piscibus quos involat *vescitur*, indeque victitat. Prolem in juncetis atque arundinetis educat, nec anatum nostratium vulgarem vincit magni-

Nierem. Hist. Exot. l. 10. c. 35.

magnitudinem. *Masculus* aliquanto longior est, corpore, collo ac crista ampliori. Rostrum foeminae brevius est, nigrum & utrimque juxta oculos plumis fulvis tectum, cum mas candentibus tegatur. Hæc est avis illa, quam Indi fabulantur ventos evocare, ubi se peti ab aucupibus sentit, quibus flantibus turbatisque undis evertantur monoxyla, illamque insequentes submergantur, si quinque prius sagittis excussis arcu non contingat attingatque trucidari. In ejus dissectæ corde reperiri gemmam arbitrantur ad multa utilissimam, & maximo habitam in pretio, nec alii quam Deo consecrandam. Verum hæc nugæ sunt, & mendacia ab horum hominum profecta credulitate. Insuavi parumque salubri, velut & aliæ aves palustres, nutrimento constat, atque ideo à nullo sagacioris palati in cibos admittenda.

Est & apud Indos *genus quoddam anatis ferae* (hirundinem Hispani Indigenæ appellant) *tempalaboac* domesticæ magnitudine, quare idem usurpavit apud Indos nomen; rostro lato est & longo, undeque nigrante. Lingua alba, cruribus palmisque ex pallido rubescentibus, collo & capite viridibus purpureis, & nigro splendentibus colore, adeoque pavonino aut heliotropiæ gemmæ; oculi nigri sunt, & pallens iris, pectus candens, reliquum vero corpus inferre fulvum, & binis maculis juxta caudam utrinque candentibus insignitum, superne vero semicirculus quibusdam in ambitu ex albo, tendentibus in fuscum; intra vero è nigro in viridem splendentem. Alæ initio cyanæ sunt, mox candidæ, & tandem virenti micantes splendore: earundem tamen extrema altero latere fulva sunt, altero vero fulgida atque viridia: cauda desuper subtusque per ambitum candescit, ceterum inferne nigra, pavonacea vero superne. Advena est lacui Mexicano, & quale aliæ lacustres aves solent præstare alimentum. In Asia quoddam est genus anatum, quod non immerito quis inter cornicines retulerit, ita voce cornuum sonitum imitantur, quæ inflare solent per dispositos equos iter facientium duces. Est ea avis, quamvis inermis, audax & strenua: quam etiam malos Dæmones terrere, Turcis persuasum est: certe libertatis adeo retinens, ut etiam per totum triennium in corte nutrita, facultatem nacta, libertatem saginæ anteponat, sedesque naturales & suctos alveos volatu repetat.

XI. De Mergis.

Nierem-
berg. hist.
Exot. lib.
10. c. 27.

AD Mergorum historiam pertinent *Mergus Americanus*, & *Mergus maximus Farrensis seu Arcticus*. Ille exiguis est alis, ideo monstrosa. Hic ita à

Clusio describitur: *Avis marina* est, & palmipes, anseris domestico major, aut certe magnitudine illi æqualis: nam à collo qua parte pectori conjungitur, usque ad uropygium, binos pedes longa erat: corporis ambitus binorum pedum longitudinem superabat. Alæ quatuordecim uncias longæ; cauda brevis, vix trium unciarum, collum fere octo uncias longum, ejus ambitus paulo major, caput breve, tres uncias latum, rostrum nigrum, mucronatum, quatuor unciarum magnitudinem superabat. Lingua pæne tres uncias longa, nigra, mucronata, cartilaginea, quodammodo carinata, superiore parte qua rostri parti connexa erat, parvis dentibus introrsum recurvis utrinque prædita, media autem parte aspera: palatum similiter quatuor exiguorum & brevium dentium introrsum spectantium ordinibus constabat, quibus escam retineret & conficeret: nam rostrum dentatum non erat. Totum corpus densis pennis tectum habebat, quæ in pectore, toto ventre, & alarum supina parte breves & candidæ, in dorso autem alarumque prona parte longiores & nigrae, singulae tamen circa extremum, geminis maculis albis insignita, quæ in dorso quidem lateribus longiores, majoribus, quæ vero circa collum in medio dorso aliisque supra caudam, minoribus, sic ut aliæ aliis incumbentes, invicemque tegentes ad maculas illas usque, eam fere varietatem repræsentarent, quæ in meleagride sive Numidica gallina conspicitur. Collum velut torque cinctum erat, è nigris pennis constante: caput etiam similibus pennis tectum: quæ tamen oculos & rostrum ambiabant, parvis maculis albis erant distinctæ; sub gutture etiam aliquas parvas pennas albas nigris permixtas habebat: prona similiter colli pars supra torquem illum nigrarum pennarum, ad uncia longitudinem parvis pennis nigris, latera tamen alba habentibus, erat ornata, quemadmodum & ea pars quæ infra torquem in pectoris ateriibus, infra podicem, nigrarum pennarum transversam lineam habebat, quas albæ subsequebantur, deinde sub cauda aliæ nigrae albis maculis notatae. Crura habebat in extremo corpore sita, paullo longiora tribus unciis, plana, nigra; pedes quatuor uncias longos, plusquam tres latos, nigros, tribus digitis preditos (quorum interiores tribus articulis constabant, brevioresque erant, medii quatuor, exteriores quinque) nigra membrana simul connexos ad ungues usque, qui plani. Singuli etiam pedes, in posteriore parte paullo supra inflexionem, parvum articulum instar calcaris habebant. Circa Farrensem Insulam, quæ inter Norvegiam & Islandiam

diam sita, captam hanc avem scribebat Hojerus, fœtum in undis educare, nec nisi procelloso mari ac circa Autumnum, hiemisve initium conspici, terram vero nunquam attingere, nec volantem unquam esse conspectam, adeoque nec alarum usum habere ad volandum, nec pedum ad incedendum: quo fit ut nonnisi capite extet (eo referente) quando se conspiciendam præbet. Huic non valde dissimilis videtur mergus ille marinus, cujus meminit Gesnerus in Paralipomenis ad Historiam de Avibus pag. 767. nisi illi in dorso cinereas plumas nigris maculis conspersas tribueret. Huic similis est aqueus lepus, cujus jam meminimus. Iconem vide apud Clusium.

XII. De Hirundine.

CLaudat agmen *Avis cucullata aquatica*. *Hirundo Exotica aquatica & Gallinago sylvestris aquatica*. Quas in suo Gazophylacio rerum Naturalium descripsit, & ære exprimi curavit Nobilissimus D. Doctor *Besslerus*, Amicus noster plurimum honorandus. De illa ita scribit: Animal hocce capite monstrosum, in aquis natate ex decubitu naturali conjicere licet. Comam quam in fronte cernis, ferruginei est coloris. Ex parte maxillarum plumæ flavescentes repullulant, quæ in extremitate nigri-

Bessler. in
Gazo-
phylacio
Rer. Na-
tural.

res factæ, circulum egregie representant. Collum cum ventre albicat, dorsum cum aliis cineritii est coloris, extremitas tandem in albas definit plumas. Pedes cum adnatis membranulis, semicirculis distinctis albicant, ubi in quolibet pede unicum tantum unguem animadvertere licet. De *Hirundine Exotica aquatica* hæc habet: Quis non in volucre palustri summam colorum varietatem miretur. A capite enim inchoando, superior pars, candet, inferior rubro intermixto cœruleo colore splendet. Venter inferior floccorum nivis instar albicat. In dorsi principio pennæ duæ nigricantes, albis punctis distinctæ exsurgunt. Alias dorsum universum, una cum cauda ferruginei coloris; alæ quidem nigricant, punctis tamen niveis ornamentis instar distinguuntur. Pedes exporrecti subfusci coloris, rostrum nigricans, ad subulæ formam effigiatum, quo pisces quasi hamo excipere solet.

XIII. De Gallinagine.


DE *Gallinagine Sylvestri aquatica*, ita idem paucis: Rara hæc est avis, in locis paludosis victum quærigans, colore atro & rufo, per totum corpus instar holerici splendescente, rostrum oblongum, quodammodo incurvatum, crura alta & fusca, digitos longos habet.

ET hæc sunt, quæ de Avibus dicere volui. Quæ omiffa sunt, studiosus harum rerum Lector, aliunde supplere poterit. CENSORI cujuscunque tandem status & conditionis is fuerit, hoc subsequens inserviat. *Veritatem ad suum arbitrium exigere, & inter mendacia reponere, quicquid palato non arriserit, impudentes nimis, & in DEUM, universam naturam, & humanum genus, injurii hominis est.*


26

F I N I S.





et. Val. p. ad conceptionem masculorum
ingreso, inditur. vide tom. j. fol. 93



Lamnia 12

Tabla 1.^a 2.^a 3.^a 4.^a Caballos.

Fol 6.^a ~~Bovis~~ Arno y Mulo

Fol 11 Onager y monocoero

Fol 12. Onager, Syrenu Marinus
y cabra silvestre

Fol 5.^a Zebra

Fol 7. Elfaute

Fol 8. Fol.

Fol 9. Fol

Fol 13. Toro y vaca

Fol 14. Toro

Fol 15. Fol

Fol 16. Caballo monocoero.

Fol 16 Bisonte (Bovis) Bufalo - Vacc
indica

Fol 17 Fol grande

Fol 18. Bovis, Bufalo - Taurus

Fol 19 Toro bonarius

Fol 20 Cabales

Fol 21 Scythicus.

Fol 22 y 23 Ovejas

Fol 25. Cabra

Fol 26. Cabra

Fol 27. Cabra

Fol 28 Ibex

Fol 32 Cervas

Fol 24. Cabra

Fol 29 Gacela

Fol 33. Capreolus

Fol 34 Cervos

Tabla 3.^a 4.^a gran bestia

Tabla Pygargus

Fol 31. Canis

Fol 37 Rangifer

Fol 38. Rinoceronte

Fol 42. Domestico Camello

Fol 43. Fol

Fol 39. Girafa

Fol 40. Fol

Fol 41. Domestico

Fol 42. Puerco

Fol 43. Fol

Fol 45. Leon Capra

Fol 46. Ovis del Peru

Fol 49 Gryphus.

Fol 50 Leon

Fol 51 Fol

Fol 53 Leopardo y Tigre

Fol 54 Oso y biguero y Park

Fol 52 Leon menor

Fol 55. Oso

Fol 56. Lobo. zorra y Mene

Fol 57 Mene Lulo.

Fol 58. Lobo.

Fol 59 Monos

Fol 61 Fol

Fol 74 Monos, y armadillo

Fol 62 Oso oriniquero y armadillo

Fol 63. Conejos de las Indias y Fata

Fol 68 Lutra Vitulus, Loure Castor

y Urso

22

Tabla 67 Ciurus - Marmota Pa
Yon de la India, Ciurus Ma
numon del Egipto Bato
moscado

Fol 64 - Munkela, Potonius, Mar
tes. Porcelus, taxus Hy
strix

Fol 72. Gator, Tibet, Peneta Feyon

Fol 65 - Libris y coneyos

Fol 66. Gironei, Ratonos Avellanero
Arquilla Raton Foye
Raton Noricus

Fol 69 Perros

Fol 70 Fol

Fol 71 - Lince Perros de la India

Fol 75. Ranas sus metapores
poris y variedades y
Zayro

Fol 76, 77, 78 Lagartos
partijas Salamandras
Carnalson negro, fol va
nedad. De cenizo Cama
leon. Cocodrilo.

Fol 80 Fortugas

Fol 73 Hyena Odorata, Tibet
y raton acuatico

Fol 1. 2. Aguilas

Fol 3 Fol

Fol 4 id

Fol id

6 Brites

7. Aguilas

8. Accipiter - subuteo - Lanius
minor

9. Accipiter - subuteo - Lanius
Lanius

10 - Cuculus - Pinnaculus
Solanus - Deidro falco - Lanius

minor

11. Lanius. Collonig, fol alius -

Fol Milvus 2 Buteo trionches

Cuculus Gygis - Accipiter

ter maior - Milvus Meye - Accipiter

minor

13. Aloues - Mide Smilax

12 Aloues

14 Coros (g. Pittacus

15 - Fol

16. Corvus - fol Corvus M

traps - Graculus - Hibel

Coracias - Pyrocorax - Co

racus

17. Corvus - Pica Picee

18-19 Buteo y Helicorax

20 - Chotacabras - viticorax

7 alius - Murciélagos

21 El albestros

22 y 23 Pavo reales

24 Pavo - Gallina de Guinea

de y faisán

25. Gallor y gallina

- | | |
|----------------------------|-------------------------------------|
| Tabla de Attagen Ori Galan | 53. Aves frias |
| Oria | 54 Gullas. |
| Del 27. Galgulus = | 55. Aves del Brasil |
| Del 28. Perdices | 56 Pica |
| 29 Dos Gallinas y Gallina | 57 Aves del Brasil |
| 30 Gallina | 58 Mitus |
| 31 Palomas | 59 Labris - Guirapunga - Caria |
| 32 Montolas | ma - Venturana - Aracari |
| 33 Pajaros albos, Flato Ma | gor - Tamatia - Tpecu - Guirapunga |
| ulato albicilla Monta | Tamatia |
| no | 60 - Curucui - Tangara - Guirapunga |
| 35. Brevicula Spino Cana | de - Aracari - Atubinga |
| no | Maturus - Tpecali. |
| 36. Id. | 61 Orulua - Guirapunga |
| 37 id | 62 |
| 38 id | Aves accratias del Brasil |
| 39 Cordos en generos | 62 Pelicano - Flamingo |
| 40 Mitos | Grisus |
| 41. Pica | |
| 42 Tyne - Cethra - Piquen | |
| Guirapunga - Tpecu. | |
| 43. Pica - Panis - Stambis | |
| Bubcula - Turinitia - Pica | |
| paras | |
| 44 Pajaros | |
| 45 id | |
| 46 47 48 49 Pajaros | |
| 50 y cine | |
| 48 49 50 51 52 Pajaros | |
| 51 | |
| 52 id | |

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]

